



SCRIPTURÆ SAGRÆ

CURSUS COMPARTUS



6



DE EXODO

DE LEVITICO

ET DE NUMERIS

BS548

MS

v.6

001107



EX LIBRIS


HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopei Leonensis



1080014712

222.
J.P.M.



SCRIPTURÆ SACRÆ

CURSUS COMPLETUS,

EX COMMENTARIIS OMNIUM PERFECTISSIMIS UBIQUE HABITIS, ET A MAGNA

PARTE EPISCOPORUM NECNON THEOLOGORUM

EUROPÆ CATHOLICÆ,

UNIVERSIM AD HOC INTERROGATORUM, DESIGNATIS,

UNICÈ CONFLATUS,

*Plurimis annotantibus presbyteris
ad docendos levitas pascendosve populos altè positis.*

ANNOTAVIT VERO SIMUL ET EDIDIT

J. B. M[™].

EDITO NOVISSIMA.

TOMUS SEXTUS.

IN EXODUM, IN LEVITICUM ET IN NUMEROS COMMENTARIA.

VARIE DISSERTATIONES.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
PUBLIQUA VALLARTA, GUJALTEPEC

PARISIIS,

APUD EDITOREM,

IN VIA GALICÆ MOTA:

RUE D'AMBOISE, BARRIÈRE D'ENFER.

1840.



44452


OCT 5 1953

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN

BS 548

M5

V. 6



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN



FONDO LITERARIO
VALVERDE Y TELLEZ

**ELENCHUS
AUCTORUM ET OPERUM**

QUI IN HOCCE VOLUMINE CONTINENTUR.

CORNELIUS A LAPIDE.

In Exodum Commentarium (ab undecimo capite usque ad finem).

IDEM.

In Leviticum Commentarium.

CALMETUS.

Varie Dissertationes.

CORNELIUS A LAPIDE.

In Numeros Commentarium (à primo capite usque ad vigesimum quintum).

INDEX RERUM.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Excudebat Migne,

in via dicta d'Annoisy, hors la barrière d'Enfer.


SEQUITUR CORNELII A LAPIDE
IN EXODUM
COMMENTARIUM.

CAPUT XII.

CHAPITRE XII.

1. Dixit quoque Dominus ad Moysen et Aaron in terrâ .Egypti:
2. Mensis iste vobis principium mensurum: primus erit in mensibus anni.
3. Loquimini ad universum cœtum filiorum Israel, et dicite eis: Decimâ die mensis hujus tollat unusquisque agnum per familias et domos suas.
4. Si autem minor est numerus ut sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum qui junctus est domui suæ, juxta numerum animarum que sufficere possunt ad esum agni.
5. Erit autem agnus absque maculâ, masculus, anniculus: juxta quem ritum tolletis et hœdum.
6. Et servabitis eum usque ad quartam decimam diem mensis hujus: immobilitque eum universa multitudo filiorum Israel ad vesperam.
7. Et sument de sanguine ejus, ac ponent super utrumque postem, et in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum.
8. Et edent carnes nocte illâ assas igni, et azymos panes cum lactuâ agrostilibus.
9. Non comedetis ex eo erudum quid, nec coctum aquâ, sed tantum assum igni: caput cum pedibus ejus et intestinis vorabitis.
10. Nec remanebit quidquam ex eo usque manê, si quid residuum fuerit, igne comburetis.
11. Sic autem comedetis illum: Reines vestros accingetis, et calcamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, et comedetis festinanter; est enim phasæ (id est, transitus) Domini.
12. Et transibo per terram .Egypti nocte illâ, percutianque omne primogenitum in terrâ .Egypti ab homine usque ad pecus: et in cœnetis diis .Egypti faciam judicia, ego Dominus.
13. Erit autem sanguis vobis in signum in adibus in quibus eritis: et videbo sanguinem, et transibo vos; nec erit in vobis plaga disperdens quando percussero terram .Egypti.
14. Habebitis autem hunc diem in monumentum; et celebrabitis eum solemnem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno.
15. Septem diebus azyma comedetis; in die primo non erit fermentum in domibus vestris: quicumque

1. Le Seigneur dit aussi à Moïse et à Aaron, lorsqu'ils étaient encore dans l'Égypte:
2. Ce mois-ci, qui est le mois d'Abib ou de Nisan, sera pour vous le commencement des mois; ce sera le premier des mois de l'année sainte, comme le mois Tisri est le premier de l'année civile.
3. Parlez à toute l'assemblée des enfants d'Israël, et dites-leur: Qu'au dixième jour de ce mois chacun prenne un agneau pour sa famille et pour sa maison.
4. Que s'il n'y a pas dans la maison assez de personnes pour pouvoir manger l'agneau, il en prendra de chez son voisin, dont la maison tient à la sienne, autant qu'il en faut pour pouvoir manger l'agneau, jusqu'au nombre de dix.
5. Cet agneau sera sans tache, c'est-à-dire sans défaut; ce sera un mâle, et il sera né dans l'année; vous pourrez aussi prendre un chevreau qui ait ces mêmes qualités, si vous n'en avez point d'agneau.
6. Après l'avoir séjourné pendant dix jours, vous le garderez jusqu'au quatorzième jour de ce mois, et toute la multitude des enfants d'Israël l'immolera au soir de ce même jour.
7. Ils prendront de son sang, et ils en mettront sur les deux poteaux, et sur le haut des portes des maisons où ils le mangeront.
8. Et cette même nuit ils en mangeront la chair rôtie au feu, et des pains sans levain avec des laitues sauvages.
9. Vous n'en mangerez rien qui soit cru ou qui ait été cuit dans l'eau, mais seulement rôti au feu; vous en mangerez la tête avec les pieds et les intestins.
10. Et il n'en demeurera rien jusqu'au matin; que s'il en reste quelque chose, vous le brûlerez au feu, de peur qu'il ne soit profané.
11. Voici comment vous le mangerez: Vous vous ceindrez les reins pour relever votre robe, comme des personnes qui vont faire voyage; vous aurez aussi par la même raison des souliers aux pieds et un bâton à la main, et vous mangerez à la hâte: car c'est la pâque, c'est-à-dire, le passage du Seigneur.
12. En effet, je passerai cette nuit-là par l'Égypte; je frapperai dans la terre des Égyptiens tous les premiers-nés, depuis l'homme jusqu'aux bêtes, et j'exercerai mes jugements sur tous les animaux qu'ils adorent comme des Dieux et sur tous les grands de l'Égypte.
13. Or ce sang que vous mettrez sur vos portes sera un signe qui me fera reconnaître les maisons où vous demeurerez; je verrai ce sang, et je passerai outre; et la plaie de mort ne vous touchera point, lorsque j'en frapperai toute l'Égypte.
14. Ce jour vous sera un monument éternel de la protection que je vous aurai donnée; et vous le célébrerez de race en race par un culte perpétuel, comme une fête solennelle à la gloire du Seigneur.
15. Vous mangerez des pains sans levain pendant sept jours; dès le premier jour il ne se trouvera point de levain dans vos maisons. Quiconque mangera de



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA

comederit fermentatum, peribit anima illa de Israel, à primo die usque ad diem septimum.

16. Dies prima erit sancta atque solemnitas, et dies septima edies festivitate venerabilis: nihil operis facietis in eis, exceptis his que ad vesendum pertinent.

17. Et observabitis azyma: in eodem enim ipsa die educam exercitum vestrum de terrâ Ægypti, et custodietis diem istum in generationes vestras ritu perpetuo.

18. Primo mense, quartâ decimâ die mensis ad vesperram, comedetis azyma, usque ad diem vigesimum primum ejusdem mensis ad vesperram.

19. Septem diebus fermentatum non invenietur in domibus vestris: qui comederit fermentatum, peribit anima eius de cœtu Israel, tam de adultis quam de indigentibus terræ.

20. Omne fermentatum non comedetis; in cunctis habitaculis vestris edetis azyma.

21. Vocavit autem Moyse omnes seniores filiorum Israel et dixit ad eos: Ita tollentes animal per familias vestras, et immolate phase.

22. Fasciculumque hyssopi tingite in sanguine qui est in bimine, et aspergete ex eo superiminare et utrumque postem: nullus vestrum credidit osium domus sue usque mane.

23. Transiit enim Dominus percuciens Ægyptos: cunctique viderit sanguinem in superimino et in utroque poste, transcendit osium domus, et non sanct percussorem ingredi domos vestras et ludere.

24. Custodi verum istum legitimum tibi et filiis tuis usque in æternum.

25. Cùmque introieritis terram quam Dominus daturus est vobis, ut pollicitus est, observabitis ceremonias istas.

26. Et cùm dixerint vobis filii vestri: Quæ est ista religio?

27. Dicitis eis: Victimam transitis Domini est, quando transivi super domos filiorum Israel in Ægypto, percuciens Ægyptos, et domos nostras liberaos: incurvasque populus adoravit.

28. Et regressi filii Israel fecerunt sicut præceperat Dominus Moysi et Aaron.

29. Factum est autem in noctis medio, percussit Dominus omne primogenitum in terrâ Ægypti, à primogenito Pharaonis, qui in solio ejus sedebat, usque ad primogenitum captivum qui erat in carcere, et omne primogenitum jumentorum.

30. Surrexitque Pharaos nocte, et omnes servi ejus, cunctaque Ægyptus: et ortus est clamor magnus in Ægypto: neque enim erat datus in quâ non faceret mortuus.

31. Vocatusque Pharaos Moysi et Aaron nocte, ait: Surgite, et egredimini à populo meo, vos et filii Israel: ito, immolate Domino, sicut dicitis.

32. Oves vestras et armenta assumite in peditatis, et abomnes benedicite mihi.

33. Urpabantque Ægypti populum de terrâ exire velociter, dicitis: omnes moriamur.

pain avec du levain, depuis le premier jour jusqu'à septième, périsse du milieu d'Israël.

16. Le premier jour sera saint et solennel, et le septième jour sera une fête également vénérable; vous ne ferez aucune œuvre servile durant ces deux jours, excepté ce qui regarde le manger que vous pourrez apporter.

17. Vous garderez donc cette fête des pains sans levain en mémoire de votre délivrance de la servitude d'Égypte: car en ce même jour je ferai sortir toute votre armée de l'Égypte, et vous observerez ce jour de race en race par un culte perpétuel.

18. Depuis le quatorzième jour du premier mois, sur le soir, vous mangerez des pains sans levain, jusqu'au soir du vingt et unième jour de ce même mois.

19. Il ne se trouvera point de levain dans vos maisons pendant ces sept jours. Quiconque mangera du pain avec du levain périsse du milieu de l'assemblée d'Israël, soit qu'il soit étranger ou naturel du pays qui est embrassé votre religion.

20. Vous ne mangerez rien avec du levain; vous userez de pain sans levain dans toutes vos maisons.

21. Moïse appela ensuite tous les anciens des enfants d'Israël et leur dit: Allez prendre un agneau dans chaque famille et immolez-le pour célébrer la phase.

22. Trempez un petit bouquet d'hysope dans le sang de cet agneau, que vous oignez sur le seuil de la porte, et vous en ferez une aspersion sur le haut de la porte et sur les deux poteaux. Que nul d'entre vous ne sorte hors de la porte de sa maison jusqu'au matin.

23. Car le Seigneur passera en frappant de mort les Égyptiens; et lorsqu'il verra ce sang sur le haut de vos portes et sur les deux poteaux, il passera la porte de votre maison, et il ne permettra pas à l'ange exterminateur d'entrer dans vos maisons ni de vous frapper.

24. Vous garderez cette coutume, qui doit être inviolable à jamais, tant pour vous que pour vos enfants, en ce qui regarde l'agneau pascal et les pains azymes.

25. Lorsque vous serez entrés dans la terre que le Seigneur vous donnera selon sa promesse, vous observerez ces cérémonies.

26. Et quand vos enfants vous diront: Quel est ce culte religieux, et que signifie cet agneau?

27. Vous leur direz: C'est la victime que nous immolâmes en mémoire du passage du Seigneur, lorsqu'il passa les maisons des enfants d'Israël dans l'Égypte, frappant de mort les Égyptiens et délivrant nos maisons. Alors le peuple se prosterner en terre adora le Seigneur et lui rendit grâce.

28. Les enfants d'Israël étant sortis du lieu où ils étoient assés, dirent ce que le Seigneur avait ordonné à Moïse et Aaron.

29. Sur le milieu de la nuit, le Seigneur frappa tous les premiers-nés de l'Égypte, depuis le premier-né de Pharaon, qui étoit assés sur son trône, jusqu'au premier-né de la femme esclave qui étoit en prison, et jusqu'au premier-né de toutes les bêtes.

30. Pharaon s'étant donc levé la nuit, aussi bien que tous ses serviteurs et tous les Égyptiens, un grand cri se fit entendre dans toute l'Égypte, parce qu'il n'y avoit aucune maison où il n'y eût un mort.

31. Et Pharaon ayant fait venir cette même nuit Moïse et Aaron, il leur dit: Retirez-vous promptement d'avec mon peuple, vous et les enfants d'Israël; allez sacrifier au Seigneur comme vous le dites.

32. Menez avec vous vos brebis et vos troupeaux, selon que vous l'avez demandé: et en vous en allant, priez pour moi.

33. Les Égyptiens pressant aussi le peuple de sortir promptement de leur pays, en disant: Nous mourrons tous.

34. Tolle igitur populus conspersam farinam antiquam fermentetur: et ligas in pallis, posuit super humeros suos.

35. Feceruntque filii Israel sicut præceperat Moyses: et petierunt ab Ægyptiis vasa argentea et aurea, vestimenta plurimum.

36. Dominus autem dedit gratiam populo eorum Ægyptiis ut comsderent eis: et spoliaverunt Ægyptios.

37. Profectique sunt filii Israel de Ramsese in Socoth, sexcenta ferè millia peditem virorum, absque parvulis.

38. Sed et vulgus promiscuum innumerabile accedidit cum eis, oves et armenta et animalia diversi generis multa nimis.

39. Coerentque farinam quam dudum de Ægypto conspersam tulerant: et fecerunt subincruos panes azymos: neque enim poterant fermentari cogentibus exire Ægypto, et nullam facere sicutis moram: nec pilamenti quidquam occurreret preparare.

40. Habitatio autem filiorum Israel quæ manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum;

41. Quibus expletis, eodem die egressus est omnis exercitus Domini de terrâ Ægypti.

42. Nox ista est observabilis Domini, quando educit eos de terrâ Ægypti: hæc observare debent omnes filii Israel in generationibus suis.

43. Dixitque Dominus ad Moysen et Aaron: Hæc est religio Phase: Omnis alienigena non comedet ex eo.

44. Omnis autem servus emptus circumcidetur, et sic comedet.

45. Azyrna et mercenarius non edent ex eo.

46. In omni domo comedetur, nec offerretis de carnibus ejus foras, nec os illius confringetis.

47. Omnis costus filiorum Israel faciet illud.

48. Quod si quis peregrinorum in vestram voluerit mansire coloniam et facere Phase Domini, circumcidetur prius omne masculinum ejus, et tunc ritû celebrabit, critique sicut indigena terra: si quis autem circumcisus non fuerit, non vescetur ex eo.

49. Eodem lex erit indigenæ et colonæ qui peregrinatus apud vos.

50. Feceruntque omnes filii Israel sicut præceperat Dominus Moysi et Aaron.

51. Et eodem die educit Dominus filios Israel de terrâ Ægypti per turmas suas.

34. Le peuple prit donc la farine qu'il avoit pétrie, avant qu'elle fût levée; et la liait en des manteaux, la mit sur ses épaules.

35. Les enfants d'Israël firent ainsi ce que Moïse leur avoit ordonné, et ils demandèrent aux Égyptiens des vases d'or et d'argent, et beaucoup d'habits.

36. Et le Seigneur rendit favorables à son peuple les Égyptiens, afin qu'ils leur prussent ce qu'ils demandèrent: ainsi ils dépouillèrent les Égyptiens en les quittant, et se payèrent des services qu'ils leur avoient rendus en bâissant leurs villes et en les fortifiant.

37. Les enfants d'Israël partirent donc de Ramsès et vinrent à Socoth, étant près de six cent mille hommes de pied, sans compter les femmes et les enfants.

38. Ils furent suivis d'une multitude inouïable de petit peuple d'entre les Égyptiens et les nations voisines, qui se joignit à eux; et ils avoient avec eux une infinité de brebis, de troupeaux et de bêtes de toutes sortes.

39. Ils firent cuire la farine qu'ils avoient emportée, et il y avoit du temps, toute pétrie de l'Égypte; et ils en firent des pains sans levain cuis sous la cendre; car les Égyptiens les avoient si fort pressés de partir, qu'ils ne leur avoient pas laissé le temps d'y mettre du levain, ni rien préparer à manger pendant le chemin.

40. Or, le temps que les enfants d'Israël avoient demeuré dans l'Égypte, et que leurs pères avoient demeuré dans la terre de Chanaan, à compter depuis la vocation d'Abraham, fut de quatre cent trente ans.

41. Après lesquels toute l'armée du Seigneur sortit de l'Égypte en un même jour, nul n'en étant empêché par la maladie ni par la faiblesse.

42. Cette nuit dans laquelle le Seigneur les a tirés de l'Égypte doit être consacrée à l'honneur du Seigneur; et tous les enfants d'Israël doivent l'observer et l'honorer dans la suite de tous les âges, selon le commencement que le Seigneur leur en avoit fait, et la manière qu'il le leur avoit prescrite.

43. Car le Seigneur dit aussi à Moïse et à Aaron: Le culte de la phase s'observera de cette sorte: Nul étranger n'en mangera.

44. Tout esclave que l'on aura acheté sera circonci, et après cela il en mangera.

45. Mais l'étranger et le mercenaire qui ne sera point circonci n'en mangera point.

46. L'étranger ne mangera dans une même maison; vous ne transporterez ailleurs rien de sa chair, et vous n'en romprez aucun os.

47. Toute l'assemblée d'Israël fera la phase.

48. Que si quelqu'un des étrangers veut être associé et faire la phase du Seigneur, tant ce qu'il y aura de mal avec lui: sera circonci auparavant, et alors il pourra la célébrer et il sera estimé un habitant de votre terre; mais celui qui ne sera point circonci n'en mangera point.

49. La même loi se gardera pour les habitants du pays et pour les étrangers qui demeurent avec vous.

50. Tous les enfants d'Israël exécutèrent ce que le Seigneur avoit commandé à Moïse et à Aaron.


51. Et en ce même jour le Seigneur fit sortir de l'Égypte les enfants d'Israël par diverses bandes.

COMMENTARIUM.

VERS. 1.—DIXIT QUODAM DOMINUS. Eodem mense primo, puta nisan, id est, martio aliquot diebus ante exitum ex Ægypto et ante eadem primogenitorum; hæc enim contigit 15 die mensis, hic verò Jobetur die decimo mensis ejusdem tollere agnum, 14 die immolandum. Ergo ante eadem, adoque ante decimum diem hæc dicta sunt à Deo et promulgata à Mose. Quare et ante ultimum Mois cum Pharaone colloquium, de quo in fine c. 10 et initio c. 11 hæc dicta sunt. Est ergo hic hysteronproteron; voluit enim

Moses omnium signorum et plagarum Ægypti historiam simul prius pertere; ac deinde enarrare egressum Hebræorum ex Ægypto, cui præmittit ritum phase sive agni paschalis, qui egressus et liberationis fuit symbolum et tessera.

VERS. 2.—DIXIT QUODAM DOMINUS. Eodem mense primo erit in messibus anni. Hic mensis est nisan, qui martio nostro respondet, vel partim martio, partim aprilis: Josephus enim à Grecis Xanthicum, ab Ægyptiis Pharmuth appellari assertit. Uelantur enim men-



sibus lunaris Hebraei, puta quos luna suo cursu describit: hic autem cursus luna non est peragrations Zodiaci: hinc enim peragrata luna 27 diebus: nec illuminationis: nam hic peragitur 28 diebus; sed conjunctionis lune cum sole: numerando enim dies qui ab una conjunctione lunae cum sole interflunt usque ad aliam conjunctionem, quando luna rursus relicta à sole apparere incipit, facillime novereamus sive novilunium, qui primus mensis est dies, efficitur mensis lunaris, qui constat 29 diebus et 12 insuper horis, quae 12 horae alternis mensibus iunguntur ut integer dies confletur: v. g., si huius mensi denter 29 dies, sequenti dabitur 30, tertio rursus 29, quarto 30, et ita consequenter. Hinc fit ut annus lunaris constans duodecim lunationibus sive mensibus habeat dies 354, siquae minor anno solari undecim diebus. Quare ut annum lunarem solari aequarent, nunc tertio, nunc secundo anno decimum tertium addebant mensem, geminando ultimum Adar, id est, februarium, quem proprie *Veadar*, quasi secundum Adar vocabant, perinde ac annus ille vocabatur embolismalis sive excrescens: ita fiebat ut singulis 19 annis, plura idem esset exordium anni solaris et lunaris, nam septies geminato Adar, videlicet anno tertio, sexto, octavo, undecimo, decimo quarto, decimo septimo et decimo nono, dies 200 qui in anno solari supra lunarem per 19 annos supercreverant, ad unum omnes reddebantur per septem hosce menses insertos, ut facile videbis, si numeros subducas, et sex mensibus qui intercalantur tribus 30 diebus, septimo vero mensi et ultimo anni decimi noni dies 29. Ita Beda lib. de Rat. temporum cap. 45, et Abul. in 25 Levit. quast. 10. Vide Riberam lib. 5 de Templo, c. 2.

Unde Hebraeorum hic est canon embolismi sive intercalationis: *ter, ter, bis, ter, ter, ter, bis, q. d.*: Mensis intercalandus est anno tertio, et sexto, et octavo, et 11, et 14, et 17, et 19; ergo annis 19 intercalant septem menses intercalares; tadebat ergo embolismus tertio quolibet anno vel secundo: itaque annos lunares suos aequalant annis solaribus, quibus alia gentes committere utebantur, ut his se et sua tempora accommodarent.

Parvus erit. Ergo ante non fuerat primus, itaque ante phasem, et ante hanc liberationem Hebraeorum ex Aegypto, primus mensis erat terti (quae vox apud Chaldaeos significat iulium, ait Josephus), qui partim septembris, partim octobri nostro respondet, idque clarè colligitur ex c. 25, 16, ubi loquens Dominus de festo tabernaculorum, quod in mense septimo, puta terti de Hebraeorum, ait: *Cusodiatis solennitatem quae in exitu anni, atque ubi exit et desinit annus praecedens, huiusque sequens incipit: ergo in terti, puta in septembri, desinebat et incipiebat olim annus. Unde et cap. 23, v. 22, eandem vocat solennitatem quae vel quando redeuntis anni tempore cuncta concluduntur.* Hinc et S. Hier. in 1 Ezech. scribit mensem octobrem apud omnes orientales esse primum.

Ubi obiter nota. Athenienses inchoabant annum à solstitio aestivo, Asiani ab aequinoctio autumnali, Ara-

bes et Damasceni ab aequinoctio verno, à quo etiam Romani ante Numam Pompiliam initium anni faciebant, 10 tantum mensibus annum deficiebant; Numam verò addidit januarium et februarium: unde Ovidius, 1 Fastid.:

Qui Iannua sequitur, vesteris fuit ultimus anni.

Post Numam verò Julius Caesar redigebat annum ad eum computum quo jam utitur, ut scilicet inchoetor mov à solstitio hyberno, puta à januario. Vide Solinum Polyhist. lib. de Diebus intercalariis cap. 1. Coepit ergo hic in exitu Hebraeorum distingui annus vulgaris sive communis à sacro: vulgaris incipiebat à terti, sive septembri, serviebatque júbileo, ut patet Leviticis 25, v. 9, 10; item contractibus et negotiis secularibus ut docet Joseph. 1 Antiq. 4. Sacer vero à nisan, id est, martio (hinc enim mense mo Judaei quum Christiani celebrant pascha), ut incipiat, hic instituitur et praecipitur, ad hoc ut festis serviat, idque in memoria salutis acceptae et liberationis ex Aegypto. Voluit enim Deus initium anni esse initium salutis et beneficiorum suorum: sicut enim novi, post Noe diluvium, saeculi auspiciam voluit esse iridem, quae perenne esset monumentum foderis, misericordiae et gratiae divinae, quod nunquam deinceps diluvio orbem obrueret, sic et nunc à circumcissione Christi, puta ab inchoata ejus redemptione, annua ordinum. Scriptura autem semper quum anno sacro, ut patet Zacharia, 7, v. 1; 1 Machab. 4, 52; Esther 5, 7. Vide Riberam Agre 2, initio.

Nota elegia mensis nisan. Primum est, quod in nisan celebratur pascha, festum celeberrimum. Secundo, in nisan Hebraei ingressi sunt terram promissionis, ut patet Josue 4. Tertio, in nisan mundus creatus est. Quarto, in nisan Christus conceptus est, passus est et resurrexit. Quinto, nisan vocatur mensis novarum frugum, eò quod circa martium in Palestina segetes, maxime hordei, maturescere incipiunt. Atque hic sunt causae: cor in vere, puta in nisan, phasem celebrari voluerit Deus. Audi S. Ambrosium de Pasche myster. c. 2: *Est, inquit, pascha in vere anni principium, primi mensis exordium, novella germinum reparatio, ac tertia hincis nocte discussa, primi veris resurritus fructifera. Hoc tempore visibilibus et invisibilibus conditor Deus, defecum humo colli machinam suspendens, diem solis ardore radianis, etc.*

Quares unde cognosci et discerni possit quis sit primus mensis sive nisan, in quo celebrandum est pascha. — Respondeo: Mensis primus et paschalis est is cuius 14 dies sive plenilunium incipit vel in ipsum aequinoctium vernalium, vel primo post ipsum, quo fit ut novilunium primi mensis, hoc ante diem octavum martii, nec post 5 diem aprilis esse quod aequinoctium vernalium. Tempore Niceense synodi incidebat in diem 15 martii, ubi etiam nunc post Gregorianam calendarii correctionem habet; hinc fit ut nisan nunquam possit esse totus intra martium, sed semper in aprillem excurrat; fieri fieri possit, ut aliquando totus sit extra martium, nunquam tamen potest esse totus extra aprillem: potest tamen aliquando totus esse intra

aprillem; ut plurimum tamen partim cum martio, partim cum aprili concurret, et interdum in maium excurrat, si nimirum sit annus embolismalis, sive uno mense *Veadar*, qui nisan antecedit, adactus. Ita ex Clavio Pererius. Denique audi S. Ambros. epist. 85 ad episcopos. *Emilia: Si, inquit, incidit decima quarta dies in diem Dominicam, quia neque die dominica jejunare debemus, neque decima tertia luna, die sabbati incidente, jejunium solveo, quod maxime die passionis Christi est exhibendum in alteram hebdomadam celebratas pasche est differenda. Siquidem sequitur decima quinta luna quae passus est Christus, et secunda feria; tertia quoque feria erit decima sexta luna, quae caro Domini in sepulchro quiescit; cum quarta ejus feria decima septima luna futura sit, quae Dominus resurrexit.*

INMENSUS ANNUS. Notus. Primus mensis Hebraeorum est nisan, qui concurret martio; secundus jiar, qui cum aprili convenit; tertius sivan, qui cum maio; quartus tamnus, qui cum junio; quintus ah, qui cum julio; sextus elul, qui cum augusto; septimus tisi, qui cum septembri; octavus marchestam, qui cum octobri; nonus kisleu vel kaseu, qui cum novembri; decimus tevet, qui cum decembri; undecimus shebet, qui cum januario; duodecimus adar, qui cum februario concurret.

Nota. hoc nomina, nisan, jiar, sivan, et cetera non esse hebraea, sed chaldaea, quae Hebraei à Chaldaeis acceperunt in captivitate babilonica; unde nominis in Hebris post captivitatem scriptis, puta in Zacharia, Ezech. Esther et Machabios reperitur: nam ante vocabantur ordine numerali, mensis primus, secundus, tertius, et cetera, incipiendo à martio; sicut et Romani vocabant quintium, sextilem, septembrem, octobrem, novembrem, mensem quantum, sextum, septimum, octavum, nonum à martio, qui olim apud Romanos quoque fuit primus anni mensis.

VERS. 5. — LOQUUNTUR AD UNIVERSUM CÖRUM FILIUM ISRAELI. Loquimini vos senioribus, ut ipsi sigillatim culque à populo illud idem edicant; nam costum omnem Hebraeorum congregari nunquam passus fuisse Pharaon: secreto verò, eo inscio, eorum hunc congregare impossibile erat. Sic c. 1, v. 29, sicilicet Moses congregasse seniores Israel, et mox tamen v. 50 dicitur locutus populo, videlicet quem referebant senioribus: quod enim senioribus dicebat, hoc toti populo conciebat dicere.

DECIMA DIE MENSIS IGNUM TOLLAT UNUSQUISQUE AGNUM. Puta quatuor diebus ante agni immolationem, quae fieri debet 14 die. Jussit hoc Deus primo, ut hisce quatuor diebus viduum, si quod esset in agno, se proderet; debebat enim esse anniculus, integer, omnis maculae expers. Secundo, quia ipsa decima quarta die toti ad exitum se comparantes Hebraei, non habuissent otium agnum conquirendi. Tertio, ut agni aspectu et voce mernerent comparare sese ad ejus sacrificium et epulum, simulque ad exitum ex Aegypto. *Quoties enim agnus solatum emittebat, toties quasi tabula volans exiturus castrorum acies excitabat,* ait Rupert. Quarto, ut ex frequenti aspectu agni, occasionem ha-

berent inter se sermoneandi de redemptione sua ex Aegypto. Desuper pro ea gratias agerent, in eamque spectu delicti non formidarent Aegyptios. Addit S. Epiphanius, haeresi 30, Judaeos ab hinc decima die usque ad decimam quartam, per quinque dies jejunare solitos.

Porro non tantum hoc primo expressis anno, ut vult Perer., sed deinceps singulis annis, hoc decimo die comparari solere agnum lune à Judaeis indicat Epiphanius, jam citatus, S. Chrysost. in Catena, S. Thomas et Lyran. in Joan. 12, Rupert. in c. 10 et 11 Joannis, Anselmus in 21 Matthaei, Beda bon. in Dominica palmarum. Unde et hinc die decima, puta dominica palmarum, Christus hoc agno figuratus ingressus est Jerusalem cum ramis palmarum, immolanda post quartum diem, puta die veneris, ut Toletus, in c. 12 Joannis, et alii observant.

TOLLAT UNUSQUISQUE PATRFAMILIAS, nisi tam exigua sit familia ut alteri jungi debeat, eò quod non sufficiat ad totum agnum comendandum: nil enim ex agno reliqui poterat. Tradunt Rabbinii et Josephus lib. 7 Belli c. 17 non pauciores quam decem adhiberi solere ad esum unius agni. Unde ex agnis 256,500 in paschate immolatis tempore Cestii praesidis, sub quo Romanis rebellare coeperunt Judaei, colligit Josephus tunc Hierosolyma fuisse Judaeorum trigentes centena et septuaginta millia, praeter impuros: hi enim ab esu agni arcebantur.

AGNUM. Hebr. *seu*, significat pecudem tam ovinam quam caprinam, id est, tam haedum quam agnum; tam ergo haedus quam agnus poterat immolari et esse phasem, uti dicam v. 5 et 21, ubi et significaret Christum, qui in se est agnus, sed nobis est haedus, quia nostra peccata in se luenda suscepit. Ita Rupert.

Quares cur agnum vel haedum potius quam vitulum aut porcum elegit Deus ad phasem? — Respondet Lyranus ut destrueret idololatram Aegyptiorum, ab eoque Hebraeos avocaret: Aegyptii enim colebant Jove in figurâ arietis. Jussit ergo Deus agnum sive arietem parvum occidi et immolari. Verum sic potius vitulum elegisset: Aegyptii enim colebant maxime Apim in specie bovis aut vituli.

Dico ergo Deum elegissse agnum, quia is parvi erat pretii et à quolibet etiam paupere familiaris enim poterat. Secundo, quia agnus est animal mundum et simplex: hinc Festus Pompeius: *Agnus, inquit, dicitur à Graeco *agnos*, quod significat castum; eò quod agnus sit hostia pura et immolationi apta.* Unde et S. Cyprian. tract. de Lavore: *Christus, inquit, plebem suam agnos vocat, ut agnorum naturam simplicem simplicitas mentis imitetur.* Tertio, quia agnus expressus erat typos Christi, qui in paschate quasi agnus mansuetus, innocens et purissimus immolatus est pro nobis, Isaiæ 53, 7; et Jerem. 11, 19. Unde et Joannes Baptista, Joannis 1: *Eccc, inquit, agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Denique apposuit immolaturum agnum in nisan, cum sol est in ariete: aries enim animal respondet arietii sidenti in celo; aries autem animal parens est agni. Ita Burgensis.

PER FAMILIAS ET DOMOS. In eadem enim domo pote-

rant esse plures familie, quarum quælibet, si erat magna, summi habebat et comedebat agnum.

VERS. 5. — ERAT AUTEM AGNUS ABSQUE MACULA, MACULÆ, ANNULORUM. Absque macula, non coloris, sed deformitatis, claudicationis, scabiei, alitervisse vitii aut morbi; debet enim esse tamen, id est, integer, et habent Hebræi: hoc enim est quod de victimis quilibet dicitur, Levit. 22: *Omnia macula non erit in eo; si cæcum fuerit, si fractum, si clavicornem habens, si papularum, aut scabiem, aut impetiginem, non offeretis eo Domino.*

Tropolog. victimæ Dei debet esse pura et innocens. Nihil, inquit Lactantius lib. 6 Divin. Instit. *sancta et singularis illi majestas aliud ab homine desiderat quam solam innocentiam, quam et quis obtulerit Deo, sedis pietatis quoque illius.* PHS. Greg. lib. 2 Moral. Sic vici, aut ut occurrentem exterrere non timerem; aliamque dicitur, ut intra me ipsum accitator non concitatum non haberem. Socrates ad mortem damnatus Apollodoro comploranti dicebatque: *Innocens moriturus? Quid, inquit, non me nocentem mori nullo? Eo igitur mors libenter subeunda est, in quo criminis innocentia homo excutitur; testis est Xenophon in Apolog. pro Socrate. Sic enim innocentes moriuntur agni, Christus, inquit S. Cyrillianus supra, suos occidit, ut innocentiæ Christiani orbis augetur; et S. Laur. Justilianus de Discipul. monast. cap. 7: *Delectatur, inquit, Dominus Deus in gravitate vite, in cordium puritate et in perfectione terrorum morum; et S. Chrys. hom. 6 in Matth. 23: *Sicut, inquit, in conspectu hominum gratiosa est factus pulchra, sic in oculis Dei speciosa est conscientia macula. Quia et Xistus Pythagoricos: *Templum, inquit, sanctum est Deo magis patri; et altare est optimum et cor mundum et sine peccato. Et Titus Imp.: *Nemo, ait, me injuriæ aut contumeliæ officere potest; quia nihil ego quod alicui ledere possit. Agis rex ad mortem damnatus licet comploranti ait: *Omitte pro me has lacrimas; non injuriæ moriens melior sum tui qui me morte damnatur. Et Phocion socio comploranti: *Non tibi, inquit, Eriippo, vitæ est cum Phocione mori? sibi tibi innocentiæ cum innocentiis.*******

Secundò, debet esse masculus, quia hic præstantior est femella; præstantiora autem Deo sunt immolanda. Rursùm quia est typos Christi Domini, qui masculus est ille invidus draconis, Apoc. 12; hic enim nihil habet femine, id est, molle, fluxum et instabile. Unde dicitur recturus gentes in virgâ ferreæ, inquit Ruppert.

Tropol. masculinos animos, et mascula opera offerat sibi vul Mus, tales victimas sibi deposcit, viros optat, non feminas. Vir, inquit Cassiodor. in Psal. 4, vocatus à viribus est qui necesse in adversariis tolerando desistere, aut in prosperis aliquid elevationis in facere, sed animo stabili defixus, et celestium rerum contemplatione firmatus manet semper imparvicius. Et S. Greg. lib. 5 Moral. Fortitudo, ait, non vici in adversariis ostenditur, tantò enim quisque ad fortitudinem profectus se demonstrat, quando aliena mala robustius tolerat. Nam mirus in se comovetur quem aliena impugnat sternit, qui in eo quod forte non valet, pusillanimitatis non gladio

conformis jacet. Idem rursùm: Fortis, ait, facti sunt sancti, carum domata, virtutibus coruscant, spiritum roborum, terra despiciunt, caelestia appetunt; occidi possunt, flecti antea nequeunt; nec sustinere fletu per infirmitatem metunt, nec læti inquam à veritate conticescunt.

Addit Moses masculum agno; licet enim agnus ab agnâ apud grammaticos genero distinguitur, tamen apud rhetores sæpè agnus non sexum, sed speciem animalis discriminet, ut cum dicimus: Agnus est, non vitulus, id est, est speciei agnæ, sive agnus sit sive agna, maxime quia hebreum *seh* utrumque sexum et unam agnam quam agnum significat.

Tertiò, hic agnus debet esse anniculus, hebr. *shim omni*, id est, habens vel agens annum, puta talis et non excedat annum ætate, etiam si annus non compleverit; potest enim post octavam à nativitate diem immolari, ut patet Levit. 22, 27. Exigit Deus agnum unius anni, quia, ut ait Nicetas in Nazianzen. orat. 2 de pascha, agni unius anni spatio in perfectam ætatem adolescunt, ita ut generare possint, ait Hesyehus in Levit. 14.

Symbolice, sicut sol per annum cursum suum absolvit, omnia progignit et ad solæ extoridum redit, ita Christus, qui est sol justitiæ, sui semper similis in se rediens, virtutum orbem progignit. Ita Nazianz. ibidem.

Tropol. vult Deus nos à teneris sibi servare, sibi que primam ætatem dicere, ut fecit Christus, B. Virgo, S. Joannes Baptista, S. Nicolaus, S. Agnes et alii illustres sancti. Audi Illegon. Victor. lib. 5 de Claustrorum vita, cap. 10: *In illâ ætate quando fœnentur crimes, caro nitescit eburnea, colorum gemma fatis rosea decoratur, valetudo corporis vires genuinistrat, juvenilia ætas longioris vite spatium reponit, quanto viget ratio, rigori etiam corporis sensus, vias acutior, audientia promptior, incensus rectior, vultus jucundior; qui in hâc ætate se domant, Deo sociant, premium Joannis expectant. Et rursùm: *Yales, ait, offerunt hostium trecentem, Deo placentem, immaculatum, non auro, non auro, non pede, non coarctat carentem. Audiat hoc senem sero conversio, quibus ex defectu tenetibus quære obtinuerit, oculi turbantur, et ut cuncta breviter perstringam, ipsi in se per se deficiunt. Hi non offerunt agnum immaculatum, sed, ut ita dicam, porcum curatum. Sicut enim porcus in immundissimis, sic senex jaceat in vitis; et sicut porcus aliquis pascitur, sic senex sub vitis et umbrinis delectatur.**

Nota, Judæi in pasche ad hoc nostro tempore veniuntur azyms, sed non immolant agnum, quia agnus secundum legem Deut. 16, v. 2, immolari debet Hierosolymæ ubi erat templum; jam autem Judæi et templo et Hierosolymâ carent.

Ubi advertit Julanus non servare ea ceremonialia que jussit Deus in templo fieri, seu qua onlinem dicunt ad templum: tales sunt oblationes, sacrificia, decimæ, annus jubilei, purificationes et purgationes, immolatio primitivorum eorumque redemptio; hæc enim omnia debebant fieri in templo; cum ergo tem-

plo carent Judæi, non possunt ea modo præstare. Alia vero que non sunt jussa fieri in templo, illa etiam hodie servant Judæi; sicut sunt circumcisio, esus azy-morum, jejunia, quies sabbati et aliorum festorum: facta enim servant Judæi, quos quietem, non autem quam sacrificia, que ex lege illis festis fieri debent; hæc enim non nisi in templo fieri possunt. Judicaria etiam precepta observant Judæi, sicuti ex sua gente habent tribunal et iudices, qui secundum legem Moysi judicant et puniunt.

Juxta quæm ritum tolletis et heder. Si immolatum desit agnus, tunc loco agni tolletis hædum instar agni immolatum, masculum, anniculum; neque enim jubet Deus ut agnum accipiant simul et hædum (neque hoc unquam fecerunt Hebræi) sed vel agnum vel hædum. Id patet ex Hebræo qui sic habet: *Erit pecus mascula, ex agnis, et (id est, aut) ex capris accipietis eam; et ex Septuag. qui sic habent: *Agnus erit perfectus, masculus, immaculatus, ab agnis et (id est, aut) hædis accipietis eum. Neque enim unum eundemque agnum poterant ab hostis simul et ab ovibus accipere. Ita Theod. Ruppert. Hugo, Abul. Cajet. Lipoman. Errant ergo primò, Hebræi nonnulli qui in magnis familiaribus putant pro agno immolari potuisse vitulum, idque probant ex Illo Deut. 6: *Immolabis Domino pascha de ovibus et de bobus. Sed alius illius loci est sensus, ut ibi dicam. Errat secundò Bourgeois qui negat pro agno immolari potuisse hædum. Hebræi, inquit, sic habent: *Ex ovibus et capris accipietis eam, q. d.: *Agnum accipietis egressa in quo de more sunt ovies et capre associati. Hoc enim refellit noster interpret dicitur hic, eam videri: *pascha quem ritum tolletis et hædum: omnesque interpretes tam latini quam hebræi ad ipsam confutant. Errant tertiò alii, qui putant agnum à singulis familiaribus decimâ quartâ die, hædum vero à toto populo decimâ quintâ die, debuisse immolari: quos pluribus refutat Abul. et Lyran.******

VERS. 6. — IMMOLABITQUE EUM UNIVERSA MULTITUDO FILIORUM ISRAEL AD VESPERAM. Ergo agnus fuit victimus, quique immolatio fuit sacrificium, ut patet c. 13, 3; et Num. 9, 7.

Nota primò: *Immolabit, scilicet decimâ quartâ die, nisi processit. Judæi ergo ipsâ 14 Juna, in quantum tempore diem incidere, immolabant suum pascha; Christiani vero post concilium Nicænum non decimâ quartâ Juna, sed Dominicâ illam proximè sequente suum pascha celebrant, in honorem resurrectionis Christi, Pascha enim nostrum non est transitus de vitâ ad mortem, qualis erat agni veteris, sed de morte ad vitam: qui sacrificii Christi in cruce fuit terminus. Pascha enim nostrum non præterit, sed trahit eam et resurrectionis, ait S. Ambrosius epist. 87.*

Nota secundò. Traditio fuit apud præcos Hebræos Messiam eodem die illatum liberam libertatem Hebræis quo ipsi per pascha liberati erant ex Agypto, ut refert Andr. Masius in Josue, 49. Sicut ergo illo die fuit plebiscitum, quo Jona opposita soli tolli jubebat orbi, ita Christus tunc moriens tolli illuxit orbi, unde etiam illam Judæi, teste Eugubio hic, Messiam suum

eodem die venturum putant ac redempturum Israel.

Allegoricè, Ruppert: *Agnus immolatur in plebiscito, id est, Christus veteris et immolatus est in plenitudine temporum, ad Galat. 4, 4. Secundò, agnus immolatus est post æquinoctium verum, cum lux et dies creessent, noctemque et tenebras superaret; id est, ab immolatione Christi coepit justitiae lux peccatorum tenebras superare. Tertiò, ipse mensis nisan, id est, aprilis tertio tempore, cum tellus reflorescit, ubi que post hiemem, quæ post tænum, rursus juvenescit orbis, nonne sensatum hominum docet, quatenus spiritus mentis sine remoniat, et fide viridis, speque lictus, et charitate floridus, spiritualibus agni paschalis interit epulis? Inquit Ruppert.*

UNIVERSA MULTITUDO. Hinc patet sacerdoties non immolasse hoc agnos paschales in templo, nisi sensit Claudius Sanctus, 1 repetit Eucharist. cap. 7; Abul. in Exodi 16, et ex eo Serarius in Josue 5, q. 22; sed quemque patremfamilias nomine totius familie, domi sua agnum immolasse: hoc enim tempore necesse fuerat legibus sacerdotis Aaronici eorumque sacrificia erant instituta. Idque expressè docet Philo lib. 5 de Vita Mosis, et Josephus, quos sequitur Franc. Suarez 5 p. tom. 2, disp. 40, sect. 2; et licet postea instituti sint sacerdotis Aaronici, tamen patrefamilias in antiquo suo jure et ritu immolandi pascha permanserunt, eaque ex parte præsum jus sacerdotum, quod primitivè vel patribusfamilias competebat, retinuerunt. Id confirmatur ex eo quod plures erant familie, et consequenter plures agni paschales quam Levitæ; nam sub Cæstio, ut jam dixi, agni paschales numerati sunt 256,500; clarum autem est Levitas longe pauciores fuisse.

Dites: 4 Esdre 6, 20, dicitur sacerdotis et Levitæ purificati ad immolandum pascha universis filiis transmigrationis. — Respondeo: *Pascha illi sumitur pro omni sacrificio paschali, tam agni quam aliorum victimarum: alias enim victimas soli sacerdotis immolabant, etiam in pasche; agni vero poterant familias immolabant, nisi immunditia legali pollutus foret: tum enim videtur Levitis id negotii ab Esdrâ datum fuisse, ut et isdem id ipsum datum est, 2 Paral. 50, v. 17 et 18.*

AD VESPERAM. Ad solis occasum, ut dicitur Deuter. 16, 6. Hebr. est, inter duas vespere; Chald., inter duas solis. Nota, Vespera proprie est tempus diei quod est post occasum solis, et ante principium noctis. Iudei, Judic. 19, dicitur: *Considera quid dies ad occasum declinet sit, et propinquet ad vespere.* Hinc, Levit. 25, v. 32, præcipitur ut, si solus dies agunt à vespere in vespere, id est, à solis occasu ad alterum solis occasum, Verbum vulgari et communi uso vespere non tantum tempus post solis occasum, sed etiam tempus ante occasum, cum sol jam ad eum vergit, significat.

Quæres ergo quod sit tempus inter duas vespere, quo immolabatur agnus, ut habent Hebræi? Prius, Lipom., respondet tempus inter duas vespere esse noctem quæ inter vespere diei decimo quartæ, et inter crepusculum matutinum (quod dici potest ve-

spira) diei decimae quintae interjecta est. Verum sic agnus non vesperae, sed nocte pertinente non ad decimam quartam, sed ad decimam quintam diem immolatus fuisse, quod repugnat S. Scripturae. Secundò, Hebraei, Chald. Lyran. et Abulens. : Prima vespera, inquit, est declinatio solis à meridie versus occasum: secunda est ipse solis occasus: inter has duas immolandum erat agnus. Verùm insolens est totum tempus pomeridianum vocare vesperam. Tertio, Oleaster, Aben Ezra et alii putant primam vesperam esse solis occasum, secundam esse initium noctis sive tenebrarum: inter has enim intercedit crepusculum, puta aliquod temporis quo lumen aliquod solis post ejus occasum in aëre adhuc apparet, perinde ut fit mane ante solis ortum (quod proinde dicitur crepusculum matutinum). Verùm hoc tempore non immolandum, sed comediendus erat agnus: id patet, Levit. 25, 5, et Num. 28, 16, agnus immolandus erat decima quarta die ad vesperam, sed comedendus eum agnus decima quinta, quae incipiat à solis occasu qui finiebatur decima quarta: idem patet Ier. v. 6 et 8.

Hinc ergo primam vesperam esse eam jam sol declinat ad occasum, secundam esse ipsam solis occasum: et hoc voluit Chabrias, cum verit, inter duas aëtes, scilicet declinantem et occidentem. Idem disertè docet Josephus qui lib. 7 de Bello Judaico c. 17, et lib. 16 Antiq. c. 10, docet Hebraeos immolare solere paschales hostias ab hora nona usque ad undecimam: non autem respondet nostrae tertiae pomeridiane; et Cajetanus: *Inter duas vesperas*, inquit, id est, inter occasum solis, quae est una vespera: et inter declinationem solis ad occasum, quae est prior vespera: ita ut tempus hoc circiter duas horas contineret ante solis occasum. Ita et Masius in c. 3 Joann. v. 10, Janssenius c. 145 Concordiae, Pererius, Ribera et alii. Duobus ergo horis circiter ante occasum solis immolabatur agnus et assabatur: post occasum verò nocte cum jam inciperet decima quinta dies, comedebatur, ita ut ante mediam noctem essus agni, et coena omnibus absolveretur.

Quaerens secundò an agnus immolari debeuit priore vespera decimae quartae diei, an posteriore?

Aliqui noterint in Hispania, quos fusc refelli Ribera lib. 3 de Templo c. 3, et Suarez in tractatu de Eucharistia in azymo conficienda, senserunt agnum immolari debuisse priore vespera diei decimae quartae (quae erat postea vespera diei decimae tertiae, sive decima tertia luna ad vesperam) non autem posteriore, quae erat pridie sive initium decimae quintae diei, puta festi azymorum: ita ut inter pascha vesperam et primam diem azymorum integer intercesserit dies, quo Hebraei ex Agypto egressi sint, quo an comederint azyma, incertum est, se proinde incertum etiam esse an Christus eos sequens in azymo agnum coedidit, et in azymo Eucharistiam instituerit, an verò in fermentato, uti voluit Greel.

Verùm hae sententiae planè falsae sunt. Probatur primò, quia *ad vesperam* finem diei significat, non prin-

cipium; ergo decima quarta luna ad vesperam, de decima quarta finiente in secunda vespera, non inchoante à priore vespera, intelligenda est. Antecedens patet, Genesis 30, 16; Exodi 18, 14; Levit. 25, 52.

Secundò, Num. 35, 5, dicitur Hebraei decimam quintam die et altera paschae profecti de Ramesse, id est, exiisse ex Agypto; ergo pascha incidebat in vesperam praecedentem, puta secundam decimae quartae diei: alioqui enim non altera paschae, sed tertia die à paschate, fuissent profecti ex Ramesse et Agypto.

Tertio, ipse historiae contextus hoc capite omnino convincit Hebraeos eodem nocte, quae comederunt agnum, fuisse egressos ex Agypto, neque potuisse diem interjici: nam statim ab aëte agni, cassis primogenitis, Aegyptii coegerunt Hebraeos egredi, ita ut panem coquere ipsis non liceret. Unde subdit Moses: *Hae non observabitis.*

Quartò, Scriptura tantum numerat septem dies azymorum esseque integros, videlicet à decima quinta die usque ad vigesimam primam ad vesperam, ita ut primus dies esset is quo agnus paschalis immolabatur. Ita enim ait S. Marcus c. 14, 1: *Erat pascha et azyma post biduum*; et Matth. c. 26; et Luc. 22: *Primo die azymorum, quando pascha immolabant*, ilque expressè dicitur hoc cap. v. 18 et 19. Iudaei, ut Talmudici narrat tractat. *pesachim* (de paschate), nocte agni immolati, Hebraei lumine lucebant scrutabantur fermentum, ne quid ejus in domo remaneret. Atqui juxta priorem nostrarum illorum sententiam, non septem, sed octo forent dies azymorum, et agni immolatio non incideret in primam diem azymorum, sed uno die praecurreret: hoc autem repugnat Scripturae.

Dices: Josephus numerat 8 dies azymorum. — Respondet: Josephus diem incipit à mane, ita ut decima quinta dies ad vesperam festa, sola et seorsim loco unius computetur: inde mox incipit decima quinta, et post eam decima sexta, et ita consequenter: tunc enim sunt octo.

Quintò, Christus Dominus decima quinta die in plouillio, id est, primo azymorum die festo passus est, ut habet communis Patrum sententia: aliquid certum est ex Evangelio Christum pridie passionis, ultimum celebrasse pascha, et ejus loco instituisse Eucharistiam: ergo id fecit decima quarta die ad vesperam posteriore, sive secundam; Christus autem servavit tempus à lege praescriptum: ergo lex praescripserat vesperam non primam, sed secundam immolandum esse phase.

Sextò, idem probari potest ex Pentateuco: hae enim celebrabatur 30 die à secundo die et festo tam paschae quam azymorum: pluribus die proficit Ribera et Suarez supra.

Dices: Scriptura numerat dies festos, incipiendo à primam vesperam, ut patet Levit. 25, 52; sic numerat et dies creationis mundi, cum ait, Gen. 1: *Factum est vespere et mane dies unus*: ergo pariter hinc vespera prima, non secunda intelligi debet. — Resp. primò, hec, antecedens. Licet enim dies festi post legem in Levitico datam, celebrarentur à vespera in vesperam, Scri-

ptura tamen dies etiam festos jam inde ab initio mundi, à mane in mano numerat, primusque dies mundi ita intelligitur, ut vespere finiente diurnam lucem, et mane finiente noctem procedentem, factus sit dies primus, ut dixi Genes. 1. Vides ergo et ibi vesperam accipi non incipium, sed finem diei. Resp. secundò, etiamsi ibi vespera praecedens accipienda esset, inde tamen non concludes eandem hic accipi debere; aliud enim est dicere à vespera incipere festa, aliud phase incipere decimam quartam die ad vesperam.

Dices secundò: Josephus hic ait, instante, vel, ut Gelenius vertit, illocoescente decima quarta luna, Hebraeos sacrificasse agnum: ergo id fecerunt non in fine, sed in initio, puta primam vesperam diei 14. — Respondet: Graeci in Josepho est *ἀνατολή* in aoristo, non *ἐπιβόη* in presenti, se proinde vertendum est: Astante, presente, vel postquam adfuit decima quarta dies. Deinde etiamsi verteres: Instante decima quarta die, intelligendum id esset juxta legem, ad vesperam secundam jam dictam; nam de mente Josephi dubium non potest esse legenti lib. 5, c. 10. Aliam objectionem solvam v. 42.

Hinc ergo hinc vesperam fuisse posteriorem decimae quartae lunae, sive decimam quartam die jam desinente, et decimam quintam inchoante, ita ut ritus hic agni fieret partim decimam quartam, partim decimam quintam die; immolatio enim agni fiebat decimam quartam, comestio verò praesè fiebat decimam quintam die. Vespera enim hinc erat coenae decimae quartae et decimae quintae diei, et una sui parte ad decimam quartam, altera ad decimam quintam spectabat. Unde Judaei et Christus dicuntur immolasse pascha nunc decimam quartam, nunc decimam quintam die, uti mox dicam.

Ubi nota. Licet cetera festa à vespera in vesperam per diem integrum celebrarentur, pascha tamen solum celebrabatur in fine, puta in vespera decimae quartae diei, non autem decimo quarto die inchoante. Ergo dies decimus quartus non erat sacer, nec festum, sed tantum ejus vespera secunda, sive hinc.

Allegor. vergente mundi vesperè in consummatione saeculorum oblatas est Christus, ait Hesyehus in cap. 25 Levitici, ilque in plenitudo, quando luna, recepta sui luminis plenitudine, solè jam occidente, in oriente exoritur; quia moriente sole justitia, Ecclesia quae in luna intelligitur caliginem peccati discutiens novà luce exoritur, et ad vitam consurgit. Ita Rupert. et Radolphus in Levit. 10. Tertio, sicut Hebraei nocte agnum comederunt, sic et Christus sacramentum corporis sui eodem nocte nobis manducandum dedit. Quarto, sicut sequentibus, id est, primo azymorum solemnè die, holocausta immolabantur, ita et Christus in cruce Deo Patri vivam hostiam se obtulit: uno ergo die, nimirum primo paschali utrumque obtulit sacrificium, coequentem videlicet et incrementum. Hinc Patres docent immolationem agni non minus exhibuisse typum sacrificii Eucharistici, quod fit in Missa, quam sacrificii crucis. Ita S. Leo serm. 7 de Passione; Cyprian. serm. de Coena; Gregor. hom. 22 in Evangelia; Nazianz.

orat. 2 de Pascha; Chrysostomus homil. de Proditione Judae, Rupert. et alii.

Anagogicè, S. Hier. in Marci c. 14: *Vespera diei, ait, finem mundi indicat: circa undecimam namque horam venient notissimè qui primi denarium vitam eternam accipient.*

VERS. 7. — ET SIBENT DE SANGUINE AGNI, AC PONENT SUPER UTROQUE POSTER, UT ISSUPER LIMBARIUS BORDUM, IN QUIBUS COMERENT ILLUM. Ut viso hoc sanguine agni, angelus percussens domos illas Hebraeorum pertranserat, nec percussit eorum primogenita, ut patet v. 25. S. Hier. in Isaiæ 66 agens de signo crucis, ait: *Hoc et postes domorum in Agypto signabantur, quando, percussit Agypto, solus Israel manavit illaevus: quasi sanguis agni postibus illius fuerit in formam crucis.*

Nota etiam domorum, in quibus comederunt illum. Hinc enim videtur quòd illi qui alteri domui se junxerant, eò quòd paniores essent numero, in eamque comederant agnum, in eadem quoque domo pernoctarunt: nam si redissent ad domum propriam, quae non erat tincta sanguine agni, in eà percussus fuisset ab angelo. Tales autem erant fere Hebraei illi qui in domibus Aegyptiorum habitabant: hi enim omnes ad Hebraeorum domos fuerunt; si qui verò Aegyptii primogeniti erant tunc in domibus Hebraeorum, hi autem noctem foras emissi sunt: alioqui enim vel omnes primogeniti Aegyptii non fuissent percussus, vel aliqui fuissent percussus in domibus Hebraeorum sanguine agni tinctis: quorum utrumque erat contra Dei decretum et mandatum.

Narrat Epiphanius haeres. 18, Aegyptios memores illius diei quò à erude angeli liberati sunt Israelite qui agni sanguine postes domorum illinarant, solitos esse intrante aequinoctio vernali, accipere rubricam et illinere omnes arbores domosque, clamantes: *Quia in tempore hoc ignis vastavit omnia, contra quam lucem remedium putant ignicentem sanguinem rubricae.*

VERS. 8. — ET EBENT CARNES NOCTE ILLA ASSUSI, ET AZYMOS PANES CUM LACTUCIS AGRESTIBUS. Nota. Agnus hic representabat duplex beneficium liberationis; primò, ab angelo percussente; secundo, ex Agypto, ex qua Aegyptii timentes majores plagas, festinanter exire compulerunt Hebraeos. Rursus in esu agni duo representabantur Judaeis: primò, dura servitus quae servierunt in Agypto; hujus symbola erant panes azymi, idèque insidiosi; assatio agni, et lactucae agrestes. Secundo, festinatio qua egressi sunt: hujus symbola erant primo panis azymus, quia non habebant tempus eum fermentandi; secundo, assatio agni; tertio, quòd non poterant ejus ossa frangere (festinantibus enim non vacabat illi frangere) ad exurgendum medullam; quarto, quòd comederent agnum accenti, tenentes baculos in manibus; quinto, quòd non possent residuum servare, sed illud igne comburent.

Nota hinc primò, nocte comedendum fuisse agnum: hinc autem nox erat 15 diei. Secundo, per carnes accipere quoque nervos, viscera et quicquid in agno erat comestibile.

Nota secundò, *Pascha, pascha et phase*, significant transitum, vel magis propriè transitum; radix enim *pascha* significat *transire*, uti vertit noster interpres, v. 25, et 3 Reg. 18, 26. Unde et *paschê*, vocatur clausus, eò quòd quasi salitans incedat. Hinc et Synmachus et Josephus pascha vertunt *paschero*, id est, *transicentem*, et S. Hier. in Nominib. hebraicis *transgressum, transicionem*. Noster hic generalitèr *transitum* vertit, ut angeli duplicem transitum, primum per Hebræos, eis parando, secundum per Ægyptios eos percutiendo, significaret. Dicitur ergo *pascha*, id est, *transitum*, quia pascha significat, quòd angelus transitur domos Hebræorum, eas intactas relinquitendo, et insurret in domos Ægyptiorum, eorum primogenita occidendo.

Dices: Tertullianus lib. contra Judæos videtur dicere pascha non esse hebraicum, sed grecum nomine; illud enim *πάσχα* *pascha*, id est, a *πάσχω*, deducit; et quòd hic dicitur: *Est enim pascha* (iusta Septuag.) *domini*, putat prophetice esse dictum, quia dicit: *Est enim passio Domini*, quia scilicet eodem hoc die patitur Christus. Idem indicant Irenæus l. 4, c. 25, et Nazianz. orat. 2 de Paschâ; idque probat Nazianz. ex eo, quia si pascha esset hebræum, non grecum, dicendum esset *paschâ*, non *pascha*. Veteres enim Hebræi non habebant *pe durum*, sed *plu molle*, sive arabicum, ut testatur S. Hieron. in c. 11 Daniel. Hinc enim dicitur Phares, Pharo, Pharisæus, non autem Pares, Parao, Parisæus. — Respondeo, Patres hos non ad litteram, sed mysticè loqui, et symbolice hunc locum explicare; volant enim, non sine Dei consilio hanc vocem *pascha* inventam esse; que tam grecè quam hebræicè etymologiam habet rei maxime consentaneam. Argumentum Nazianzenz talis est; nota non tantum Græci, Syri et Chaldæi, sed et ipsi Hebræi posteriores pro *plu* initio dictionis semper usumque; semper enim *pe* initiali indignant *dures durum*, ut patet ex eorum grammatica.

Nota tertio, Triplex hic fuit transitus. Primò, angelus vastatoris; secundò, Hebræorum ex Ægypto in Chanana; tertio, eorumdem per mare Rubrum; hinc tertium significari nomine *pascha* putat S. August. tract. 35 in Joan. Secundò, Philo, Josephus lib. 17 Antiq., et Nazianzenz supra, putant pascha significare transitum Hebræorum ex Ægypto, idque innuitur Deuter. 16, v. 1. Verùm dico, pascha primò et proximè significare transitum angeli vastatoris; id enim hic dicitur; mediè tamen et finalitèr significare transitum Hebræorum ex Ægypto; ad hunc enim quasi ad finem dirigebatur hic transitus angeli. In S. Hieronymus et Josephus hic lib. 2.

Nota quartò, Phase vel pascha propriè significat transitum, vel potius transitum, inde secundò significat metonymicè agnum immolatum pro hoc transitu; sic sæpè in Scripturis dicitur immolari vel comedi pascha, id est, agnus paschalis. Tertio, inde traditum est ad festum paschale; festum enim, quò immolabatur hic agnus paschalis, vocatur pascha; imò et septem dies azyorum illi contingit, vocatur pascha,

Act. 12, 4, quia solemnitas hæc septem dierum cum paschate incipiebat, cratioque propter ipsum pascha. Quarto, pascha significat vicinus quilibet ovium et bonum, quæ illis septem diebus immolabantur, de quibus Num. 28; hæc enim à prævio paschate phase, sive pascha dicebantur, quæ Judæi in passione Christi comesturi, ingredi volebant Filii (iuxta ethnicè) pretorium, ne contaminarentur, ut patet Joan. 18, 28.

Allegoricè, agnus est Christus, qui de morte transit ad vitam, de terrâ in celum, ut nos à peccato ad gratiam, ab inferno ad celum transiremus. Unde tropologicè, phase, id est, transitum, celebrat anima, cum egreditur à cogitationibus Ægypti, id est, à noxiè peccati, inquit S. August. tract. 55 in Joan. *Pascha*, inquit S. Ambrosius lib. 1 de Cain, cap. 8, *transitus est à passionibus ad exercitia virtutis*, et clarus libro 1 Hexameron, cap. 8: *Pascha Domini quomodo celebratur, hoc est animarum transitum à vitis ad virtutem, à passionibus carnis ad gratiam sobrietatis et temperantiam, à nullius iniquitate fermento ad veritatem et sinceritatem regenerationis*. Et S. Gregorius homil. 10 in Evangel. : *A regione, inquit, nostrâ experiendo, in obediendo, visibili serpendo, cibum vitium quantum discimus; sed ad eam necesse est flecti, obediendo, visibili continentendo, atque appetitum carnis refringendò redomare. Per aliam ergo viam ad regionem nostram repellatur; quoniam qui à paradisi quantum per delationem recessimus, ad hæc per lamenta recedamus.*

Hinc quinto, argumentatur Zuinglius: Si hæc propositio est vera: *Agnus est Phase*, in eadem additenda est metonymia jam dicta, ergo cadem additenda est in hisce Christi verbis: *Hoc est corpus meum*, ut cæcus sit: *Hoc est figura corporis mei*; additque Zuinglius hoc argumentum sibi revelatum esse à spiritu, qui an ater an albus fuerit ignoret, eoque se convincisse Helveticos, ut in Eucharistia non rateret, sed typicè tantum esse corpus Christi faterentur. Sed respondeo primò, antecedens esse falsum; agnus enim dicitur phase, id est, hostia paschalis, propriè, non metonymicè; agnus enim hoc nomen sibi à Deo impositum, proprium possidet; unde sic propriè in usu communi loquuntur Judæi; ut agnum vocarent phase; licet hæc impositio, et hic usus originem habuerit à metonymia, quia hostia pro transitu immolata dicta est phase, id est, transitus; nosquam autem usus habet, et proprietas sermonis, ut corpus passivum vocetur ipsa figura corporis. Respondeo secundò, negando consequentiam; agnus enim non potest propriè esse phase, id est, transitus; quia transitus et agnus sunt duo res prorsus disparatæ, quarum una non potest esse alia; cum autem dico: *Hoc est corpus meum, hoc est corpus* non sunt disparatæ; sed pronomen, *hoc*, in confuso idem significat quòd determinatè significat corpus; in hæc ergo propositione: *Agnus est phase*, id est, transitus, necessariò additenda est metonymia, non autem in hæc: *Hoc est corpus meum*.

Et IX CUNCTIS DIEB. ÆGYPTI FACIAM IUBICIA. Septuag., *faciam ultionem*. Hinc videtur, ut Cajetanus, quòd Apis sive Serapis, omniaque alia deorum simulacra in

Ægypto nocte paschali dejecta et comminuta sint, vel terræ motu, vel fulminibus, ut ex traditione Hebræorum asserit S. Hieronymus ad Fabiol. de 42 Mansion. in primâ. Idem factum esse docet Artapanus antiquus historicus apud Eusebium lib. 9 de Præparatione, c. ult., et hoc alludit Isais c. 19, vers. 1. Sic ab arcâ Dei dejectus fuit Dagon 1 Reg. 5. Tradunt insæper Hebræi, idola Ægypti lapidea fuisse tunc comminuta in pulverem; lignea esse patrefacta, vel in cinerem redacta; metallica verò esse resoluta et liquefacta.

Mentitur ergo Justinus historicus, qui lib. 56 ex veteri Ægyptiorum fabulâ scribit, Mosen idola Ægypti fatratum ea secum exportasse.

VERS. 15. — ERAT AUTEM SANGUIS VOBIS IN SIGNUM, q. d. : Sanguis hic vobis vestre salutis erit signum et tessera, quòd non percutet vos angelus vastator; non quòd angelus hoc signo corporeo indigeat; ipse enim per se satis videt, que sint domus Hebræorum, in quibus comeditur phase; que Ægyptiorum; sed quòd vos hoc signo intellam, custodiam et salutem expectare vellet, idque ob typum agni ejus, qui sanguine suo liberat vos ab irâ venturâ et morte æternâ. Per hunc ergo ritum implicite prohibebantur Hebræi, ab æternâ morte se liberatum iri per sanguinem Messie; unde et postes cum superliminari, quòd utriusque posti superius incumbent (que omnia sanguine agni tingenda erant) typum et formam crucis exhibebant, ut docet S. Cyprianus lib. 2 Testim. contra Judæos c. 32. Sic Ezech. 9, angelus jubet ut omnes occidat præter ocos, qui signati erant signo Tau, quòd figuram gerelat crucis. Jubentur ergo Hebræi hic, non tantum in primo hoc paschate six liberationis et exitus, sed et in aliis deinceps quotannis celebrandis postes et superliminari sui osti sanguine agni aspergere, ut recordentur, quòd jam olim simili aspersione liberati sint à vastante angelo; nam non tantum in primo hoc paschate, sed et in aliis deinceps hunc ritum servatum esse, patet ex v. 25, ubi dicitur: *Cum introieritis in terram quam Dominus diciturus est vobis, observabitis cæremonia ista*; puta ut decimo die quæretis agnum, quem decimo quarto die immoletis, cumque comeditis tenentes baculos, acineti, calcetti, sanguine ejus aspergentes postes, etc. Licet enim alibi horum expressa non sit mentio, hic tamen fit, idque sufficit; alibi enim Scriptura hæc locutionem remittit, ut pascha cæremonia hic petat et dicat. Hæc ergo cæremonia, sicut in primo paschate, ita et in aliis deinceps prescripta, et à Judæis observata sunt; adeoque azyra septem dierum, aliæque que à v. 11 et deinceps prescribuntur, non tam pro primo hoc paschate, quam pro futuris à Deo prescripta esse, satis patet ex v. 14, uti dicam v. 15.

VERS. 15. — SEPTEN DIEBUS AZYMA COMEDETIS. *Azuma* vocatur panes sine fermento; *azyra* enim est fermentum; dicitur fermentum quòd quasi ferendo crescat; hinc panis azyms statim coquitur; nam in fermentato expectare oportet, dum fermentum digerat et attenuet pastam, ex qua fit panis; ergo *comedis azyma*, ut

scilicet quotannis recolatis prima azyra pasche, qua comedistis exituri in Ægypto; cum enim nocte illâ postam fecissetis ad panem coquendum, præ festinationem non habuistis tempus cum fermentandi, cogentibus Ægyptis illis vos egressi; unde Deuter. 16, 5, dicitur: *Septem diebus comedetis azyra, afflictionis* (quia azyms panis est insipidus, gravis, insalubris, egrèque concoquitur) *panem, quoniam in pavore egressus es de Ægypto, ut meminissetis diem egressionis tue de Ægypto, omnibus diebus vite tue.*

Tropol., per azyra, inquit Theodor., significatur non tantum diligentia et instantia proficiscendi, et illi parandi facilitas et promptitudo, sed etiam quòd nihil vespigium vitæ vestigium tenere ipsos conveniebat; hinc dicit Christus Matth. 16: *Caveat à fermento Phariseorum*. Septem verò dierum azyromum hæc tropologicam causam dat Ven. Beda in Lucæ 22: *Quia, ut, Christus semel pro nobis in plenitudine temporum passus in carne, per omne nobis hujus sæculi tempus quòd septem diebus agit, in azyms sinceritatis et veritatis præceptis esse vivendum, totoque semper nim desideria secuti, quasi Ægypti retinacula, fugere, et quasi à mundana conversatione secretam solitudinem, licet nos alimoret abire virtutum.*

Nota, Tradit Josephus, Hebræos ex Ægypto exitum per 50 dies comessisse azyra; tandùm enim postam eorum, quam secum exulerant, durasse, ex qua in Socoth et deinceps coxerunt panes subnicerios, quæ dedecente Deum dedisse eis manna de celo; sicut vice versâ defecit manna, cum illi Israel ingressi Chanana comederebunt de frugibus terræ, ut dicitur Josue 5. Deus enim non deest homini in necessitate, nec vicissim superest aut sufficit, ubi non est opus; non enim per erat cibum celestem cum terrestri commisceri. Unde et qui delicias carnales quærat, privantur celestibus, et contra.

Hinc et ex v. 14 patet, hos 7 dies azyromum non pertinuisse ad primam hæc phase celebrationem in Ægypto factam, sed ad alias omnes deinceps singulis annis faciendas. Ubi nota ea que hic precipiuntur de celebratione phase usque ad v. 14 pertinuisse, et observata fuisse in primo illo phase ægyptico; reliqua verò, que deinceps sequuntur, non ad primum illud phase, sed ad sequentia singulis annis celebranda pertinentissimè. Hos ergo 50 dies azyromum, quæ Hebræi comedunt in egressu, representant ipsi quotannis per 7 dies comedentes azyra in paschate; septenarius enim multitudinis et universalitatis est symbolus; sicut peregrinationem Hebræorum in deserto, quibus per 40 annos habitaverunt in tabernaculis, jussit Deus representari quotannis per septem dies festi Tabernaculorum.

Dices: Dies azyromum incipiunt à decimo quarto die, et finiuntur vigesimo primo; ergo durabant per 8, non per 7 dies, Ita Rupertus. — Respondeo decimum quartum diem debere excludi; incipiunt enim dies azyromum decimo quarto die, non mane, ut vult Rupertus, sed ad vespæram, nia incipiunt die decimâ quinta, que proprie vocatur prima azyromum.

Ubi nota, dies azymorum incepisse cum paschate; unde, quia vespera paschalis referri poterat ad 14 diem, ejus erat finis, et citam ad 15, cuius erat initium; hinc hic v. 18, et ab Evangelistis describentibus ultimam Christi coenam, decimus quartus dies vocatur primus azymorum; Levitici verò 23, v. 6, et alibi, decimus quintus dies vocatur primus azymorum. Unde et hic dicitur: *Observabis azyma; in eisdem enim die educam exercitum vestrum de terra Egypti*; constat autem Num. 33, 5, Hebraeos egressos esse ex Egypto 15 die mensis primæ. Verum, quia agnus licet ante immolatus et assus, non tamen comedebatur nisi nocte, que proprie pertinet ad 15 diem; cum ideo autem agni incipiebat et assus azymorum; hinc præcisè loquendo assus azymorum incipiebat non ad 14, sed ad 15 die, qui proinde communiter vocatur primus dies azymorum. Fallitur ergo Iostatus, qui putat azyma incepisse ab immolatione agni, et consequenter 14 die, non 15: nam, ut dixi, assus azymorum incipiebat non ab immolatione agni, que fiebat 14 die ad vesperam, sed ab agni conestione, que fiebat nocte incipiente jam 15 die, ut patet v. 8. Hinc patet Christum legis observatissimum instituisse Eucharistiam in pane azymo; nam instituit eam post coenam agni, in qua incipiebat assus azymorum, qui durabat per septem dies. Rectè ergo, et ad exemplum Christi Ecclesia hanc prescribitur et Eucharistiam celebrat in pane azymo.

QUICQUID COMEDERIT FERMENTUM, PERDIT ANIMAM DEUS ISRAEL. Peribit scilicet sententiæ iudicium, si res considerari, quasi dicit: Per iudices condemnetur ad mortem; si illi id negligant, vel nesciant, ego Deus vindex eum punitam morte, vel pœnenti, vel æternam, vel utroque. Hinc patet, Hebraeos fuisse capitale, comedere fermentum in diebus azymorum; licet enim hoc res in se parva videretur, et in se non mala, sed indifferens, Deo tamen tam severè eam vitante, erat mortale peccatum.

VERS. 16. — DIES PRIMA ERIT SANCTA ATQUE SOLEMNIS, ET DIES SEPTIMA HABEM FESTIVITATE VENERABILIS; NIHIL OPERIS FACIETIS IN HIS. Hinc patet, ex 7 diebus azymorum, quibus singulis varia offerantur sacrificia, ut patet Numer. 28, 24, celebrare fuisse primam et ultimam, coque solos proprie fuisse festos, idque æque, sive aequali gradu et culta, ut hic dicitur; illis enim non debet operari, quod aliis quinquæ intermediis diebus licebat; unde dies prima vocatur sancta, id est, cultui Dei dicata; sabbatum tamen erat sanctius, quia eo non licebat cibos coquere, nec ignem accendere, ut dicitur Numer. 17, 32, quod tamen omnibus diebus azymorum, et quibuslibet aliis festis licebat. Dicitur et prima hæc dies solemnis, quia festa erat ob publica et solennia sacrificia, que illo die fiebant, ut patet Numer. 28, v. 16 et seq., unde et Iudæi tunc veste elegantiore et cibo lautiore utebantur. Hinc eis ait Nehemias 1, 2 Esdræ c. 8: *Ita, ait, et comedite pinguedinem, et bibite malum, et vitule eis qui non paraverunt sibi, quia sanctus dies Domini est: et nolite contristari: gaudium enim Domini est fortitudo no-*

stra. Pro sancta et solemnibus, Hebr. est *micra coact*, id est, convocatio sancta, puta sancta solennitas, quæ convocatur populus ad audiendum Deo legem et ad sacrificia.

ET DIES SEPTIMA EADEM FESTIVITATE VENERABILIS. Tunc enim erat festum coactis, sive collectæ, de quo dicam Levitici 25, 36.

VERS. 17. — CUSTODIETIS DIEM ISTUM IN GENERATIONIBUS VESTRAS RITU PERPETUO, QUAMDIU SCILICET VESTRE GENERATIONIS ET GENTIS JUDÆICÆ RITUS, CULTUS ET RELIGIO, PUTA JUDAISMUS, PERDURABIT; CUM ENIM ILLE AB ALIA CHRISTI SUPERVENIENTE RELIGIONE ABOLBITUR, TUNC ET RITUS PHASE ABOLBITUR. Vide can. 4. Duravit ergo hic ritus per annos 1550; tot enim sunt ab exitu ex Egypto usque ad passionem Christi, qui ritum hunc, aliisque veteres implevit et abolevit. Unde S. Justinus contra Tryphon: *Proceptionem*, inquit, *agni paschalis fuisse temporarium ex eo apparet, quod Deus non permittit cum temporibus, nisi in loco in quo invocatur nomen ejus (puta Hierosolyma, ubi erat templum), nisi inquit quis erit dicit sanctos post passionem Christi, quando Hierosolyma tradendo esset hostibus, cessantibus simul omnibus victimis. Alter respondit Abih. et S. Ang. phase et exaromias veteres dice æternas, non quod ipsæ signa rerum, sed quod res, que signis illis significatur, puta Christus Christique mysteria, æterna essent futura. Verum ista responsio mystica est, non litteralis.*

Errant ergo Armeni christiani, qui agnum sacrificant, ejus sanguine limina inungunt, ossa excurunt, cinerem cum sanguine servant ad expiationem, ut refert S. Nicen. libro de Erroribus Armenorum. Superstitiosi erant et illi Christiani, qui agni carnes in paschate juxta altare ponentes, propria benedictione consecrabant, et in die pasche ante alios cibos de agni carnibus comedebant, ut refert Walfridus Strabo de Rebus Eccles. c. 18: nam, ut ipse, ait, pascha nostrum immolatus est Christus; hinc Paulus vult nos epulari, non in fermento veteri, sed in azymis sinceritatis et veritatis.

Tropol., qui signatus est agni sanguine, id est, baptizatus est in sanguine Christi, et vult celebrare pascha, id est, Christum colere, tuncque sumere in Eucharistia, ut tendat ad terram promissam in caelis; hic debet per septem dies, id est, ætate vite sue (que sunt infantia, pueritia, adolescentia, juvenus, ætas virilis, senilis et decrepita) in azymis, id est, in puritate vivere, et abstinere à fermento peccati. Primus dies azymorum, id est, conversionis à peccato, est festus et beatorum coram Deo et angelis. Matth. 18, v. 15 et 14. Similiter et ultimus, cum ex hac vita mortalitatis transit ponens ad æternam in caelis. *Beati enim mortui qui in Domino moriantur.* Ita Rupertus et Apostolus 1 Corinth. 5 et seqq.

VERS. 20. — IN CENCTIS HABITACULIS VESTRAS EBERTIS ALTRA. NOTA est habitaculis, quia in itinere constituti non poterant semper habere, ac consequenter nec edere azyma. Ita Cajetanus.

VERS. 21. — TOLLENTES ANIMAL. Hebr. *extrahite pe-*

cutem, scilicet ex ovili: ecco non solus agnus, sed et leonem (hic enim hebraicè vocatur *seh*, æque ut agnus) immolari poterat loco agni.

VERS. 22. — FASCICULIQUE HYSSOPI TRINGITE IN SANGUINE, QUI EST IN LIMINE. Septuag., qui est ad januam. Debebat ergo agnus, ait S. Aug., vel occidi juxta januam domus, vel potius ad ostium deferri ejus sanguis, ut eo recenti et liquido intingerent hyssopum, quo aspergerent postes et superliminare. Hyssopus enim erat hic loco aspergitur, uti dicam Levit. 14, 4. Hebraeus *soph* non tantum limen, sed et polvum significat; unde aliqui cum Chaldeo vertunt, cum *anguine*, qui est in vase, vel potius, qui scilicet excoptus est, cum agnus jugularetur. Melius tamen *noctes soph* vertit *finis*; hoc enim communiter significat, à rad. *soph*, id est, finire; hanc secus quam Latinis limen dicitur, quasi liminis finis, id est, finis et terminus, alique umbræ canis; quamvis Festo limen dicatur à limus, id est, obliquus, seu transversus, eò quod ingredientius quasi ex obliquo stet.

NELLES PARADIATA URQUE NARE, VEL CORTÈ DONEC CENSET ANGELUM PERCUSSOREM TRANSMISSE; MANUIT ENIM HOC MOSES, UT CAVERET AGREDI, NE IN PERCUSSOREM LUMO INCIDERET; ITAQUE POSTQUAM ÆGYPTII PERCUSSIONEM ET EADEM HANC AB EO FACTAM SUÀ COMPLORATIONE TESTATI SUNT, URERUNTQUE HEBRÆOS AD EXITUM, IUXTA IPSI EADEM MULO EGRESSI SUNT, UT PATET V. 31, SCILICET POST MEDIAM NOCTEM, ANTE MANE.

VERS. 23. — ET NON SUNT PERCUSSIONEM. Hinc putant aliqui hunc percussorem angelum fuisse malum; dicitur enim, non sine Deo, quasi angelus hic vellet trahere Hebræos occidere, si Deus vinceret; hoc autem alienum erat à bono angelo; hic enim Dei populum amabat et tuebatur. Unde Rupert: *Hebræi percussori traduntur angelo malo, postquam voluit noluerunt per scripturam corrigenti, et decem plagis ad populum injuncti Deo.* Verum æque probabile, vel probabilius est hanc plagam, ut et præcedentes, inflictam fuisse per angelos bonos. Unde pro, non sunt, hebraicè est, non debuit; scilicet ordinem vel ordinationem, non ordinabunt, non prescribit illi Deus, ut percussit Hebræos, sed tantum Ægyptios. Vide de hoc e. 7, in fine q. 4.

VERS. 26. — QUA EST ISTA RELIGIO? Hebr., quia est iste cultus? ad quod, quare celebratis pascha hoc?

VERS. 29. — FACTUS EST AUTEM EX NOCTIS MENO, PERCUSSIT DOMINUS OMNIA PRIMUMGENITIVA. Melius enim nocte vel ipsa caeca silentia turgent; eò ergo terribillior fuit hæc pœna; quia erit et adventus Christi ad iudicium, uti dixi c. 11, 5.

OMNE PRIMUMGENITUM, quod primo natum est, etiam si unigenitum, etiam amosum; hinc in una domo plures subinde cæsi sunt, puta avus, pater, filius, uxor, si omnes erant primogeniti, idem dico de servis et iumentis. Vide e. 11, v. 8.

À PRIMUMGENITO PARABOIS. Punitur hic in filio Pharaonis, sed ipse majori dolore et vindicta servabatur, mergendus cum avis omnibus in mari Rubro.

USQUE AD PRIMUMGENITUM CAPTIVÆ, ancille captivæ ad pistrinum damnate, ut patet c. 11, 5.

VERS. 30. — SCRIBETEQUE PHARAO, etc., VOCATIQUE MOISE ET AARONE NOCTE AIT: SERBITE ET REGERMINI. Verisimile est, ipsemet Pharaonem tantà strage percutum, timetentem peiora surtesse, ut Mosem adiret, quem suavitè excoactione domi suæ inveniens vocando excitavit, dixerique: Surgite, egredimini; id claris signis certis Hebræis.

VERS. 32. — BENEDECI TE NIHIL, ORATE PRO ME, UT VERTIT CHALD.

Moral. discite hic dura et obstinata corda non blanditis, non minis, non flagellis, sed morte dirisque claudius frangi et moliri; sicut ademas non mollescit nisi dureno sanguine, illi strage primogenitorum omnium fractus et flexus est Pharaon omnesque Ægyptii. Ita superbus Nabuchodonosor cervicis densitas, cum mutatus est in bestiam. Ita Dominus prostratus in terram factus est Paulus, dicitque: *Domine, quid me vis facere?* Ita Magdalena possessa à demonibus septem, Christum medicum requisivit.

Miram apud gentes exemplum narrat Plutarchus lib. de serâ neminis Vindictâ, sub finem: *Thespius*, inquit, homo fuit sceleratus et deplorata vita; de eo consultum arcautum, nam que condempnationis ejus foret species, respondit: *Melior erit, postquam Ægyptii percussorem et eadem hanc ab eo factam suâ comploracione testati sunt, ureruntque Hebræos ad exitum, IUXTA IPSI EADEM MULO EGRESSI SUNT, UT PATET V. 31, SCILICET POST MEDIAM NOCTEM, ANTE MANE.* Melius enim nocte vel ipsa caeca silentia turgent; eò ergo terribillior fuit hæc pœna; quia erit et adventus Christi ad iudicium, uti dixi c. 11, 5.

VERS. 35. — URGENTATQUE ÆGYPTI POPULUM DE TERRA IXTRE VELOCITER, TIMORE SCILICET EX TANTA SUORUM STRAGE PERCUTI. Hinc videas fabulas et calumnias gentium ut Corneli Tànti, lib. 5, et Trogi Pompeii, vel potius Justini lib. 51, asserentium Hebræos ob scilicet et perfringem, oraculi moniti ab Ægyptiis Ægypto esse pulsos. Simile est quod tradunt Manethon, Chærenon et Lysimachus, Ægyptii historici, apud Josephum lib. 1 contra Apionem, scilicet Mosem idola Ægyptiorum abstrulisse, idque cum persecuto fuisse Ægyptos; sed tempestuatis domum redire compulsus, cum è contrario sacra Scriptura nos doceat, omnes ad unum mari Rubro esse absorptos. Tale est et illud Taciti, Judæos dici quasi Hebræos, eò

quod ex Ida Creta monte descenderit. Secundo, Iudaeis suis non vesci, quia sues aqua, ut Iudaei, scabiei sunt obnoxii. Tertio, asinos Iudaeis Aegypto egrediendibus viam monstrasse, idque eos colere asinos. Talem est et illud Iustini, Joseph magnum fuisse, ejusque filium fuisse Moysen; reges Iudaeorum fuisse Joseph, Moysen et Israel, qui avitam regnum in decem divisit. Unde videtur quam gentiles Iudaei fuerint infensi et iniqui, vel Iudaeorum rerum ignari et imperiti.

VERS. 34. — TELIT IGITER POPULUS CONSERSAM FABINAM, ANTEQUAM FELMENFARTER. — *Consersum*, et magno labore manibus vel pedibus subactum, puta massam, vel pastam, uti mox habet Hebraei; quia scilicet non habebant spatium eam fermentandi et coquendi, cocturi illam prima occasione.

ET IUGENS IN FALLIS: Chald. et Septuag. in vestibus. Hebraei *cinia* proprie significat involvituram, vel amantum, quo aliqui tegitur aut involvitur, quemadmodum pallium Ulpiano et Cicero commime est vestis genus. *Diutius*, ait Cicero lib. 5 de Natura Deorum, *Joni aream abstitit involucrum, deliquit ei lanam pallium*. Iudaei pallium proprie significare quoque solumnem, sive linteam, docet Lazarus Baysius lib. de Re vestitaria, ex Juvenali Sat. 6, ubi de moecha sic ait:

Adrocat Arichanae, oculosque pallia jactat.
Sic et pallia haec Hebraeorum videntur fuisse sindones, sive lintae; illis enim postea involvi solet; aliqui proprie pallium Graecorum erat extima longior vestis, perinde actoga erat Romanorum.

VERS. 35. — DOMINUS AUTEM DEDIT GRATIAM POPULO CORAM AEGYPTIIS. Ego haec bona sua commodaverunt Aegyptii Hebraeis, non tam ex timore, quo percussis erant, ob stragem primogenitorum, quam quia Deus dedit eis gratiam coram Aegyptiis. Ita S. August. Peter. et alii. Gratia haec, ait Hostatus, vel fuit qualitas quadam producta a Deo in Hebraeis, miraculo licens in vultu totoque corpore, et in verbis moribusque eorum, quae Hebraeos habebat amabiles, jucundos et gratiosos Aegyptiis; talem enim gratiam et eximiam pulchritudinem dedit Deus Iudith c. 10. Haec de causa Plato monuit Xenocratem discipulum suum, qui tristis severoque vultum pra se ferebat, ut *Graecis sacra faceret*; illud videlicet significans, ut quantum gratiositas natura defectus, rodinas et acerbitas demeret, tantum gratia comitatis elegantia, partim a Deo postulata et impetrata, partim proprio conatu et exercitio, partim, adhibere ad homines sibi convellendos. Idem Dionem Syracensium virum doctissimum, sed duriorem, monuit, ut magis comen et gratiosum se formaret, dicens: *Durities et pertinacia non arbitrium, sed silvarum solitudinisque solalis est*. Ita Xenophon, comitissipulus Platoni, qui scripsit Pasionem Cyri, fuit mirè gratiosus et suavis; idque vocatus est *Musa Attica*. Testis est Laertius et alii in vita Platoni et Xenophonis.

Vel potius, dedit Deus gratiam, id est, inflexit Deus corda Aegyptiorum (omnium enim corda sunt in manu et arbitrio Dei) ad teneram quemdam amorem He-

braeorum, eisque bene volendum et beneficiendum, ita ut Hebraei viderentur Aegyptiis non solum commiseratione, verum amore, honore, qui etiam quibuslibet beneficiis muneribusque dignissimi, quo factum est ut liberer sui eis commodarunt, imò obulerint, ait Cajet., incitantes eos, ut confidenter peterent quicquid vellent; nam pro eo, quod nos habemus, ut commodarent eis, hebraice est *estovajscilum*, id est, fecerunt *petere eos*, scilicet vasa quibus usuri erant in sacrificio, ad quod eos evocari a Deo dixerat Moyses; ut mirum hanc ratione Deum sibi offensum placarent Aegyptii.

UT COMMODARENT EIS. Erat ergo Josephus, qui ait haec Hebraeis dono fuisse data ab Aegyptiis, tum ut coloris discerent, tum ob vicinitatis consuetudinem, et pristinam familiaritatem; Scriptura enim ait haec non donata, sed commodata esse, atque Hebraeos haec sibi usurpantes spoliasse Aegyptum.

Vide hic opam mutabilitatem, ut quasi commodata ab uno ad alium transeat. Fabule Plutium, sive Ditem divitiarum Deum in adventu claudium, in recessu alatum esse fingunt; quia divitiae claudis velut pedibus lentè accedunt in vitam, in morte aquilinis evolvant alas. Saladinus magno labore imperium Aegypti et Syriae pepererat; is moriens interitum suum haec praefixam per castra circumferri jussit, atque per praetorium proclamari: *Haec vasa tanica Saladino principi ex tantis opibus imperioque superest*.

ET SEQUEBANTUR AEGYPTIOS. Dies: Ergo spoliatum, id est, furtum et rapinam, commiserunt Hebraei. — Resp. Spoliatum jussu Dei admissum, justum et sanctum est. Deus enim jubens tibi aliquid spoliare, hoc ipso tibi jus et dominium in ejus bona largitur. Ita S. August., Rupert., S. Thom., Abulens, et alii. Secundo, scelus Dei jussu poterant Hebraei bona Aegyptiorum per spoliatum accipere, tum titulo mercedis, servierunt enim eis laboriosissime; tum titulo justis belli, hostes enim publici Hebraeorum erant Aegyptii, qui eos usque ad mortem persecuti fuerant, et miris modis direxerant: poterant ergo eos tanquam publicos suos hostes spoliare Hebraei. Unde Sap. 10 dicitur: *Reddidit Deus justis mercedem laborum suorum*. Ita Philo. Adit S. Aug. lib. 22 contra Faustum c. 71: *Aegyptii, inquit, sacrilegi et iniqui erant qui et ante illo, hoc est, Dei creatura, male utentes ad creatoris injuriam sua indolis accidebant, et homines peregrinos labore gratuito injuste et vehementer afflixerant; digni ergo erant et Hebraei, quibus tanta juberetur, et Aegyptii, qui tantis peterentur*.

Dices: Saltem mantili sunt Hebraei petentes commodato ea quae rapere et nunquam reddere intendebant. — Resp. non esse mentios, quia commodatum, in quantum commodatum erat, reddere intendebant; sed quia illud commodatum simul erat donatum eis a Deo, hinc illud idem retinere intendebant, non titulo commodati, sed donati. Astud ergo titulo commodati usi sunt, illamque praestenderunt suae justae spoliationi; aliqui enim illud ipsam, quod sibi debuit a Deo donatum erat, assequi nequissime, nunquam

enim sua commodassent Aegyptii, si Hebraeos illa re-tenturos scivissent. Secundo, respondent alii: Qui inter Hebraeos erant boni cogitabant bona fide haec reddere Aegyptiis; sed cum illi contra fidem datam abeuntes hostiliter sui insecuti, censuerunt Hebraei sine officio reddendi ea solutos esse, et Aegyptios esse indignos quibus ea redderentur. Verum ex dictis verius videtur Hebraeos primitus, antequam eos persequerentur Aegyptii, ea commodato accepisse cum animo nunquam reddendi et spoliandi Aegyptum. Hoc enim eis praedixerat et concesserat Deus, ut patet hic v. 2. Tertio, addit Tertullian. l. 2 contra Marcion. c. 20, quasi antiqua traditio acceptum, quod Aegyptii miserint ad Moysen et Hebraeos jam transgressos mare Rubrum legatos, qui haec bona repeterent; respondisse Hebraeos, se id facturos, dummodo ipsi sibi tam dure et longa servituti in Aegypto, totaque laborum mercedem persolverent; cumque ab Aegyptiis mercedis persolvende computatio fieret, subducta ratio in tantam summam evasit, ut salus esse duxerint Aegyptii, bona illa remittere Hebraeis, quam debitam illis mercedem persolvere. Cujus traditionis fides sit penes Tertullian., certe mihi suspecta est; Aegyptii enim mari Rubro mersis, et Hebraeis illud transgressis, omnis eorum societas omneque commercium divilsum fuisse videtur.

Tropol. Patres et doctores catholici spoliaverunt Aegyptum, cum sapientiam et eloquentiam ab Ethio-pis haustam, transulerunt ad Iudaeos et Fedesiam Christi illustrandam. Hinc Porphyrius, hostis Christianorum, dicebat Origenem divitias omnes Graecorum ad locupletandam judaicae et Christianae sectae paupertatem contulisse; testis est Eusebius lib. 6 Histor. c. 15. Et non videmus jam omnem eloquentiam, scientiam, sapientiam apud Ethnicos, Turcas, Sarracenos defecisse, et ad Christianos transisse, qui soli jam in toto orbe florent in omni arte, scientia, eloquentia, disciplina.

VERS. 37. — PROPECTIQUE SUNT FILII ISRAEL DE RAMESSE IN SOCOth SEXCENTA FERE MILLIA PEDITUM. Profecti sunt Deo duce, iterque monstrante per columnam nubis de die, et columnam ignis de nocte, ut patet c. seq. v. 21.

Nota. Hebraei ex Aegypto tendentes in Chanaan egerunt 42 stationes sive mansiones in deserto, de quibus tractatum scripsit S. Hieron. ad Fabiolam. Prima mansio vel statio fuit in Ramesses; illae enim ex tota Aegypto convenerunt Hebraei exituri; unde aptè Ramesses hebraice significat tonitrui gaudii, ait S. Hier. Miro enim, novo et insolito illi gaudio perfusi sunt Hebraei, quod jam ex dura servitute Aegypti in libertatem se evasisse viderent. Valerius Maximus, lib. 4, c. 8: *Philippo, inquit, Macedonum rege superato, cum ad insigne spectaculum tota Graecia concisisset, Q. Flaminius per praecentum jussit edici: Senatus populusque roman. omnes Graeciae urbes, quae sub ditione Philippi regis fuerunt, liberat et immunes esse jubet; quibus auditis maximo et inopinato gaudio homines percussit, primo veluti non audisse se quae audierant*

credentes, obtulerunt. Iteratè deinde pronuntiations praecentis, tantum clamoris alacritate compleverunt, ut certis concitæ voce superboebant, attentione parentibus concitæ. Quanta ergo fuit Hebraeorum exultatio, ex ergastulo et fornace ferræ in campum hinc plena libertatis exeamtium? Libertatis, ait Iustianus, incomparabile est pretium, nam jure civili servi pro nullo habentur, nec caput habent. Etenim quid miserius quam addici alieni, qui vite et necis in te habeat potestatem? Unde Cicero: *Mors, ait, est servitute prior*, et Homerus, Odys. 7 et 10, docet dimidium ei perire virtutis, quem servilis obvallarit necessitas; hinc servi fuerunt furefieri.

In Socoth. Secunda ergo mansio fuit in Socoth, qua sita erat inter mare Rubrum et Aegyptum tunc cultam; nam omnia ab Aegypto usque ad mare Rubrum, olim pertinuisse videntur ad Aegyptum, licet inculca essent et deserta. Dicta est Socoth, id est, tabernacula, quod prima filii Hebraei exeamtibus Aegypto fixerint tabernacula, ait S. Hieron. ex ad Fabiolam.

SEXCENTA FERE MILLIA PEDITUM. *Pedi*, id est, plus minus; Hebraei, quasi sexcenta millia, unde Josephus ait eos explese numerum 600 millium.

Nota. Haec sexcenta millia erant peditum armatorum, sive militum, qui scilicet attingerent vel exesserant annum 20: ab anno enim vigesimo et supra solent Hebraei suos conscribere ad militiam. Abulensis putat huc non numerari Levitas, qui à trigesimo anno, quo incipient servire tabernaculo, numerantur octo millia, quingenti, octoginta, Numer. 4, 48. Sed videtur falli: nam tribus Levites necdum erant secreta ab aliis, et addicta sacerdotio, videtur ergo ipsa hic cum aliis numerari; postea vero, cum sacerdotium accepit, tunc non fuit numerata inter alias tribus, ut patet Num. 2, 55. Non numerantur hic ergo parvuli et adolescentes, qui necdum attingerant annum vigesimum, nec mulieres, nec decrepiti, qui omnes simul solent alteram et insuper dimidium populi partem efflere; solent enim bellatores ad totum populum se habere, sicut se habent quadraginta ad centum; quo computo totus populus Hebraeorum hic habuisset decies et quinquies centena millia hominum. Quin et Hebraei tradunt fuisse decies et octies centena millia, quibus accessit Aegyptiorum vulgus innumerable, qui Iudaeis adherentes, vel ad Iudaismum conversi, comitari vultuerunt; ita ut multi putent universum egredientium fuisse tricies centena millia, sive tres milliones hominum, quo omnes Deos alit manna coegit in deserto per 40 annos. Hi omnes una die non confestim, sed ordine per turmas suos dispositi, quasi instructo agmine exierunt, quod v. 41 instar miraculi notat et celebrat Moses.

Aegyptii suos Aegyptios Hebraeis permixtos exire permisissent, quia morte suorum consternerat, vel non advertabant, vel non evadent eorum egressum.

ASQUE PARYULIS. Sept. praeter *suppellectilem*, non tantum motam, sed etiam se moventem, puta parvulos et mulieres, inquit S. Aug. q. 47.

VERS. 39. — QUAM REDEM DE AEGYPTO CONSER-

ut per lapides et spinas, id est, difficultates omnes, inoffenso pede in caelum penetret. Vicesimo tertio, cum festinatione comedatur agnus; quia in Eucharistia non tam queritur voluptas quam nutrimentum et vires ad labores in via dei preferendos, et ad festinandum in patriam celestem. Vicesimo quarto, primogeniti Aegyptiorum, quia ex agno non comede-

CAPUT XIII.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:
2. Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vulvam in filiis Israel, tam de hominibus quam de jumentis; nec sunt enim omnia.
3. Et ait Moyses ad populum: Meministis diei hujus in quo egressi estis de Aegypto et de domo servitutis, quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco isto, ut non comessetis fermentatum ramentum.
4. Hodie egredimini in terra Aegypti.
5. Cumque introduxerit te Dominus in terram Chanaan, et Habasai, et Amorrhæi, et Hivæi, et Jebusæi, quam juravi patribus tuis ut daret tibi terram fluentem lacte et melle, celebrabis hanc morem sacrorum mensæ isto.
6. Septimo diebus vesceris avinis; et in die septimo erit sollemnitatis Domini.
7. Azyma comedetis septem diebus; non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis.
8. Narrabisque filio tuo in die illo, dicens: Hoc est quod fecit mihi Dominus quando egressus sum de Aegypto.
9. Et erit quasi signum in manu tua, et quasi monumentum ante oculos tuos, et ut lex Domini semper sit in ore tuo; in manu enim forti eduxit te Dominus de Aegypto.
10. Custodies in iussum domini cultum statuto tempore à diebus in dies.
11. Cumque introduxerit te Dominus in terram Chanaan, sicut juravi tibi et patribus tuis, et dederit tibi eam:
12. Separabis omne quod aperit vulvam Domino, et quod primitivum est in pecoribus tuis: quicquid habueris masculini sexus, consecrabis Domino.
13. Primogenitum asini masculini ovis; quod si non redemeris, interficies. Omne autem primogenitum hominis de filiis tuis, pretio redimes.
14. Cumque interrogaverit te filius tuus eras dicens: Quid est hec? respondebis ei: In manu forti eduxit nos Dominus de terra Aegypti, de domo servitutis.
15. Nam cum induratus esset Pharaon, et nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti, à primogenito hominis usque ad primogenitum jumentorum; idecirco immolo Domino omne quod aperit vulvam masculini sexus, et omnia primogenita filiorum meorum redimo.
16. Ergo itur quasi signum in manu tua, et quasi appensum quod, ob recordationem, inter oculos tuos;

runt, mortui sunt; sic qui Eucharistiam neglexerit, inorte aeterna peribit. Unde ait Christus Joan. 6: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ita ex S. Gregorio, Bedæ, et aliis Adulesis quest. 50, et Ribera lib. 5 de Templo, cap. 4.

CAPITRE XIII.

1. Le Seigneur parla encore ce même jour à Moïse et lui dit:
2. Consécrez-moi tous les premiers-nés qui ouvrent le sein de leur mère parmi les enfants d'Israël, tant des hommes que des bêtes; j'ai droit d'exiger cela de vous, car toutes choses sont à moi.
3. Et Moïse dit au peuple: Souvenez-vous de ce jour auquel vous êtes sortis de l'Égypte et de la maison de votre esclavage; souvenez-vous que le Seigneur vous a tirés de ce lieu par la force de son bras, et gardez-vous de manger en ce jour du pain avec du levain.
4. Vous sortez aujourd'hui dans des pays, qui est celui où l'on commença à manger des blés en Aegypte.
5. Et lorsque le Seigneur vous aura fait entrer dans la terre des Chananéens, des Hébreus, des Amorrhéens, des Hivéens et des Jebuséens, qu'il a juré à vos pères de vous donner; dans cette terre où coulent des ruisseaux de lait et de miel, vous célébrerez en ce mois ce culte sacré en la manière qui suit:
6. Vous mangerez des pains sans levain pendant sept jours; et le septième jour sera un jour particulièrement consacré au culte du Seigneur.
7. Vous mangerez, dit-il, des pains sans levain, et il n'y aura rien chez vous où il y ait du levain, non plus qu'en toutes vos terres.
8. En ce jour-là vous direz à votre fils: Je souviens cette fête en mémoire de la grâce que le Seigneur m'a faite lorsque je suis sorti de l'Égypte.
9. Et cette solennité sera comme un signe dans votre main, et comme un monument devant vos yeux, afin que la loi du Seigneur soit toujours dans votre bouche, comme elle l'est et sera par reconnaissance des prodiges que le Seigneur a faits en votre faveur; car le Seigneur vous a tirés de l'Égypte par la force de son bras.
10. Vous observerez donc ce culte tous les ans, au jour qui vous a été ordonné.
11. Et lorsque le Seigneur vous aura fait entrer en la terre des Chananéens, selon le serment qu'il vous en a fait, à vous et à vos pères; et qu'il vous l'aura donnée pour votre héritage.
12. Vous séparerez pour le Seigneur tout ce qui ouvre le sein de sa mère, et tous les premiers-nés de vos bestiaux; et vous consacrez au Seigneur tous les premiers-nés mâles que vous aurez.
13. Vous délagerez le premier-né de l'âne, qui peut être offert en sacrifice, pour une brebis; qui si vous ne le rachetez point par cet échange, vous le tuerez. Et vous rachetez avec de l'argent tous les premiers-nés de vos enfants.
14. Quand donc votre fils vous interrogera un jour, et vous dira: Que signifie ceci? vous lui répondrez: Le Seigneur nous a tirés de l'Égypte, de la maison de notre esclavage, par la force de son bras.
15. Car Pharaon étant enduré; et ne voulant pas nous laisser aller, le Seigneur tua dans l'Égypte tous les premiers-nés, depuis les premiers-nés des hommes jusqu'aux premiers-nés des bêtes. C'est pourquoi j'immole au Seigneur tous les mâles d'entre les bêtes, qui ouvrent le sein de leur mère, et je rachète tous les premiers-nés de mes enfants.
16. Ceci donc sera comme un signe en votre main, et comme une chose suspendue devant vos yeux, pour exciter votre souvenir, et rappeler dans votre cœur la

eo quod in manu forti eduxit nos Dominus de Aegypto.

17. Igitur cum emisisset Pharaon populum, non eos duxit Deus per viam terræ Philistiniam, quæ vicina est; reputans non forte posuissent eam, si vidisset adversum se bella consurgere, et revertetur in Aegyptum.

18. Sed circumduxit per viam deserti, quæ est juxta mare Rubrum: et armati ascenderunt Israel de terrâ Aegypti.

19. Tulit quoque Moyses ossa Joseph secum: eo quod adjurasset filios Israel, dicens: Visitabit vos Deus; offerte ossa mea hinc vobiscum.

20. Profectique de Sooch, castra metati sunt in Etham, in extremis finibus solitudinis.

21. Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam, per diem in columna nubis, et per noctem in columna ignis; ut dux esset itineris utroque tempore.

22. Næquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo.

reconnaissance dont nous devons être pénétrés, parce que le Seigneur nous a tirés de l'Égypte par la force de son bras.

17. Or, Pharaon ayant fait sortir de ses terres le peuple d'Israël, le Seigneur ne les conduisit point dans la terre de Chanaan, par le chemin du pays des Philistins, qui est voisin de cette terre, et qui aurait été le plus court, de peur qu'ils ne vissent à se repentir d'être sortis de l'Égypte, s'ils voyaient s'élever des guerres contre eux de la part des Philistins, comme il n'aurait pas manqué d'arriver, et qu'ils ne retournassent en Égypte pour les ériger.

18. Mais il leur fit faire un long circuit par le chemin du désert, qui est près de la mer Rouge. Les enfants d'Israël sortirent ainsi en armes d'Égypte, emportant tout ce qui leur appartenait.

19. Et Moïse emporta aussi avec lui les os de Joseph, selon que Joseph l'avait fait promettre avec serment aux enfants d'Israël, en leur disant: Dieu vous visitera; emportez d'ici mes os avec vous, lorsqu'il vous en fera sortir.

20. Etant donc sortis de Sooch, ils campèrent à Etham, à l'extrémité de la solitude.

21. Et le Seigneur marchait devant eux, pour leur montrer le chemin, paraissant durant le jour en une colonne de nuée, et pendant la nuit en une colonne de feu, pour leur servir de guide le jour et la nuit.

22. Jamais la colonne de nuée ne manqua de paraître devant le peuple pendant le jour, ni la colonne de feu pendant la nuit.

COMMENTARIUM.

VERS. 2.—SANTIFICA MIHI OMNE PRIMOGENITUM, q. d.: Separa à comuni usu omne primogenitum, ut mihi dicatur et offeratur.

Nota. Non præcipit hic Deus, ut id fiat hoc tempore, quo omnes occurrat erant in egressu, sed ut fiat postea, cum opportunitas fuerit, videlicet, cum possederint terram Chanaan, ut patet v. 11. Subiecit tamen Deus hanc legem præcepto de agno, quia, sicut agni immolatio, ita et primogenitorum oblatio, Hebræis iugiter redicere debebat memoriam suæ liberationis ex Aegypto; hanc enim efficit et procuravit Deus per eandem primogenitorum totius Aegypti; quia ergo tunc occidit Deus primogenitos Aegypti, ut Hebræos quasi primogenitos suos inde liberaret; et quia tunc intacta servavit primogenita Hebræorum habitantium in Aegypto hinc hæc lege, eadem sibi offerri, ac quasi sua et à se conservata sibi reddi deposcitur. Unde hæc agni æquæ ad primogenitorum oblatio sunt primæ leges veteris, sive Mosaicæ cæremonie.

OMNE PRIMOGENITUM QUOD APERTIT VULVAM, quod primò vulvam matris reserando, naturali more in lucem hanc egreditur, quodque principium est generationis maternæ. Unde Cyril. Hierosol. homil. de occursu Domini, negat hoc Christo convenire; Christus enim nascens non reseravit vulvam matris, sed clausum matris virginis uterum penetrando, prodiit in lucem, ideoque hæc lege non tenebatur, licet sponte sua sibi se subjecerit, eamque servavit; ita Cyrillus et Hieronimus papa Epist. 1, cap. 2, quoniam contrarium docent Rupert. Abulensis, Jansen, qui putant aperiri vulvam non significare aliud quam primò nasci, et sic Christum quoque aperuisse vulvam matris suæ. Verum plus significat apertio vulvæ, nisi patet ex terminis. Tertio, planè ex adverso Origenes, S. Ambros., S. Chrysost., S. Hieron., Theoph., Euthym. in

LUCA 2. putant hæc lege solùm Christum comprehendi, eo quod ipse solus natus sit ex virgine, ideoque solus in partu matris uterum aperuerit; id est, ex eo hactenus clauso profuerit; nam in aliis mulieribus uterus aperitur primò, non in partu, sed in congressu maritali autè conceptum. Verùm hic sensus subtilior est, et litteram videtur evertere. Præcipitur hic enim Hebræis, ut singuli suos primogenitos Deo offerant; non ergo lex hæc Christum solum spectat, sed potius cum excludit.

In quo dicit: *Tò quod aperit vulvam*, hic additur primogenito, primò, ut ab hæc lege excludatur Christus; secundo, ne qui patris solus primogenitos offerendos putaret; nam in peccoribus manifestum est primogenitum matris, non patris, debere spectari et offerri idem est in hominibus. Unde notat S. August., q. 23, primogenitum hic à Septuaginta vocari *πρωτότοκος*, à primò matris partu, non autem *απρωτότοκος*, à primà patris generatione. Hinc vice versâ Script. cum de aternis et increatis Filii à Patre generatione longitur, cum vocat non *πρωτότοκος*, sed *απρωτότοκος*, id est, unigenitum Patris. Quare ex hæc lege primogenitos non erant, si pater virgo videretur alimide jam habentem proles dixisset, ex cæpæ primæ sibi filium generasset; hic enim primus ejus filius non primò aperisset matris vulvam, utpote ex quò alii jam ante prodissent. E diverso, qui plures habebat uxores, singulorum primogenitos ex hæc lege Deo offerre debebat. Unde Hebr. Chald. et Septuag. habent, *aperiens omnem vulvam*, et S. Lucas, c. 2. 25: *Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino recabitur*. Hinc et Christus quasi matris suæ primogenitus Deo oblatus est, esto hæc lege non tenebatur, ut dicit.

Bursium primogenitus hic aperiens vulvam matris Deo consecrandus, debebat esse masculus (ut patet v. 12),

ut per lapidos et spinas, id est, difficultates omnes, inoffenso pede in caelum penetret. Vicesimo tertio, cum festinatione comedatur agnus; quia in Eucharistia non tam queritur voluptas quam nutrimentum et vires ad labores in via Dei preferendos, et ad festinandum in patriam celestem. Vicesimo quarto, primogeniti Aegyptiorum, quia ex agno non comede-

CAPUT XIII.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:
2. Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vulvam in filiis Israel, tam de hominibus quam de jumentis; nec sunt enim omnia.
3. Et ait Moyses ad populum: Meministis diei hujus in quo egressi estis de Aegypto et de domo servitutis, quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco isto, ut non comessetis fermentatum ramentum.
4. Hodie egredimini in terra Aegypti.
5. Cumque introduxerit te Dominus in terram Chanaan, et Habasai, et Amorrhæi, et Hivæi, et Jebusæi, quam juravi patribus tuis ut daret tibi terram fluentem lacte et melle, celebrabis hunc morem sacrorum mensæ isto.
6. Septimo diebus vescebis avenis; et in die septimo erit sollemnitatis Domini.
7. Azyma comedetis septem diebus; non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis.
8. Narrabisque filio tuo in die illo, dicens: Hoc est quod fecit mihi Dominus quando egressus sum de Aegypto.
9. Et erit quasi signum in manu tua, et quasi monumentum ante oculos tuos, et ut lex Domini semper sit in ore tuo; in manu enim forti eduxit te Dominus de Aegypto.
10. Custodies in iussum domini cultum statuto tempore à diebus in dies.
11. Cumque introduxerit te Dominus in terram Chanaan, sicut juravi tibi et patribus tuis, et dederit tibi eam:
12. Separabis omne quod aperit vulvam Domino, et quod primitivum est in pecoribus tuis: quicquid habueris masculini sexus, consecrabis Domino.
13. Primogenitum asini masculini ovis; quod si non redemeris, interficies. Omne autem primogenitum hominis de filiis tuis, pretio redimes.
14. Cumque interrogaverit te filius tuus eras dicens: Quid est hec? respondebis ei: In manu forti eduxit nos Dominus de terra Aegypti, de domo servitutis.
15. Nam cum induratus esset Pharaon, et nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti, à primogenito hominis usque ad primogenitum jumentorum; idecirco immolo Domino omne quod aperit vulvam masculini sexus, et omnia primogenita filiorum meorum redimo.
16. Ergo itur quasi signum in manu tua, et quasi appensum quod, ob recordationem, inter oculos tuos;

runt, mortui sunt; sic qui Eucharistiam neglexerit, inorte aeterna peribit. Unde ait Christus Joan. 6: *Nisi manducaverint carnem Filii hominis, et biberint ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Ita ex S. Gregorio, Bedæ, et aliis Adulesis quest. 50, et Ribera lib. 5 de Templo, cap. 4.

CAPITRE XIII.

1. Le Seigneur parla encore ce même jour à Moïse et lui dit:
2. Consacrez-moi tous les premiers-nés qui ouvrent le sein de leur mère parmi les enfants d'Israël, tant des hommes que des bêtes; j'ai droit d'exiger cela de vous, car toutes choses sont à moi.
3. Et Moïse dit au peuple: Souvenez-vous de ce jour auquel vous êtes sortis de l'Égypte et de la maison de votre esclavage; souvenez-vous que le Seigneur vous a tirés de ce lieu par la force de son bras, et gardez-vous de manger en ce jour du pain avec du levain.
4. Vous sortez aujourd'hui dans des mois, qui est celui où l'on commença à manger des blés en Égypte.
5. Et lorsque le Seigneur vous aura fait entrer dans la terre des Chananéens, des Hébreus, des Amorrhéens, des Hivéens et des Jebuséens, qu'il a juré à vos pères de vous donner; dans cette terre où coulent des ruisseaux de lait et de miel, vous célébrerez en ce mois ce culte sacré en la manière qui suit:
6. Vous mangerez des pains sans levain pendant sept jours; et le septième jour sera un jour particulièrement consacré au culte du Seigneur.
7. Vous mangerez, dit-il, des pains sans levain, et il n'y aura rien chez vous où il y ait du levain, non plus qu'en toutes vos terres.
8. En ce jour-là vous direz à votre fils: Je souviens cette fête en mémoire de la grâce que le Seigneur m'a faite lorsque je suis sorti de l'Égypte.
9. Et cette solennité sera comme un signe dans votre main, et comme un monument devant vos yeux, afin que la loi du Seigneur soit toujours dans votre bouche, comme elle l'est et sera par reconnaissance des prodiges que le Seigneur a faits en votre faveur; car le Seigneur vous a tirés de l'Égypte par la force de son bras.
10. Vous observerez donc ce culte tous les ans, au jour qui vous a été ordonné.
11. Et lorsque le Seigneur vous aura fait entrer en la terre des Chananéens, selon le serment qu'il vous en a fait, à vous et à vos pères; et qu'il vous l'aura donnée pour votre héritage.
12. Vous sacrerez pour le Seigneur tout ce qui ouvre le sein de sa mère, et tous les premiers-nés de vos bestiaux, et vous consacrez au Seigneur tous les premiers-nés mâles que vous aurez.
13. Vous élèverez le premier-né de l'âne, qui peut être offert en sacrifice, pour une bête; qui si vous ne le rachetez point par cet échange, vous le tuerez. Et vous rachetez avec de l'argent tous les premiers-nés de vos enfants.
14. Quand donc votre fils vous interrogera un jour, et vous dira: Que signifie ceci? vous lui répondrez: Le Seigneur nous a tirés de l'Égypte, de la maison de notre esclavage, par la force de son bras.
15. Car Pharaon étant enduré, et ne voulant pas nous laisser aller, le Seigneur tua dans l'Égypte tous les premiers-nés, depuis les premiers-nés des hommes jusqu'aux premiers-nés des bêtes. C'est pourquoi j'immole au Seigneur tous les mâles d'entre les bêtes, qui ouvrent le sein de leur mère, et je rachète tous les premiers-nés de mes enfants.
16. Ceci donc sera comme un signe en votre main, et comme une chose suspendue devant vos yeux, pour exciter votre souvenir, et rappeler dans votre cœur la

eo quod in manu forti eduxit nos Dominus de Aegypto.

17. Igitur cum emisisset Pharaon populum, non eos duxit Deus per viam terræ Philistinum, quæ vicina est; reputans non forte posuissent eam, si vidisset adversum se bella consurgere, et revertetur in Aegyptum.

18. Sed circumduxit per viam deserti, quæ est juxta mare Rubrum: et armati ascenderunt Israel de terrâ Aegypti.

19. Tulit quoque Moyses ossa Joseph secum: eo quod adjurasset filios Israel, dicens: Visitabit vos Deus; offerte ossa mea hinc vobiscum.

20. Profectique de Sooth, castra metati sunt in Etham, in extremis finibus solitudinis.

21. Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam, per diem in columna nubis, et per noctem in columna ignis; ut dux esset itineris utroque tempore.

22. Nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo.

reconnaissance dont nous devons être pénétrés, parce que le Seigneur nous a tirés de l'Égypte par la force de son bras.

17. Or, Pharaon ayant fait sortir de ses terres le peuple d'Israël, le Seigneur ne les conduisit point dans la terre de Philistins, par le chemin du pays des Philistins, qui est voisin de cette terre, et qui aurait été le plus court, de peur qu'ils ne vissent à se repentir d'être sortis de l'Égypte, s'ils voyaient s'élever des guerres contre eux de la part des Philistins, comme il n'aurait pas manqué d'arriver, et qu'ils ne retournassent en Égypte pour les ériger.

18. Mais il leur fit faire un long circuit par le chemin du désert, qui est près de la mer Rouge. Les enfants d'Israël sortirent ainsi en armes d'Égypte, emportant tout ce qui leur appartenait.

19. Et Moïse emporta aussi avec lui les os de Joseph, selon que Joseph l'avait fait promettre avec serment aux enfants d'Israël, en leur disant: Dieu vous visitera; emportez d'ici mes os avec vous, lorsqu'il vous en fera sortir.

20. Etant donc sortis de Sooth, ils campèrent à Etham, à l'extrémité de la solitude.

21. Et le Seigneur marchait devant eux, pour leur montrer le chemin, paraissant durant le jour en une colonne de nuée, et pendant la nuit en une colonne de feu, pour leur servir de guide le jour et la nuit.

22. Jamais la colonne de nuée ne manqua de paraître devant le peuple pendant le jour, ni la colonne de feu pendant la nuit.

COMMENTARIUM.

VERS. 2.—SANTIFICA MIHI OMNE PRIMOGENITUM, q. d.: Separa à comuni usu omne primogenitum, ut mihi dicatur et offeratur.

Nota. Non præcipit hic Deus, ut id fiat hoc tempore, quo omnes occurrat erant in egressum, sed ut fiat postea, cum opportunitas fuerit, videlicet, cum possederint terram Chanaan, ut patet v. 11. Subiicit tamen Deus hanc legem præcepto de agno, quia, sicut agni immolatio, ita et primogenitorum oblatio, Hebræis iugiter redicere debebat memoriam suæ liberationis ex Aegypto; hanc enim efficit et procuravit Deus per eandem primogenitorum totius Aegypti; quia ergo hunc occidit Deus primogenitum Aegypti, ut Hebræos quasi primogenitos suos inde liberaret; et quia tunc intacta servavit primogenita Hebræorum habitantium in Aegypto hinc hæc lege, eadem sibi offerri, ac quasi sua et à se conservata sibi reddi deposcitur. Unde hæc agni æquæ ad primogenitorum oblatio sunt primæ leges veteris, sive Mosaicæ cæremonie.

OMNE PRIMOGENITUM QUOD APERTIT VULVAM, quod primò vulvam matris reserando, naturali more in lucem hanc egreditur, quodque principium est generationis matris. Unde Cyril. Hierosol. homil. de occursu Domini, negat hoc Christo convenire; Christus enim nascens non reseravit vulvam matris, sed clausum matris virginis uterum penetrando, prodiit in lucem, ideoque hæc lege non tenebatur, licet sponte sua illi se subjecerit, eamque servavit; ita Cyrillus et Hieronimus papa Epist. 1, cap. 2, quoniam contrarium docent Rupert. Abulensis, Jansen, qui putant aperiri vulvam non significare aliud quam primò usci, et sic Christum quoque aperuisse vulvam matris suæ. Verum plus significat apertio vulvæ, nisi patet ex terminis. Tertio, planè ex adverso Origenes, S. Ambros., S. Chrysost., S. Hieron., Theoph., Euthym. in

LUCA 2. putant hæc lege solùm Christum comprehendit, eo quod ipse solus natus sit ex virgine, ideoque solus in partu matris uterum aperuisset; id est, ex eo hactenus clauso profuerit; nam in aliis mulieribus uterus aperitur primò, non in partu, sed in congressu maritali ante conceptum. Verùm hic sensus subtilior est, et litteram videtur evertere. Præcipitur hic enim Hebræis, ut singuli suos primogenitos Deo offerant; non ergo lex hæc Christum solum spectat, sed potius cum excludit.

In quo dicit: *Tò quod aperit vulvam*, hic additur primogenito, primò, ut ab hæc lege excludatur Christus; secundo, ne qui patris solus primogenitos offerendos putaret; nam in peccoribus manifestum est primogenitum matris, non patris, debere spectari et offerri idem est in hominibus. Unde notat S. August., q. 23, primogenitum hic à Septuaginta vocari *πρωτότοκος*, à primò matris partu, non autem *απρωτότοκος*, à primà patris generatione. Hinc vice versâ Script. cum de aeterni et increati Filii à Patre generatione loquitur, cum vocat non *πρωτότοκος*, sed *απρωτότοκος*, id est, unigenitum Patris. Quare ex hæc lege primogenitos non erat, si pater virgo videretur alimide jam habentem proles dixisset, ex cæpæ primæ sibi filium generasset; hic enim primus ejus filius non primò aperuisset matris vulvam, utpote ex quâ alii jam ante prodissent. E diverso, qui plures habebat uxores, singulorum primogenitos ex hæc lege Deo offerre debebat. Unde Hebr. Chald. et Septuag. habent, *aperiens omnem vulvam*, et S. Lucas, c. 2. 25: *Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino recabitur.* Hinc et Christus quasi matris suæ primogenitus Deo oblatus est, esto hæc lege non tenebatur, ut dicit.

Bursium primogenitus hic apertus vulvam matris Deo consecrandus, debebat esse masculus (ut patet v. 12),

qui primò ex ea nascetur; nam si femina primò ex ea fuisset nata, deinde masculus, is masculus non censetur hinc lege primogenitus; quia in non primò aperiebatur vulvum matris, utpote qua per sororem feminam jam ante fuerat aperta.

Discant hie parentes novi Testamenti non obsistere filijs, etiam primogenitis, si religionem ingredi, Deoque se consecrare velint; in veteri enim lege parentes omnes ex Dei lege primogenitos, etiamsi unigeniti essent futuri, Deo offerre tenebantur. Si id fecerant Judæi, Deo jubente, quidni idem faciunt Christiani Deo consentiente et vocante? Libenter parentes primogenitos suos offerunt regibus et principibus, ut ipsi in aula ipsorum serviant; quidni libenter offerant eos Regi regum, et Domino dominantium, ut sint ejus sanctuorum, domestici, imò aulici Dei imitator B. Ananiam, quæ suum Samuelem Deo tam libenter obtulit, idcirco quinq; profus pro uno Samuele, à Deo remuneratore recepit.

Allegoricè, Christus primogenitus omnis creatura Deo sanctificatus et consecratus est; et per eum omnis creatura.

Tropol. primogenita datus Deo, eam ipsi primordia operum nostrorum offerimus, ut cedant in ejus laudem et honorem, utque ab eo prosperentur et benedicantur; quod sanè non tantum nate, sed et per diem sæpe in initio operis conjuncte viri sapientes et pii faciunt; ita Rabanus. Rursim, primogenitum nostrum est cor, quia illud ante alia membra primò in embryone firmatur. Accipitribus dari solet cor avium, quæ prædantur. Christus è cruce prædatus est cor nostrum; ipsi ergo illud offeramus, ipse illud nobis reddet parum, ætæternum, quietum, lætum et beatum. Socrati (ait Seneca l. 1. de Benefic. c. 7), eum multa mali pro sua quisque facultatibus offerrent, Achilles pauper auditor: Nihil, ait, dignum te, quod dare tibi possim invenio, et hoc modo pauperem me esse sentio. Itaque dono tibi, quod unum habeo, me ipsum; hoc minus rogo, qualescumque est, boni consulas, cogitesque alios cum multum tibi darent, plus tibi relinquere. Cui Socrates: Quidni tu, ait, magnum munus dederis? nisi forte parvi te existimes, curabo, ergo ut te meliorem reddam tibi quam accepit. Hæc Seneca. Tu verò Eschinum imitare, non Socrati, sed Deo totum dona te ipsum. Si donaveris, multò te tibi meliorem reddet.

In vulvis, inter filios. Secundò, littera bet, id est, in ponitur pro ben, id est, inter.

MEA SUNT ENIM OVINA, non tantum titulo creationis et domini, quod in omnia à me creata habeo et possideo; sed etiam, et vel maxime, titulo liberationis et redemptionis, quò ab exterminatore primogenita vestra tutatus, ea quasi à morte redemi, etque voluiscum ex ægypticâ servitate eduxi; hinc tertio, mea sunt, titulo justî hujus precepti, quò ea à vobis requisimè exigo, imò repeto.

ENCESSI ESTIS. Egre dimidi, est enallage temporis, etque hinc loco congrua; non enim possumus meminisse, nisi præteritorum.

IN MANU FORTI, magno robore et potentia suis plagiis

affligens Pharaonem, itaque potenter eum cogens vos missos facere; per hæc ergo potentem suam vindictam eduxit vos Deus.

VERS. 4.—Hodie egredimini mense novarem fructum. Ita Hebr. Chald. et Septuag.; unde mirum est Pagnin. vertere. *hodie egredimini mense julio*. Nam pascha, quo Judæi egressi sunt, non in julio, sed semper in nisan, id est, martio, celebratum est. Fefellit Pagninum, quod ipse abid pro ab acceperit; hæc enim licet voce sint affinia, re tamen et significatione plurimum differunt. Ab enim certum mensem, scilicet jolium, significat; abid verò non proprium mensis, sed appellativum est nomen, significans *vineas*, sive *triticeas* id sit, sive *spica*. Ita enim noster interpres abid vertit, ut patet, Exodi 9, 31. Extendit *abid* etiam ad segetes in grana maturas, necdum tamen planè maturas, ut patet Levit. 2, 14. Illarum enim manipulos altera die azymorum offerebatur, tertia primò grana, deinde in farinam cotis, vocaturque abid; unde ulterius translatus est abid, ut significet mensem, quo prima hæc fruges hordeæ progrediebantur et Deo offerantur; qui erat mensis pascha, sive nisan; quæ de causâ Septuag. passim vocant *mensis novarem*, et noster *mensis novarum*, *fructum*, vel *primum temporis*, quia continebat æquinoctium verum, Deut. 16, 4.

VERS. 5.—CUMQUE INTERDUXERIT TE DOMINUS IN TERRAM CHANANÆ. Hinc patet hæc legem comedendi phase et azyma, uti et præcedentem de offerendis primogenitis, non obligasse Hebræos totis 40 annis, quibus vagabantur in deserto instabiles, et rebus omnibus in-compositis; idem de sacrificiis in Levitico præscriptis dicendum est. Item patet Deuter. 12, v. 1 et 9, ubi quoque causam hujusce rei dat Deus dicens: *Neque enim usque in præsens tempus venitis ad requiem et possessionem quam Dominus Deus daturus est vobis.*

Dices: Num. 3, vers. 10, 11, 12, in Sinai sub finem anni hujus, quo egressi erant Hebræi ex Ægypto, Deus exigit ab eis primogenita.—Resp. novum id esse præceptum, et diversum ab hoc, quod tamen ab hoc occasionem et originem accepit. Unde et nova ibidem oblationis primogenitorum fuit forma; nam ibi v. 45, Moyses jussu Domini recensuit primogenitos filiorum Israel, inveniente eos esse numero viginti duo milia, et 275, quorum loco Deus ascendit sibi et suo cultui Levitas omnes, qui inventi sunt penè totidem, scilicet viginti duo milia; ceteros 275 primogenitos, qui in populo supererant, et numerum Levitarum superabant, jussit Deus reddi persolutis in singulis capita quinq; siclis; primogenita verò pecorum voluit hæc dari Levitis, qui jam sui erant, etque cultui adjecti. Illi ergo non præscribitur proprie oblatio, sed tantum numeratio primogenitorum Israelis, idque eo fine ut eorum vice substituantur Levitæ, qui talem erant, ad servendum Deo in tabernaculo. Tunc ergo primò hæc lex impleta et in Levitis commutata est; deinceps verò singuli primogeniti Deo offerri, et quinq; siclis reddi debuerunt. Num. 18, 16.

VERS. 9.—ET ERIT QUASI SIGNUM IN MANU TUA, ET

QUASI MONUMENTUM ANTE OCVLOS TVOS. Corrige cum Bibliis Roman. Hebræis et Chald., *inter oculos tuos*; Septuag. tamen vertunt, *ante oculos tuos*; sed eodem res redit. Judæi hæc crasse accipiunt, utque huic dei præcepto satisfaciunt, legem decalogi membra nisi inscriptam brachio, fronti, fimbriis, aut ostiis domus affigunt; et hæc sunt phylacteria ac fimbriæ, quæ dilatant Pharisæi; quæque carpit Christus Matth. 23, 5: non enim hoc voluit hic Deus, nec loquitur de lege decalogi, sed pschatis et azymorum. Præcepit ergo tantum hæc phrasi Deus Hebræis, ut jugem beneficii et legis jam dicte servent memoriam, ut illa tanquam res pendula inter oculos iis perpetuo observetur, idque ad hoc ut ejus intuitu et consideratione ad Dei reverentiam, amorem, gratitudinem accendantur; hinc sensum significat *quasi*, cum ait: *Erit quasi signum et quasi monumentum*. Unde S. Hieron. in Matth. 23, sic explicat: *Præcepta erunt in manu tua ut complentur; erunt ante oculos tuos, ut die et nocte mediteris in eis.*

VERS. 10.—A DIEBUS IN DIE, id est, ab anno in annum, q. d.: Certâ et continuâ annorum serie. Hebræum enim *iamnia*, id est, dies, in plurali, significat annum.

VERS. 11.—CHANANÆ. Sub hoc ceteras intelligit gentes, in terrâ promissâ habitantes; harum enim omnium pater fuit Chanana. Gen. 10, 5.

VERS. 12.—SEPARABIS. Hebr. *haabarta*, id est, transire facies, ad Dominum scilicet, hoc est, offerens Domino omne quod aperit vulvum tam in hominibus, quam in jumentis.

ET QUOD ERIMIVITUR EST IN PECORIBUS TVIS. Hebr. est *behema*, q. d.: Jumentis tuis, jumenta proprie sunt animalia bajula, quæ homines, vel sarcinas portant, ut equi, asini, camel; pecora sunt, quæ pastum et cibum præbent, ut sunt oves, boves, capræ. Verum Scriptura non semper hoc discrimen observat, sed subinde hæc confundit. Illic putant aliqui, lege hæc primogenita non tantum pecorum, sed et jumentorum omnium, puta equorum, mulorum, camelorum, do-boisse Deo offerri; idque docet Philo in libro de Sacerdotum Honoribus; ubi addit primogenita equorum, asinorum, camelorum redimenta esse pretio, idque jure divino, unde aliqui putant ea quinq; siclis æque ac primogenitos hominum, fuisse redempta. Verum nil tale exprimit Scriptura, sive jus divinum; imò primogenitum, v. g., capræ vel ovis, non valebat illo tempore quinq; sed tantum duos vel tres siclos.

Dico ergo ille tantum præcipi oblationem primogenitorum pecorum, id est, ovium, caprarum et hominum, non autem jumentorum, puta equorum, camelorum, etc. Id patet, nam v. 15 significat omnia hæc primogenita jumentorum, id est, pecorum, Deo immolari, et, ut Hebræi habent, sacrificari solere; atqui Hebræi poterant tantum sacrificare oves, capras et boves, non autem equos, mulos, camelos, ut patet Levit. 1, v. 2 et 10. Ergo ovium tantum, caprarum et hominum primogenita Deo erant offerenda; offerantur enim ad sacrificium. Adde, de solo primogenito asini

statui Deus v. sequenti, illum cum ove commutandum esse; ergo equorum, camelorum, aliorumque jumentorum primogenita hic neglexit et exclusit. Objei hic posset aliqui ex v. 15, sed illud hic dissolvam.

Rursim objici posset id quod dicitur Num. 18, 15: *Omne animal immundum reddi facies*; sed bene respondet Abulens animal immundum ibi vocari non id quod tale est secundum speciem, uti est equus, camelus, etc., sed quod tale est ex accidente, puta quod immundum est, quia cæcum, claudum, moribundum, ut proinde Deo immolari non possit, juxta legem Levit. 22, 22. Hinc sequitur, quinq; tantum animalium, puta ovis, bovis, capræ hominis, et asini primogenita debuisse Deo offerri, uti docet Abulensis. Plura vide apud Franc. Suarez, et Sebast. Berradium tracta. de Purificat. B. Virginis.

QUIDQUID HABUERIS MASCELINI SEXUS CONSECRABIT DOMINO. Masculi enim digniores sunt feminis.

Tropol. S. Ambros. lib. 1 de Cain, et Abel. c. 10: *Mentis, inquit, generationes et proles alia sunt femina, ut multitia, petulantia, luxuries, intemperantia alioque luxuriosæ vitia quibus animi nostri quodam enervatur virilitas; alia sunt masculina, ut castitas, patientia, prudentia, temperantia, fortitudo, justitia, quibus mens nostra et caro ipsa firmatur, et ad impigre obeunda virtutis munia erigitur, et idcirco citi fecimus: In utero accipiuntur, et pepererunt spiritum solutus; masculum ergo portaverit et peperit, qui spiritum salutis effundit.*

VERS. 13.—PRIMOGENITUM ASINI MUTABIS OVE. Asini, id est, asina; hujus enim aperit vulvum, et asinus tam mas est quam femina; unde agno paschali additur *æ mæsculus*, ut dixi c. 12, 5.

Quæres cur præ ceteris jumentis voluit Deus asinum, puta primogenitum asini, sibi offerri, ut scilicet pro eo offerretur ovis?

Resp. quia ita ipsi placuit: causa tamen motiva videtur fuisse quod Hebræi in Ægypto ferè tantum haberent boves, et oves, et capras æ pecoribus, et asinos è jumentis (ita Hebræi et Abulens) quorum primogenitos peperit Deus, et quosque ipsi ex Ægypto salva eduxerunt; itaque horum omnium primogeniti, titulo quasi compensationis postulavit sibi Deus, ut quibus tam familiaris esset asini usus, quosque primogenita asinorum conservasset Deus, ab eis eadem deinceps reciperet. Secundò, voluit fortè Deus sibi dari asinum, ut Hebræos hæc ratione absterretur à cultu Priapi; hinc enim immolabatur asinus; hinc illud Ovidii de niano, Pastor, 1:

Hælopostolico victima grata Deo,

idque ob genitalia asinam, et ingentia, de quibus ait Propheta: *Quorum carnes sunt uti carnes asinorum*; quam ob causam et Commodus imp. hæc, id est, asinus est dietas. Verum quia stupidum hoc animal indignum erat quod Deo immolaretur, hinc jussit Deus, ut illud cum ove commutaretur. Tertio, noluit Deus asellos à matre avelli, ne matrem affligeret: nullum enim animal ita amat proles suas ut asinus et asina.

Tropol. S. Gregor. lib. 27 Moral., c. 15: Asini, inquit, primogenita ove mutare, est impudicæ vitæ pri-

mordia in innocentia simplicitatem convertere. Ita et Bupertus. Nota. Asinis (qui in Palestina veloces et fortes sunt in equi) ut solent Judaei pra equis et camelis. Hinc principes eorum asinis ineputabant, ut patet Judic. 10. v. 4: et e. 12. v. 14; unde est Christus, rex Sionis, asino vectus ingressus est Jerusalem. Quia et equorum usus, uti voluit aliqui, vel verius equorum copia Judaeis vetita fuit, ut patet Deut. 17. 16; Psal. 71. 7; Isaias 2. 8; Idque in Isaias 2 scribitur S. Hieron., Basilius et Procopius disertè docent. Atque haec gentilibus fatalis occasione defuerat, ut asinos in deserto Judaeis agrorum ostendisse, et Judaeos asinum adorare affluerint. Horum gentilibus insignium fuit Apion contra quem scribit Joseph. lib. 2. c. 10. Apionem secuti sunt Corn. Tacitus lib. 6; Plutarch. in Sympos. lib. 4; quare S. Rufinum, quia à Judaeis prodicere Christiani primi: hinc in eos eadem calumnia derivata est, ut de quovisq; id est, asino ungulato pictoris litore refert Tertull. Apolog. cap. 16. Erat is, inquit, auribus asinis alio pelle ungulatus, illum gestans et vegetus, cum hoc inscriptione: Deus Christianorum. Idem apud Minutum Felicem Caecilius exprobat Octavian. Quamquam Christianis calumnia haec atque probrum ex Quaeis sit conditum: Gosticus enim, teste Epiphano haeresi 62, videbant Dominum Solomon asini formam habere, eo quod Isaias dicitur et promissum sit: *Ungulit ad vitam asinum suum*, Judic. 49. 11; et Numer. 22 asina Balaam pro Judaeis et Dei populo steterit; et eam quae ab hostibus captos subvertari jussisset Deus, Josue 11. 6, asinas tamen praecipere servari. Num. 24. 28.

Quia si nos redimeris, interfectus. Si vilior est primogenitus asini quam in eum peccato stato, puta ovo, redimere velis, tunc cum non immundis animalibus; deervicibus tamen, et cervicibus praeci à interitus: hoc enim significat Hebr. *arepa*, ut vis est primogenitum Aegypti, tui gratia interemptum, habens monumentum. Mirum est in Septuag. pro *interfectus*, legi *refectus*. Sic enim habent: *Exo 13. vs 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.* forte voluerunt, si visis, cum qui commutandus erat pectus asini, non esset ad manum, tunc pectus hunc redimendum esse pretio oris. Ita videtur exponere S. Ambros. lib. 2 de Cain., cap. 2; sed tunc deest altera conditionis pars, scilicet haec: Si nos ovo, nec pretio oris, pectus hunc asini redimere volueris, tunc cum interfectus, uti habent Hebraei, Chaldae. et nosier interpres.

Omne autem primogenitum hominis in viliis tuis, fietio beremes. Quinquo scelis, ut patet Num. 18. 16. Voluit Deus eos sibi oblatos iterum redditi. Primo, ut hoc redemptio reficere eis memoriam redemptionis primogenitorum, cum haec ab angelo et morte liberata sunt. Secundo, quia solos Levitas suo tabernaculo et cultui Deo destinaverat; alioqui enim nimis magna fuisset turba sacerdotum et ministrorum Dei, qui proinde otiosi sepe fuissent, et tamen ali deluisent à populo: quod ingens fuisset gravamen populi.

Vers. 14.—Caas. Futuris temporibus; est synecdoche.

Vers. 15.—Usque ad primogenitum jumentorum. Omnia enim primogenita, etiam jumentorum, puta equorum, asinorum, camelorum, caesa sunt in Aegypto; in cuius rei memoriam Deus non jumentorum omnium, sed pecorum tantum primogenita sibi ab Hebraeis offerri depoposuit, idque quia sola pecora sibi ad sacrificium delegit in Levitico. Pari modo licet in Aegypto feminae quoque, quae erant primogenitae, sint caesae, Deus tamen ab Hebraeis solos exigit masculos primogenitos, ut dignior sexus Deo dicretur.

Vers. 16.—Erat igitur quasi signum in manu tua, ut quasi appensus quo. Pro apponam, alii vertunt *frontale*, Judaei hoc rursum crasse accipiunt de seleda, fuit super oculos affixa et ab aure una ad aliam directa, cui inscriptum erat: *Sanctifica omne primogenitum*, et: *Andi, Israel, Deus tuus superus est*, etc. In hoc frontali mixta est Judaeorum superstio: dicunt enim ejus membranulam accipi debere ex corio animalis mundi, debere verba jam dicta illi inscribi et parte quae carnis animalis adhaeret, idque manu dextera, lineis relictissimis, charta integra non habente ullum foramen; si ea sit in cubili, non licere conjogeti uti, nisi illa intra tertium seronum redolatur, etc. Denique signa haec, quae ipsi inter suos singulis diebus cum capiti, tum sinistro brachio alligant, ut admoceatur praeceptorum Dei, vocant *tephillin*, a rad. *taphal*, id est, conjugare, alligare, appendere, vel à *tephilla*, id est, oratio, q. d.: Oratio, quia ipsi in suo precibus illi quodlibet utuntur, usque se ab omni malo tutos putant. Ita refertur P. Fagius, Olear, Lipom. et alii; verum laetus versus geminum sensum dedi v. 9.

Vers. 17.—Nox eos eduxit Deus per viam terrae Philistinum, quae vicina est. Hoc iter à Chanaan in Aegyptum per Philistinos, communiter dicitur esse decem dierum; Philo ait esse trium dierum.

Ne forte videretur eis, si videret advensum se bella consurgere. Dices: Eliam alia via pugnandum fuit cum Amalec, cap. 17. Resp. illud praelium fuit unicum, post 40 dies ab exitu ex Aegypto initum, quod non fuit Hebraeorum armis quam Dei singulari ope confectum est; si autem transisset Hebraei per Philistinos, statim et assidue eis pugnandum fuisset cum hostibus bellicosissimis; tales enim erant Philistini.

Spiritualiter, inquit Bupert., *hoc Deus agit in omnibus ecclesiis suis in Aegypto exitu, id est, in principio conversionis: ut novissima pacatum à vitis parat eam, ut tranquillè et delectabiliter exceduntur, ne subito tentationibus pulsati à sancto proposito rite incipio decedantur.* Pulchre quoque S. Gregor. lib. 24 Moral., c. 15: *Tres, inquit, modi sunt hominum conversionum ad Deum, inchoatio, medicas atque perfectio; in inchoatione, invenit illi blandimenta dulcedinis; in medio tempore, certamina tentationis; ad extremum vero, perfectionem plenitudinis. Prius ergo illos dulcia suscipiunt, qua consolentur; postmodum amara, qua exercent; et demum sanctorum atque sublimia, qua conferunt; nam et sponsam suam vir quisque prius dulcibus blandimentis fovet; eorum*

tamen jam conjunctam asperis increpationibus probat; probatum vero securis cogitationibus possidet. Unde et plebs Israelitica cum, despondente se Deo, ad sacras veteris scripturas ex Aegypto vocaretur, quasi arborum vitis prius accepit blandimenta signorum; conjuncta autem probationibus exercetur in caeno; probata vero, in re-promissionis terrae virtutis plenitudine confructur, ita quoque citam uniuscujusque convertit, et inchoatio blanda permulcet, et aspera medicas probat, et plena post perfectio roborat. Subdit S. Greg.: *Saepe iam diuina sunt tentationum certamina quam longa inchoationum fuerant blandimenta; saepe etiam non; nunquam tamen laborem tentationis dispere requirit perfectio firmitatis, quia juxta numerum certaminis remuneratur quoque plenitudine perfectionis.* Adhuc novitios in eo periculisque lobi, quod, dum initio aliqua dona et consolationes à Deo accipiunt, mox se perfectos putant; unde dum subitis tentationis procella tanguntur, consternantur et penè se perditos putant, qui si prima dulcedini non nimis tribuissent, didicissentque in prosperis cogitare de adversis, praevissent haec ita futura, nec fuissent turbati, cogitantes hunc esse Dei morem et ordinem.

Vers. 18.—Et armati ascenderunt filii Israel de terra Aegypti pro armati. Hebr. est *chamuschim*, id est, quini et quini. Unde Calvinus carpit nostrum in-terpretum qui *verit armati*, vertitque vul. dispositi. Verum passim Hebraei, ut B. Abraham. Aben Ezra, Andr. Masius in Josue 1. 14, et alii *chamuschim* accipiunt pro *challatin*, id est, armati, vel succincti haubois. Aquila quoque et Symmach. vertunt *armati*, id est, armati, itaque recte verum esse ab Aquila consonant universa synagorum subsellia, ait S. Hieron. ad Damascum, quest. 2; quia enim quini incedunt in acie milites armati, hinc *chamuschim*, id est, quini, idem est quod armati, per metalepsin Hebraeis usitata. Aliter Cajet. *Chamuschim*, inquit, idem est quod quini, id est, armati, sive accincti gladiis et armis in loco quoque costarum; ibi enim solemus gladium appendere. Negat Calvinus Hebraeos hic habuisse arma: unde enim, inquit, ipsi inopes tot et tanta sibi comparassent?—Resp. hostes fieri jam ante ea domi sua habuisse, alios jam ante praemonitos de egressu, et sibi comparasse; alios ab Aegyptiis ea commutato accepisse: nam eos habuisse arma, patet ex bello quod paulo post cum Amalechitis gesserunt.

Septing. pro armati vertunt, *quinta generatio.* *Chamuschim* enim significat quintam, scilicet generationem, uti subaudiunt Sept. Estque id quoque verum, si generationes tribus Juda computas; Julia enim genuit Phares, Phares genuit Esau, Esau genuit Aram, Aram genuit Aminadab, Aminadab genuit Nasso, qui fuit princeps tribus Juda in deserto. Alioqui si generationes Levi suppetis, invenies tantum quatuor: nam Levi genuit Caath, Caath genuit Amram, Amram genuit Aaron, Aaron genuit Eleazar, qui cum patre egressus est ex Aegypto. Et hoc computa promisit Dominus Abraham generatione quarta Hebraeos exiturus ex Aegypto, Genes. 15. 16. Ita S. Hieron. ad Damascum. Aliter S. August. quest. 49. Generatio, inquit, est secutum,

puta spatium centum annorum: jam quarta generatione, id est, quarta centenario annorum completo et quinto inchoato, Hebraei egressi sunt ex Aegypto, uti promiserat Deus Abraham, Genes. 15. 16.

Nota à armati. haec Hebraei inermes servierant Aegyptio, haec et lutum tractaverant: tunc liberi exituri Aegypto armantur ad bella.

Sic tropol. qui è servitute et regno mundi et diaboli eripere se cupit, armare se debet ad praesentia: memento, ó Christiane, te Christi esse militem, ad bellum vocari, arma tractare debere. Paulus. Amillis nullius res non necessarias curantibus, jussit ut quiescerent, nec aliud facerent quam enses acuire, cetera sibi cura fore. Idem inquit dicebat haec tria esse curanda: corpus, ut quom validissimum et pernicissimum habeat; arma apta; animus ad subita imperia paratus; reliqua illa ei imperatori curanda relinquere; testis est Livius lib. 4. C. Grassius militem videns sine gladio currentem: *Heu, inquit, committis, pugno steris pro gladio?* Multis Othonom imper. rogaribus ne depositio imperio exercitum accemp. desereret, quidam è gregoris insinuatione sublatò ense dixit: *Scito, Caesar, sic pro te omnes animas esse; moxque seipsum jugulavit; testis est Suetonius in Othone.* Cum Antonius pararet classem cum Cesare conficiurus, quidam tribunus militum, vir fortis et in armis exercitatus, Antonio pretereunt corpore suum multis electricibus insignium ostendit dicens: *O imperator, cur his vultibus sui tunc gladio parum fidis, inque lignis fragilibus spem reponis? Sine Phoenices et Aegyptii classe pugnent: nobis Romanis habent; arma apta; animus ad subita imperia paratus; reliqua illa ei imperatori curanda relinquere; testis est Plutarchus in Antonio. Praeclare Cicerò lib. 5 Tuscul.: *Necessè est, ait, qui fortis sit, eundem esse magis animi; qui magis animi tristetum; qui invidet, nam humanas res despiciere, atque infra se positas arbitrarè. Despiciere autem non potest eas res propter quas acerrime affligi potest, nisi fortis: Ex quo efficitur, fortem virum acerrime nonquam affligi; cunctis autem sapientes fortes esse. Appliet sibi haec miles christianus.**

Vers. 19.—Tulit quoque Moyses ossa Joseph. Historia seculi sic narrat quod Nilus exundans eos omno quo Hebraei egressi sunt, traxerit locum Joseph; cum ergo eum invenire non posset Moses, scripsit nomen dei tetragrammatum in lamina aurea; illa autem mos contavit ad locum Joseph eumque detexit. Atii hunc locum per ovem ostentum tradunt, ovem, inquam, quae Hebraeos et locum hunc commutata sit per desertum, illudque significari putant Psal. 78. v. 1: *Qui statera rebus ovem Joseph;* sed hoc sunt fabellae Thalmodicorum.

Nota. Verissime est Moesen etiam aliorum Patriarcharum, puta fratrum Joseph, ossa secum extraxisse. Nam Actor 7. 16; constat eos omnes in Palestinam transibos esse, et sepultos in Sichem; neque appare, quo alio tempore quàm hoc transferri poterat. Ille tamen tantum ossium Joseph fit mentio, quia Joseph adjuvavit Hebraeos uti illi faceret, ipsaque hunc egressum praedixerat. Voluit autem Hebraeos sua ossa

efferre, quia cura p[ro]pter suos sepulcri enim tangebat, et ut posteriori horum ossium infelicitate vaticini memores, certā fide et spe iter in terram promissam caperent. Vide dicta Genes. 47, v. 29 et 50.

VERS. 20. — PROPECTER DE SOCOTH CASTRA METATI SUNT IN ETHAM. Hebraei castra secunda fixerunt in Etham, sicuti prima fixerunt in Socoth. Etham situm erat in ultimā solitudine, vicinā mari Rubro et montibus preruptis, unde fortē et nomen accepit. Etham enim hebraice fortē, indeque asperum et preruptum significat.

Nota hinc quatuor miracula Hebraeis data et continuata per 40 annos. Primum fuit, quod in tantis eorum turbis nemo esset ager aut debilis, ut vellet aut deberet remanere in Aegypto, sed omnes essent sani ac valentes ad iter alacriter et constanter peragendum; Deus enim omnibus illis robur et abiectionem suggereret, ne laborem itineris gravatē ac molestā ferrent, et hoc est quod dicitur Psal. 104: *Et non erat in tribubus eorum infirmus*, hebraice *ehofel*, id est, mutans, vacillans, q. d.: Inter eos nullus erat ager, imō ne debilis quidem aut imbecille, sed omnes erant alacres et expediti. Secundum, quod calcei et vestes eorum cum pueris croverint, et per quadraginta annos non fuerint attrita nec consumpta, ut dicitur Deuter. 8, 1; et cap. 29, 5. Tertium fuit mazna. Quartum fuit columna ignis et nubes, de qua jam sequitur.

VERS. 21. — DOMINUS AUTEM PLECEDEBAT EOS AD OSTENDENDAM VIAM PER DIEM IN COLUMNA SUBS. Praecedebat eos non in ipsa castrorum metatione: ibi enim sistebat, sed in processione, exiit enim eos ex Aegypto, et deinceps semper proficiscentes deduxit et processit. Unde sequitur columnam hanc itineris ducem, primō apparuisse non in Etham, sed in Ramesses; inde enim primō egressi sunt Hebraei. S. Hieron. videtur contrarium dicere, scilicet quod columna hanc primō visa sit in Etham: sed vult dicere quod S. Scriptura primō hujus columnae faciat mentionem in Etham: sic et in Etham tantum facit mentionem ossium Joseph asportatorum, cum tamen constet ex Ramesses ea esse exportata.

Rursum haec columna praecedebat castra Hebraeorum, nota non motu circulari eorum: ita enim in orbem rapida fuisset; non etiam ventorum flatu, sed ducente eam angelo, qui erat quasi motor et origo columnae, ut patet cap. 14, 19. Angelus ergo impellat eam ut primam tribus Juda: actum proficiscentem proiret, quando castra erant mutanda et movenda; quando vero erant locanda et figenda, angelus eam super castra, puta supra primam aciem tribus Juda, uti volunt aliqui, vel postis supra medium castrorum, ut volunt alii, quasi defixam detinebat; fabricato autem postea tabernaculo, illi incumbere faciebat, ut patet cap. ult. v. 55.

Nota novem proprietates hujus columnae. Primō, haec columna Hebraeos processit per 40 annos, eosque ex Aegypto in Chanaan deduxit. Secundō, haec columna viam ostendebat, ut scirent quā esset eundem per deserta avia et invia. Tertio, columna haec jam

movebatur, jam quiescebat; cum movebatur, movebant se castra Hebraeorum; cum quiescebat et incubabat tabernaculo, quiescebant et castra. Quarto, columna haec erat ingens, longa, lata et crassa instar magnae turris, ut à tantis castris ubilibet videri posset, puta à trices centenis milibus hominum, quae facile occupabant locum decem milliarum italicorum, inquit Pererius. Quinto, motor et stator columnae erat angelus. Sexto, per diem apparebat ut columna nubes, per noctem ut columna ignis ad illuminandum castra; idque vicissim et assidue singulis diebus et noctibus. Septimō, in hac columnā saepe Deus apparebat ac loquebatur Mose et Hebraeis, suamque ostendebat gloriam et magnificentiam. Octavo, haec columna nubes tota obumbrabat castra, eaque ab aestu solis protegēbat, uti dicitur inferius. Nono, haec nubes disponebat Hebraeos ab Aegypto, hos obtenebrando, illos illuminando, utique Dominus per eam prospiciens interfecti exercitum Aegyptiorum, c. 14, v. 24.

Hinc Sapient. 10, vers. 17, de hac columnā duca vice dicitur: *Deducit eos in viā mirabili; et fuit illis in velamento diei, et in luce stellarum per noctem.*

Allegorice, haec omnia facile est adaptare Christo, et Spiritui sancto; Christus enim est columna propter rectitudinem et stabilitatem, et quia ipse fipit Ecclesiam et infirmitates nostras, facitque ut et ipsa Ecclesia sit columna et firmamentum veritatis, ipsique Sancti sint columnae. Hinc Apocal. 3, 12, dicitur: *Qui viderit, factum enim columnam in templo Dei mei.* Rursum Christus est columna ob crucem: *Est enim crux Christi humani generis columna*, inquit S. Hieron. in psalm. 95. Secundō, Christus est nubes, quia homo: est ignis, quia Deus; nam, ut ait S. Ambrosius in psal. 118, nubes est nebula corporis nostri, sed in Christo levis, id est, celestis Spiritus sancti operatione sancta nullaque sordē gravis. Isaie 49, 1. Sol ergo, ut tolerari posset, venit in nube, id est, Deus, ut cum hominibus versaretur, venit in carne, quā deitatem suam velavit et vestivit. Tertio, Christus instar columnae hujus fideles suos obumbrat, protegit, et ad terram viventium, quam electis suis promisit, deducit: ipse enim est dux noster, qui de se ait: *Ego sum via, veritas et vita.*

Sed cur est haec columna ignis per noctem, nubes per diem? — Resp. S. Gregor. hom. 21 in Evang. ut significetur Christus in die, id est, in vita justis, esse nubem, id est, blandum; sed in nocte, id est, vitā peccatoris, quasi igneam, id est, terribilem apparere. Rursum Christus in die, id est, in hac vitā, ostendit se locum, uti nubes, sed in nocte, id est, in morte et alterā vitā, puta in iudicio et peccatis, se quasi igneam formidabilem ostendit. *In fulgure*, inquit S. Gregor. *terror timoris est, in nive autem blandimentum condoris; hinc in resurrectione Christi angelus talis apparuit, ut sua specie et terret reprobos et malceret pios.* Unde Hebraeos per deserta gradientes columna ignis in nocte, et columna nubes praebat in die; in igne enim terror est, in nube visio sine blandimentum: *dica autem vitā justis, et nox accipitur vitā peccatoris; in die igitur columna nubes monstrata est, et in nocte columna ignis.*

quia Deus in iudicio veniens per lenitatis mansuetudinem blandus iustos demulcebit, peccatores autem per justitiae distinctionem terribiliter.

Potest secundō columna ignis Christum, qui lux est mundi, columna vero nubes Spiritum sanctum, ejusque obumbrationem et sanctificationem significare: Christus enim et Spiritus sanctus sunt una columna, id est, una deitas. Ita S. Ambrosius lib. 2 de Sacram. c. 6, et ex eo multi interpretes in 1 Corinth. 10, v. 4.

Rectē S. Gregor.: *Spiritus sanctus, inquit, monet, movet et docet: monet memoriam, movet voluntatem, docet rationem; nec minimum paleam intra cor quod possidet residere patitur, quum non igne circumspicientis et compunctionis exeat.* Contra stultitiam suggerit sapientiam, contra hebetudinem intellectum, contra precipitationem consilium, contra timorem fortitudinem, contra ignorantiam scientiam, contra duritiam pietatem, contra superbiam Dei timorem.

Et S. Bernardus, serm. 2 de Pentecoste: *Spiritus sanctus, inquit, dat pignus salutis, robor vitae, scientiam lumen.* Pignus salutis, ut ipse reddat testimonium spiritui tuo, quod sis filius Dei; robor vitae, ut quod per naturam tibi est impossibile, per gratiam ejus non solum possibile, sed et facile fiat; lumen scientiae, ut, cum omnia bene feceris, te servum tantum putes, et quicquid boni in te inveniris, illi tribuas à quo omne bonum est. In his tribus Spiritus sanctus docet te omnia, quae pertinent ad salutem. Et serm. 3: *Ad fervorem in cordibus perfectiorum eherentiam spirans, validum ignem charitatis accendit, ut non solum in spe futuram Dei, sed etiam in tribulationibus gloriantur, constantius gloriam reportantes.*

Et S. Basilii de Spiritu sancto: *Sicut, inquit, corpora illustra perniciduaque contacta radio solis sunt et ipsa splendida, et alium fulgorem ex se profundunt: sic et tantum Spiritu sancto illustrata et illustratae sunt et ipsae spirituales, et in alios gratiam emittunt.* Hinc futurorum praesentia, arcanorum intelligentia, occultorum comprehensio, donorum distributiones, celestis conversatio, cum angelis chora: hinc gaudium nunquam finientium, hinc in Deo perseverantia, hinc similitudo cum Deo, et quo nihil sublimius expectari potest, hinc est ut Deus fiat.

Unam hanc columnam in caelum nos ducentem quotidie intueamur et studiosē sectemur! S. Carolus Borromeus eundem et suis petenti documentum aliquid, quā ratione ad caelum pervenire et Deo placere posset hoc dedit: *Qui quotidie in via Dei progressi cupit, oportet primo ut incipiat quotidie, hoc est, quotidie debet donari ut Deo servitū eo fervore ac si ea die primum inciperet; secundo, ambulet actualiter in praesentia Dei; tertio, solum Deum statuat sibi finem omnium et singularium actionum suarum.* Hinc tribus complexus est totam vitam spirituales, totumque statum et progressum interioris hominis. Ita refert auctor vite ejus lib. 8, c. 48, in fine. Tropol. ergo, columnae lucis sum fortis et illustres sancti. Venit aliquando abbas Hilarius ad abbatem Ansoium, et dicit ei abbas Antonius: *Bene venisti, Lucifer, qui mane oritur.* Et respondit abbas Hilarius: *Pax tibi, columna lucis, quae*

sustinet orbem terrarum; uti nateur in vitis Patr. lib. 3, tract. 17, n. 4.

Talis columna lucis fuit quae Simeon Stylites qui ut omnes à terrā traheret ad caelum, stetit in columnā per octoginta annos, vix comedens et dormiens, semperque vel orans, vel accedentibus dans monita salutis. Et angelus Apocal. 10, v. 1, habebat pedes quasi columnae ignis.

Sic Petrus, Jacobus, Joannes in Ecclesia videbantur esse columnae, ait Paulus Galat. 2, 9.

Hinc de causā Christus Apoc. 3, 12, angelo, id est, episcopo Philadelphie promittit: *Qui viderit, ait, faciam illum columnam in templo Dei mei.*

Ad ostendendam viam. Licet enim via communis ex Aegypto in Chanaan trita esset et vulgō cognita; nemo tamen noverat eam viam quā Deus Hebraeos per deserta Arabia volebat deducere in Chanaan. Addit Genes. in Psal. 104, v. 39. Deum ostendisse eam viam, eō quod in Saracenicis illis desertis nulla extaret viam vestigia, ob arenas levi ventorum fabelle mobiles et delectiles: ideoque viatores in illis, ut nautae in mari, uti coguntur instrumentis quibusdam, quasi nauticis quadratibus, ad indicandas mundi plagas, et juxta eas dirigitur suas processiones.

Quaerens an haec columna tantum ostenderit viam, an verō etiam castra obumbravit et ab aestu protexerit? Cajetan. et Abulens. quest. 75 censent eam tantum ostendisse viam; ratio est, quia una columna, utpote parva et gracilis, non poterat obumbrare tota et tanta castra. Secundō, si castra tota obumbrasset, admissis eis aspectum aeris, caeli et luninis caelestis, quod hominibus est jucundissimum. Verū alii probabilissimē censent hanc columnam non tantum ostendisse viam, sed etiam castra ab aestu solis protexisse: nam, cum Hebraei iter facerent per Arabiam, quae radiis et coloribus solis torretur, praesertim in vallibus in quibus oppositorum montium objectu radii solis reflexi magnos calores excitant; habuissent iter molestissimum, nisi Deus hos calores temperasset, radiis solis opponendo hanc nubem columnae. Probat, nam id dicitur Psal. 104: *Expandit, inquit, nubem in protectionem eorum;* et Psaltes Psal. 120, hinc alludit dicens: *Dominus custodit te, Dominus protectio tua; per diem sol non uret te, neque luna per noctem.* Sapient. 40: *Deducit eos in viā mirabili, et fuit illis in velamento diei;* et cap. 49: *Castra obumbrabat nubes, et cap. 48: Solum sine laetitia boni hospitii praestitit eis; q. d.: Fecisti ut columna illa Hebraeis esset dux et quasi sol praefugens ad peregrinationem, et bona hospitia, id est, bonas et commodas stationes in deserto per 40 annos indicandas, sol, inquam sine Irsura, id est, innocuus, non ledens, non urens Hebraeos.* Hinc denique Apostolus 1 Cor. 10, 1, ait patres omnes sub nube fuisse. Ita B. Nyssen. Ambros. in Psal. 118, Justinus contra Tryphon. Lyranus, Perer. et alii.

Dices: Quomodo parva columna poterat obumbrare tota castra?

Respondet: Columna haec, cum iter agerent Hebraei, praebat castra, et simul expandebat se, et quasi

34. Et l'ayant mesuré à la mesure d'un gomor, celui qui en avait le plus amassé, n'en eut pas davantage; et celui qui en avait moins préparé, n'en avait pas moins; mais il se trouva que chacun en avait amassé selon qu'il en pouvait manger, lui et sa famille.
35. Moïse leur dit: Que personne n'en garde: jusque au lendemain matin.
36. Mais ils ne l'écouterent point, et quelques-uns en ayant gardé jusqu'au matin, ce qu'ils avoient réservé, se trouva plein de vers et tout corrompu. Et Moïse se mit en colère contre eux, à cause de leur désobéissance et de leur peu de confiance en Seigneur, qui leur donnoit cette nourriture, et qui avoit promis de leur donner tous les jours.
37. Depuis ce temps-là, chacun n'en recueillit le matin qu'autant qu'il en fallait pour se nourrir durant le jour; et lorsque la chaleur du soleil étoit venue, ce qui en étoit resté sur la terre se fondoit.
38. Le sixième jour ils en recueillirent une fois plus qu'à l'ordinaire, c'est-à-dire, deux gomors pour chaque personne; et tous les princes du peuple en vinrent donner avis à Moïse, craignant qu'on eût agi en cela contre l'ordre de Dieu.
39. Mais Moïse leur dit: C'est ce que le Seigneur a déclaré: Il sera demain le jour du sabbat, dont le repos est consacré au Seigneur. Faites donc aujourd'hui tout ce que vous avez à faire, et gardez pour demain matin ce que vous aurez réservé d'aujourd'hui.
40. Et ayant fait ce que Moïse leur avoit commandé, la nuée ne se corrompit point, et on n'y trouva aucun ver.
41. Moïse leur dit ensuite: Mangez aujourd'hui ce que vous avez gardé, parce que c'est le sabbat du Seigneur, et que vous n'en trouverez point aujourd'hui dans les champs.
42. Recueilliez donc pendant les six jours la manne; car le septième jour, c'est le sabbat du Seigneur, auquel il ne vous est pas permis de rien faire; c'est pourquoi vous n'y en trouverez point.
43. Le septième jour étant venu, quelques-uns du peuple allèrent dans la campagne, contre la défense du Seigneur, pour recueillir de la manne; et ils n'en trouvèrent point.
44. Alors le Seigneur dit ces paroles à Moïse, afin qu'il les dit de un part à tout le peuple: Jusqu'à quand refuserez-vous de garder mes commandemens et ma loi?
45. Considerer quod le Seigneur a établi le sabbat

et propter hoc die sextâ tribuit vobis cibos duplices : maneat unusquisque apud semetipsum, nullas egrediatur de loco suo die septimo.

50. Et sabbatizavit populus die septimo.

51. Appellavitque domus Israël nomen ejus man; quod erat quasi semen coriandri, album, gustusque ejus quasi similia cum melle.

52. Dixit autem Moyses: Iste est sermo quem præcepit Dominus: Imple gomor ex eo, et custodiam in futurâ retrò generationes, ut noverint panem quod alui vos in solitudine, quando elucti estis de terrâ Ægypti.

53. Dixitque Moyses ad Aaron: Stime vas unum et mitte ibi man, quantum potest capere gomor; et repono coram Domino, ad servandum in generationibus vestris.

54. Sicut præcepit Dominus Moysi. Posuitque illud Aaron in tabernaculo reservandum.

55. Filii autem Israël comederunt man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem; hoc cibo aliti sunt, usquequò tangerent fines terræ Chanaan.

56. Gomor autem decima pars est ephi.

VERS. 1. — VENT OMNIS MULTITUDO FILIORUM ISRAEL IN DESERTUM SIN. Est hæc octava mansio Hebræorum in deserto; nam septimus, que fuit ad mare Rubrum, reflexo ad illud itinere, ut patet Num. 33, 10, hic omittitur, quia nihil peculiare in eâ contigit.

Hoc desertum Sin est inter mare Rubrum et montem Sinaï, estque diversum à deserto Sin (quod et Cades dicitur) de quo Num. 20, 1, et e. 31, 5, ubi mortua est Maria, et petra percussa à Mose dedit aquas: nam nostrum Sin hic per *sonceh*, illud vero in Numeris per *tsode* scribitur: in illo fuit 55 mansio, in hoc vero octava.

Sin hebraicè odium sonat, et symbolice significat quòd cum Deum vocantem in deserto sequimur, à mundo exeuntes, grande odium in nos conciliamus inimici, puta diaboli et mundanorum hominum. Ita S. Hieron. ad Fabiol.

QUESTIO DECIMO HÆ MENSIS. Puta trigésimo die ab egressu ex Ægypto, egressi enim sunt decimo quinto die mensis primi; decimo verò quinto die mensis secundi (qui jar dicitur, et respondet nostro partim aprili, partim maio) in Sin venerunt. Pro quo nota Hebræos habuisse menses lunares; lunaris autem mensis habet dies 29 cum dimidio, unde Hebræi primo mensi dabant 29 dies, secundo verò mensi dabant dies 30, quia duo dimidii dies, qui utroque hoc mense excreverant, faciunt unum diem, puta tricesimum. Jam si primus mensis habebat 29 dies, ergo à 45 die ad

parmi vos, *afin qu'en ce jour-là, vous demeuriez en repos*, et qu'il vous donne pour cela le sixième jour une double nourriture; que chacun donc demeure chez soi, et que nul ne sorte de sa tente un septième jour. Ce qui fut exécuté.

50. Ainsi le peuple garda le sabbat un septième jour.

51. Et la maison d'Israël donna à cette nourriture le nom de manne, parce qu'en la regardant la première fois, *ils virent des grains blancs; et est-à-dire, qu'est-ce que cela?* Elle ressemblait pour la forme à la graine de coriandre, elle était blanche comme la neige, et elle avait naturellement le goût qu'aurait la plus pure farine mêlée avec du miel; mais elle se transformait en toutes sortes de goûts, selon qu'il plaisait à Dieu d'accorder cette grâce à ceux qui la lui demandaient avec ardeur et avec foi.

52. Or, quelque temps après, le tabernacle ayant été dressé, Moïse dit: Voici ce qu'a ordonné le Seigneur: Remplissez de manne un gomor, et qu'on la garde pour les races à venir, afin qu'elles sachent quel a été le pain dont je vous ai nourris dans le désert, après que vous avez été tirés de l'Égypte.

53. Moïse dit donc à Aaron: Prenez un vase, et mettez-y de la manne, autant qu'un gomor en peut tenir, et placez-le devant le Seigneur, afin qu'elle se garde pour les races à venir.

54. Selon que le Seigneur me l'a ordonné. Et Aaron mit ce vase en réserve dans le tabernacle, lorsqu'il fut construit.

55. Or, les enfants d'Israël mangèrent de la manne pendant quarante ans, jusqu'à ce qu'ils vinssent dans la terre qu'ils devaient habiter; c'est ainsi qu'ils furent nourris, jusqu'à ce qu'ils entrassent sur les premières terres du pays de Chanaan.

56. Or, le gomor, qui étoit la mesure de la manne qu'on recueillait pour chaque personne, et celle qui fut conservée dans l'arche, est la dixième partie de l'éphi.

COMMENTARIUM.

29 et ultimum sunt 45 dies; his addie dies 45 menses secundi, præcisè pervenies ad diem tricesimum, quod Helphel pervenerunt in Sin; et postillud, puta tricesimo primo die, cepit placere manna, ut patet v. 8 et 12. Ita Torriellus et Josephus, ut patet v. 2.

VERS. 2. — ET MERMURAVIT OMNIS CONGREGATIO FILIORUM ISRAEL, cum jam farina subacta, sive pacta, quam ex Ægypto tulerant, defecret; illa enim duravit ad triginta dies, ait Josephus.

VERS. 5. — UTINAM MORTE ESSELES PER MAMM DOMINI, scilicet morte à Domino irrogatâ, sive naturaliter, sive violentè.

QUAREO SEBERAMUS SUPER OLLAS CARNIUM. Alii volunt: *Intra ollas carnium*; melius nosier interpretes vertit: *super ollas*. Notat enim hic Script. voracem ingluviem crasse plebis, quòd, ut pecora herbas, ita hi ollis incomburent, Intuere hic exemplum et schama apostatantium: primo enim tentatione pulsante, gratiæ etiam per miraculum acceptæ, obliviscuntur, uti hic omnium plagarum et prodigiurum Ægypti obliviscuntur Hebræi. Secundo, pavent eos se Deum vocantem ex Ægypto, id est, mundi illecebris secutos esse. Tertio, de liberali Dei potestate desperant, ac demùm, si possunt, ollas suas repetunt.

QUO EDUCISTIS NOS IN DESERTUM ISTE, UT OCCIDERETIS FAME? Cur educendos nos in has angustias deserti contempsistis, ut ibi moriamur fame? non enim aliter poterat eos Moses fame occidere. Hinc patet verba

activa Hebræorum, quæ est occidere, non semper actionem physicam significare.

Vide hic silentium et patientiam jugem Moysi: hæc virtus sanctos omnes exercuit et perfecit: Primò, Christum, qui in cruce pro suis crucifixus oravit: *Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*. Secundo, Job, qui à demone et Chaldæis ac uxore extrema passus dixit: *Nudus egressus sum de utero matris mee, et nudus revertor illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit; sit nomen Domini benedictum*. Tertio, David, qui persecutionem Sâulis, Semci et Absalonis exquisissime tulit. Quarto, S. Stephanum, qui pro se lapidantibus oravit, dicens: *Domine, ne statuas illis hæc peccatum*. Quinto, S. Paulum, qui ait: *Maledicturus, et benedicturus; persecutionem patitur, et sustinetur; blasphematur, et obsecratur*.

Audi et martyres. Basilis Ancyra sub Juliano Apostatâ in oculo suspensus, manibus ad caput sublatis, sua pendavit latera, et ad præsidem dixit: *Non opus est mihi victores me in oculum tollendo laborem: ego enim usque illorum opera, quo volas modo latera mea tortoribus præbere paratus sum*. Dixit et fecit: nam cum latera ejus unguibus læcerarentur, manibus in caelum sublatis Deo gratias egit, testis est Sozom. lib. 5, c. 10.

Generosius Christianos ligatis pedibus post terga quadrigaram currentium, per saxa et spinas raptari jussit, qui valde sibi invicem dicentes, aiebat: *Vale, frater, ora pro me; impletur Dominus desiderium nostrum; tollitur pervenitur ad regnum colorum*. Ita Victor lib. 1 Wandal.

Audi et Confessores. Damon Jacobi eremite magnanimitatem non ferens, minatus est eum virgâ percussurum. Tum Jacobus: *Si tibi, inquit, permixtum est à Deo, percate, et plagam libenter accipiam, ut qui ab illo feriar. Si autem non sit tibi permixtum, non percuties; sicut milles insontis*. Testis est Theodor. in Vitis SS. Patrurum, vitâ 21.

Irene à Nicephoro servo suo imperio dejecta inquit: *Ego Deo acceptum fero quòd me orphanam et indignam ad imperium everti: quòd verò jam me deici permittis, meos peccatis adscribo; in cunctis autem bonis et multis sit nomen Domini benedictum*. Ita Paulus diacon. lib. 25.

Alphonso, Aragonum rex, à quodam qui in viâ præcedebat, ramo arboris dimisso, graviter in oculo læsus, dixit: *Nihil profecto dolco, nisi percussoris dolorem ac metum*, Ita Panorus. lib. 4 Vita ejus.

Tertius lib. de Patientiâ e. 9 et 10, sic ait: *Si patientia in membris, non dolebo; si non dolebo, neciet non decidit. Et c. 45: Sequester patientiæ est Deus: si injuriam deposueris penes eum, ultor est; si damnum, ratiator est; si dolorem, medicus est; si mortem, resuscitator est*.

VERS. 4. — PLUAM VOBIS PANES DE COELO. Panes, id est manna: ex eo enim confuso tortulas panis faciunt, ut patet Num. 11, 8. Pro carne verò et ollis, ad quos anheliabant Hebræi, dedit eis Deus coturnices, v. 8 et 15.

UT SENTIREM ECH, UTREM AMBULAT IN LIGER MEA. Humano more loquitur Deus: ipse enim homines tentat eos probando, et arcana eorum ipsamque veritatem palam eliciendo. Verum non eo fine quo homines: hi enim tentant ad hoc ut sciant quòd ignorant; Deus verò cardiognosces omnium conscius, imò præsciens, tentat non ut ipse, sed ut alii vel se, vel alios noscant. Tentavit ergo hic Deus obedientiam et temperantiam Hebræorum, solum manna eis dâdo; tentavit et spem eorum, dum eis diurnum in singulis dies alimentum admensus est, præceptique me manna in sequentem diem reconderent (ad hanc enim legem, que immediatâ processit, maxime in hæc tentatione respexit Deus), idque ut continuo et jugiter à Dei providentiâ pendere discerent, et accumulandâ quoniam non solliciti, quomodo et nos Christiani panem quotidianum in dies à Deo petere jubemur.

VERS. 5. — DIE ALTUM SEXTO PARENT QUOD INFERANT. Puta die Veneris: die enim septimo, puta sabbato, jussit eos Deus quiescere; undè in sabbato non pluit manna. Hinc colligit Origen., S. Ambros. in 1 Corinth. 10, August. serm. 25 de Tempore, et synodus Cassanensis, quam refert Beza epist. de celebr. pasche, diem, qui primò pluit manna, fuisse Dominicum: ab hoc enim dies sexta est parasceve, sive die Veneris: sex ergo integris diebus continuo pluebat manna, scilicet incipiendo à die Dominico usque ad feriam sextam inclusivè. Quo mysticè et tacite significatum est diem Dominicum à Christo et Christianis præferendum esse sabbato, ac die Dominico panem coelestem in Eucharistiâ, Deique gratiam ad fideles descensurum.

Nota est pariter quod inferant, q. d.: die Veneris condant partem manna in tabernaculis suis, quæ vescantur sequenti die sabbati: sabbato enim à labore colligendi, molendi et coquendi manna cessandum est. Unde et feria sexta dicta est parasceve à præparatione ciborum, que illo die fiebat pro sabbato. Tropologicè, sex diebus vite nostræ chiarâ comparanda sunt in septimum diem æternitatis, ut iusticiam in æternâ quiete coelestis vivamus. Ita Origen., Rupert. et Cyrill. lib. 4 in Joan., c. 51.

VERS. 6 et 7. — VESPERE SCIENTIS, QUOD DOMINUS EXERCIT VOS DE TERRA ÆGYPTI, ET MANE VENIENTIS GLORIAM DOMINI. Quia vespere Deus dabit vobis coturnices, et mane manna, ut patet v. 12 et 15, per quod agnosceatis Dei gloriam, id est, gloriosam potentiam et providentiam.

VERS. 7. — AUDIITE ENIM MERMUR VESTRUM CONTRA DOMINUM, contra se. Honoris causâ, repellit Moses nomen Domini, ponitque absolutum pro reciproco.

Nota hic quàm grave peccatum sit murmur populi contra magistratus; est enim contra Deum, qui eos constituit: hinc Deus aîna peccata Hebræorum in deserto ferè dissimulavit, murmur autem penè semper illicè punivit. Vide S. Gregor. lib. 12 Regist. epist. 51.

VERS. 9. — ACCEDITE CORAM DOMINO. Accedite ad columam nubis, quæ est Dei presentia vobis exhibet; necdum enim fabricatum erat tabernaculum (cui co-

inimā hanc postea incubuit, quod accessit ad Dominum postea adire consueverunt.

Nota. Tribus locis Mosi, et subinde Hebraeis solitus est Deus loqui: primo, in tabernaculo intra Sancta sanctorum, postquam illa fabricata sunt, idque Mosi, vel Aaroni soli, ut patet Exodi 25, 22. Secundo, apud ostium tabernaculi juxta altare holocaustorum, ut patet Exodi 29, 42. Tertio in columna nubis, ubi quocumque illa foret, ut patet Psalm. 98, 7; Exodi 33, 9. Ita Abulens. in Levit. 1, 1.

VERS. 10. — RESPERXERUNT AD SOLITUDINEM, EXTRA CASTRA.

ET ECCE GLORIA DOMINI APPARET IN XEBI. Gloria hanc Dominus erat splendor et augustum radiansque jubar, quo se quasi spectandum per angulum exhibebat majestas divina; splendor hic erat in nube: id est, in columna nubis, quae in medio castrorum quiescebat, sed juxta ex causa subinde motu hanc se angulo impellente, uti scribit e. 14, 19, cum se inter castra Hebraeorum et Aegyptiorum interponit. Ita et hic angelus in columna, quasi indignans manere cum populo ita murmurante, fugit extra castra ad solitudinem, eoque ad se evocavit et abduxit Moysen, in quo cum eo collocutus est, dicens: *Quia innumerabiles filiorum Israel*, etc. Fecit hoc Deus, vel potius angelus vice Dei, ut populum murmurantem errore et aulogore sui munimū compesceret; utque eum induceret ad Mosi credendum et parendum, utpote quem cum Dei majestate colloquantem, ab eoque edoceri et instrui credebant. Ita Lyran., Abulens. et alii.

VERS. 11. — LOCUTUS EST AUTEM DOMINUS AD MOYSEM SOLUM; NAM SACERDOTE POPULUM ALLOQUENTE, SOLUS MOSES DOMINUM ORATURUS (AB EO TACTU EVOCATUS) AD SUMMUM SECRETUM EXTRA CASTRA, SCILICET AD COLUMNAM NUBIS SE RECEPERAT.

VERS. 12. — VESPERE COMEDITIS CARNES COLUMBICES, ET MANE SATURABIMINI PANIBUS MANNÆ. Allegor. significabatur hic vespera, id est, obscuro legis carnes animalium immolans, transitura mane in panem celestem, id est, Christum, qui lux et manna est mundi. Ita Cyrillus lib. 5 in Joannem c. 51, et Rupert. Secundo, ut Orig. et S. August. q. 60, significabatur quod ad vesperam mundi Verbum caro foret, moreretur et sepeliretur ex infirmitate; mane vero resurgeret ex virtute, usque appareret discipulis cum eis vescens, eosque pasces.

VERS. 15. — FACIENS EST ERGO VESPERE, ET ASCENDENS COTURNICES QUEREBIT CASTRA: ASCENDENS, id est, veniens et adhibens, *coturnax*, id est, coturnicum turta, illic flante vento, ut dicitur psalm. 77, et v. 26 et 27, qui et eas deiecit, ut caderent in medio castrorum, ut patet v. 28 psalmi 77. Hæ coturnicum passio non duravit, ut manna, per 40 annos (ut dicitur v. 35), sed tantum hoc uno vespere contigit, quo tamen in plures dies coturnices colligere et asservare poterat Hebræi. Post hæc ergo vesperam sequentibus diebus, nullæ coturnices ad castra Hebraeorum advolarunt.

Nota. Bæ dedit Deus coturnices Hebraeis, primo

hic; secundo Num. 11, v. 51, ad Septemra concupiscentiæ.

MANE QUOQUE ROS TACITUS PER CIRCITUM CASTRORUM. Hebr. est: *Mane fuit cubatio, aut stratum rosi, q. d.:* Mane tota plantitas strata fuit et cooperata rore, ita ut ros illi quasi lecto incubaret. Ros hic erat manna; quod ros dicitur, quia rosi et crystalline guttæ in coarctandis seminibus formam conglobatæ erant similes. Ita Nyssen. Philo. Joseph. Neque enim manna simile erat humori rorulento et liquido; sed coagulato et congelato; unde, v. 14, in similitudinem pruine fuisse dicitur; erat ergo manna simile rosi concreto, id est, grauis grandinis, vel pruine, quæ frigore nocturno densante et dividente in parvula grana formatur; sic et nostrum manna (licet ab hoc colesti longe diversum sit), quod multis in locis hodie in foliis virgultorum coalescit, et à medicis studiosè colligitur, atque à Galieno drosomeli et aeromeli, id est, melle rosædum et serenum dicitur (quod non est nisi quædam halitus æquis terræque, solis calore evasit attenuatus et cælestis frigore secante noctis in annu coactis, densatusque), antequam sole calente liquescat, speciem habet pruine. Aliter, scilicet propriè rorem hic accipiunt Hebræi, Lyran., Vatablus, Obesier, et Cajetan.; putant enim ipsi rorem simul descendisse cum manna, qui manna operit, cinnique manne ros ad radios solis evanesceat, detegat, et solum relinquat manna colligendum ab Hebraeis; manna ergo tam supernè quam infernè rore, quasi thesauri erat inclostum. Quam rem Lyran. ad illud hostie mensis suæ quodam indicio representat, poentes scilicet panem inter duo mensalia. Hinc sententia favet versio Chaldaei et Vatabli, qui vertunt: *Fuit operientiam rosi, cinnique ascendisset*, id est, à sole assumptus fuisset et disparuisset (et, ut Septuag. *αυροβλας*, id est, cum quiescisset, hinc est, cessasset, inquit aliqui) ros, ecce in superficie deserti minutum quiddam et orbiculare apparebat.

Ex hæc sententiâ, quæ probabilis est, putebram licet colligere allegoriam de Eucharistiâ; sicut enim ros hic tegebat manna; ita species panis tegunt corpus Christi, et sicut rore evanescente apparebat manna, ita speciosus panis in Eucharistiâ per fidem abstractis, mens fidelis ascendit ad videndum et gustandum ipsum corpus Christi.

Verum hinc sententiæ regnare videtur nostra versio, v. sequenti, ubi plene hinc rorem explicat, dicitur fuisse ipsam manna; nam Hebræum *vatabli*, id est, ascendebat, quod alii interpretantur: in vaporem evanescebat ad radios solis, noster interpres vertit: *Cumque operisset superficiem terræ*; ascendebat enim operiendo terram; simul enim modo panis ante dixit ascendisse coturnices et cooperasse castra. Secundo, sole calente liquescebat et evanescebat manna, uti evanescebat soler ros; unde ante solem primo manne manna colligere debebant Hebræi. Ergo non videtur veram, quod Hebræi dicunt, solem calente absumpsisse rorem, et hinc cum reliquisse manna. Tertio, ad quid hic ros teisset manna? manna enim

in se mundum erat, nec supernè à pluviâ, nive et grandine (utpote Deo illa continente et avertente) inquirari poterat; longè ergo verius est, rorem hunc non fuisse quid aliud à manna. Ita Abulens.

DIES: NUM. 11, 9, dicitur: *Cum descenderet noctu super castra ros, descendebat pariter et manna*. Respondet, rorem illi pro pruina sumi, quæ non operiebat manna, sed illi substernebatur, ne manna terre tactu fœderetur; unde Hebræa, Chald. et Septuag. habent: *Descendebat et man super eum*, scilicet rorem, puta concretum, id est, pruina jam dictam.

Notat Abulens, quod verisimiliter sic Deus depinebat manna: primo mittebat ventum, qui purgaret ab aquis, vaporibus et similibus rebus superficiem terre, ita ut nulla in eo aqua aut sordes manerent, quæ manna maculare possent. Deinde depinebat pruina gelidam, et in granula formatam; denique super pruina depinebat ipsum manna, ut patet Num. 11, 9. Terra ergo erat quasi lectus; pruina sive ros congelatus erat quasi liatæam mundum, cui incubabat manna. Unde in Hebræo manna hic et Num. 11 dicitur cubare in terrâ et in rore, ita ut pruina hæc sive ros infernè esset ipsi manna quasi velamen, sicut species panis in Eucharistiâ sunt velamen corporis Christi.

VERS. 14. — APPARET IN SOLITUDINE MINUTUM. Hinc patet manna non fuisse in castris Hebraeorum, quia illa sordida erant; sed extra castra in deserto, sive in agro, ut dicitur v. 25. Unde v. 27, dicitur Hebræi castris egressi, ut illud invenirent et colligerent in deserto.

MINUTUM, ET QUASI PILO TUSUM IN SIMILITUDINEM PRUINE SUPER TERRAM. Non quasi manna, cum è celo descendere, pilo tusum, et in pulveres aut strinam redactum esset, hoc enim postmodum faciebant Hebræi, terentes illud in mortario aut mola, cum ex eo tortas facerent, ut patet Num. 11, v. 8, sed quasi pilo tusum, id est, quasi pili tusum decorticatum, et foliulis suis exutum; quasi dicit: Manna erat album instar tritici, cui vel pilo, vel mola cortex est ablati; semper enim colore albo Scriptura commendat manna. Unde Num. 11, 7, dicitur fuisse coloris lactei. Hinc et Septuag. pro pilo tusum vertunt, *λευκον*, id est, album; et Chald. vertit, *quasi decorticatum*, et hoc Hebræo *mechusap*, consonat. Licet enim nusquam alibi hæc vox reperitur, tamen quia quadrilateram radicem habet, hinc de more ad trilateram reducenda est, scilicet ad *chuschap*, id est, denudare, decorticare; unde mirum est recentiores *mechusap* veterè rotundum, quasi cæca trinare maluit, quam S. Hier., Septuag. et Chald. aliisque veteribus et doctissimis Hebræis assentiri. Porro, Num. 11, manna in colore dicitur fuisse simile bellio. Bellium porro est genus gummi sive lacrymæ pellucidæ. Unde 70 ibi vertunt, *simile crystalli*, q. d.: Manna erat albicans ut crystalli. Hebræum *bedolach*, id est, bdellium, Pagninus, margaritam, alii onychen vertunt; quasi manna colore fuerit simile margarite, vel onychi, id est, colore inguis. Tale enim est bdellium, præsertim Bactrianum, quod inter omnia est laudatissimum;

anctor est Plinius lib. 12, c. 9, et Dioscorid. lib. 1, c. 69. Candidum ergo manna significabat Eucharistiam, in qua species panis altæ candidum et immaculatam corpus Christi representant, et reipsa exhibent.

VERS. 15. — DIXERUNT AB INVICEM: MAN HÆ? QUOD SIGNIFICAT: QUID EST HOC? Hinc hebræum vocatum est man, et chaldaicum manna. Hebræum man Vatablus vertit *donum*. Cum enim, inquit, Hebræi proprium illi nomen idere non possent, genericum man, id est, donum, illi indiderunt, quasi dicant man hu, id est, hoc ingens et cælestis est donum nobis à Deo promissum v. 4. Secundo, *Urester man* vertit *numerorum*, radix enim manna significat numerare, unde manne, *tekel*, *phares*, Daniel. 5, v. 25; magno enim numero et copiâ instar nivis depinebat manna. Longius abit et aberrat Calvinius, qui man vertit *paratum*; et Aben Ezra, qui man vult esse vocem, non hebræam, sed arabicam; non enim ab Arabibus, sed ab Hebræis hic in deserto vocatum est man. Verum Septuag., Chald. et noster, Philo, Josephus, Origenes, Theodoretus, Cyrillus lib. 5 in Joannem, cap. 51, et passim tam veteres quam recentiores *est man hu*, opinant et genuinè vertunt, *quid est hoc?* nam res tam insolita in Hebræis ciebat admirationem, ut rogarent: Quid est hoc? Ibi sequentia indicant: *Ignorabant enim quid esset, ubi pro quid esset, in hebræo est, ma hu: unde factum est man hu, addito nun paragogico*. Similis paragogia littera *lamid* in eodem ma interrogatio, est bala c. 5, v. 15: *Mallachen*, quid est vobis? Paragoge vero hinc est usitata: man enim passim nominibus hebræis additur, ut patet in *corban*, *isachon*, *sculchan*, *nehustan*. Beneque Chaldæi pro ma dicunt *man*; id est, quis, quæ, quid, ut patet Daniel. 5 et 4. Sic etiam Hebræi euphonice causi pro ma usurpant man, ut patet psalm. 60, v. 8. Idem convincit responsio Mosi. Moses enim Hebræis interrogantibus man hu, id est, quid est hoc? respondet: *Iste est panis quem Dominus vobis dedit ad vescendum*.

VERS. 16. — COLLIGIT USQUEQUE EX EO, QUANTUMQUE, QUI SCILICET PANIS ET SOLIDO CIBO VESCITUR; NEQUE ENIM FACIENTES ET LIBRA SUGENTES COMEDERANT MANNA. Ita Cajet.

GOMOR PER SINGULA CAPITA. Gomor est chænicæ, puta mensura, quæ per diem cuique ad victum sufficit; unde dicitur gomor, quasi gomor, id est, manipulus, puta victus diurni, inquit Arias Montanus; vel, ut Vilalpando in Arias, temp. par. 2, l. 5, c. 12, gomor idem est quod malsab, à rad. amar, id est, uti alioquin inanisfactio, sò quod per quadraginta annos in deserto, hæc mensura gomor maxime fuerit in usu ad metendum manna. Erat gomor decima pars ephi (ut dicitur v. 56), vel epta, id est, trium modiorum; ephi autem erat decima pars euri, sive homer (homer aliud est à gomor; gomor enim per ain, homer per cha, scribitur) ut patet Ezech. 43, 11; corus autem sive homer continebat 50 modios; ita enim noster interpres vertit Levit. 27, 16 et alit. Sic et Septuag. qui Ezech. 43, pro homer vertunt, sex artabs; artaba autem, teste Galieno lib. de Mensuris, capit modios, id

est, inmensuras Italicas 5. Sex ergo artabae sua 50 modii.

Nota hic obiter. Tres amphorae, tres modii, tres mensurae, tria sata, unus batus, unum epli; haec omnia unum et idem sunt, inquit Liporamus.

Josephus gomor vocat assaronem, id est, decimam, ita ut haec tria, scilicet gomor, assaron et decima, idem sint. Assaron autem, ut Josephus ait l. 5 Antiq. 7, septem continebat cotylas; cotyla verò 9 continebat uncias apud Aetios; inquit Thucydides apud Athen. libro 11, quo computa gomor fuisset mensura continens 63 uncias, id est, quinque libras et tres uncias; sed in fine libri in tract. de Mensuris ostendam gomor continuisse 8 libras, sive 96 uncias (1). Quae sanè ingens erit portio, et cuius quantumvis avaro et edaci stomacho, cum prisco illo et valido seculo, sufficiens ad victum diurnum. Verum, ut nota Vihapolo, manna levioris erat substantiae, sed tamen magnitudinis quam sit frumentum; unde ipse gomor manna plenum fuisse tantum panis praestitisse, quantum plenum frumento cibus; cibus autem continebat 4 sextarios. Sic ergo gomor manna erant 4 circiter librae.

Nota. Dens hic de manna sex dat praecipua, totidem et assignat miracula.

Primum praecipuum est hoc verso, quo iubet ut Hebraei in singula capita colligant ex manna singulis diebus mensuram gomor; id est, tantum quantum verisimiliter putant sufficere ad gomor complendum; unde alii alii plus collegerunt, opinantes needum se gomor collegisse; alii minus collegerunt, putantes se gomor collegisse, cum needum illud integrum collegissent. Aliqui putant (quod etiam probabile esse censet Abulens.), id quod hic dicitur de colligendo gomor pro singulis, non esse praecipuum datum Hebraeis, sed ordinationem circa ipsum manna, ut scilicet singuli ex eo quotidie haberent et comederent unum gomor; putant enim ipsi Hebraeos, proterat edaciores, vel minus edaces plus vel minus collegisse ex manna: v. g., cui sufficiebat medium gomor colligebat medium gomor; qui indigebat uno, vel duobus gomor, colligebat unum vel duo; sed cum quisque postea id quod collegerat mensuraret, omnes inveniunt unum tantum gomor, qui illis qui minus collegerant, deus id quod collegerant, rarefiebat et elevabat, ut impletet gomor; ita verò, qui plus quam gomor collegerant, condensabat et constipabat, ut gomor non excederet. Haec sententia quoad posteriorem sui partem de rarefactione et condensatione mannae ex parte vera est, uti mox dicam; sed priori ejus parti, quod scilicet aliqui studio colligerent medium tantum gomor, alii duo gomor, videtur adversari verba Script. hoc vers.: *Colligit, inquit, unusquisque ex eo, quantum sufficit ad vescendum, gomor per singula capita.* Ubi et colligit, est praecipitum, pertinetque ad gomor; praecipit ergo colligi pro quolibet gomor, non plus vel minus. Unde subdit: *Sic tollitis, scilicet gomor in singula capita.* Ergo quisque tantum colligere debebat quotidie, quantum sufficere putabat

(1) Vide tertiam partem Introductionis, Arch. bibl.

ad gomor implendum; die sexto verò pro eo, et pro sabbato, colligenda erant duo gomor in singulis hominibus, ut dicitur vers. 5 et 22: *Et mensura sunt ad mensuram gomor; nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus paraverat, reperit minus.* Putant Dion., Carthus., et Emmanuel Sâ, ex Hebraeis constitutos fuisse praefectos, qui collectum à quolibet manna metirentur, et cuique ex eo admitterent gomor, ita ut ei qui plus collegerat quam gomor, illud plus admitterent, darentque ei, qui minus quam gomor collegerat. Verum hoc parum est probabile; nulla enim praefectorum hic fit mentio; illique suum hoc munus obeundo, Hebraeis, praesertim tenacioribus, adincommodam partem suae collectae magnam murmuris et jurgiorum causam dedissent. Deinde Script. disertè ait eum, qui minus paraverat, non reperisse quasi minus; occultè aut casu, non autem à iudicibus et praefectis datum sit illi aliquid additamentum; alius enim dixisset: *Ei qui minus paraverat, praefecti supplerunt et complerunt suum gomor.*

Dico ergo, hoc esse primum, illudque ingens miraculum in manna; nimirum quod et tanta copia quotidie deperaret, quae tribus hominum millionibus atendis sufficeret, et quod singuli domum venientes, cum manna à se collectum metirentur, sive plus sive minus collegissent, omnes tamen unum idemque gomor. reperirent; angelo scilicet invisibiliter addente, si minus, quam gomor; demente, si amplius collegissent; hoc enim exigunt expressa hic et diserta Script. verba, et S. Paulus, 2 Corinth. 8, citans hoc ex Septuag. — *Us fiat equalitas, inquit, sicut scriptum est: Qui tantum, non abundavit; et qui modicum, non minoravit.*

Hinc sequitur, omnes tunc quotidie ex manna comedissem unum gomor, ac consequenter unum eandemque cibi mensuram, scilicet gomor, tunc fuisse parvulis, viris, feminis, robustis, senibus, omnibusque Hebraeis; Deus enim cuique in stomacho et corpore ita concoquebat suum manna, suumque gomor, ut illud attemperaret vi nutritivae et nutritioni, ac viribus ejusque, ut aequaliter omnes satiare; atque ex altera parte suppleret, si quid calori naturali ac vi nutritivae ejusdem decreta ad consumendum gomor, aut certe efficeret, ut manna in debili stomacho esset levis et facilis digestionis; in stomacho vero valentiore esset validius; sic enim, ut postea videbimus, manna cuique suum variabat saporem; quisque enim sapiebat in manna id quod volebat. Partem ergo modo videtur fecisse Deus, ut manna stomacho valentiori saperet et ageret ut caro robusta porcina, bovina, etc.; in debili verò saperet et ageret ut caro vitulina, agnina, vel ut caro piscium, ut ova, ut lac, etc. Ita Nyssen., Lerran. Abulens., Olesster, Cajetan., Vatab., et S. Chrysost., Theophyl., Anselm. in 2 Cor. 8, 15. Quin et Hebraei, teste Genebr. in psal. 77, 29, tradunt manna fuisse cibum corporeum, qui in ipsis membris digeretur (medium in stomacho), unde non onerabat stomachum gravitudine, nec caput fumis, non creabat excrementa, eratque facilis digestionis, ideoque erat typus cibi

justorum in futuro seculo. Crediderim tamen angelum in edacioribus condensasse ac constipasse manna in gomor; in senibus verò, parvulis et debilibus illud rarefescisse et extendisse; ita ut gomor horum minus haberet ex manna, illorum verò haberet amplius; itaque angelum cuiusque stomacho et viribus mensuram hanc gomor accommodasse et attemperasse. Hoc enim magis naturale est: Deus autem parit miraculis, utiturque naturâ, cum ea sufficit, atque hoc videtur esse, quod subdit hic Moses:

VERS. 18. — SINGULI JUXTA ID QUOD EDERE POTERANT, CONGREGAVERUNT, q. d.: Quisque pro sua edacitate majus vel minus aestimabat esse suum gomor, ideoque magis vel minus colligebat; sed cum postmodum id quod collegerant, metirentur, singuli inveniunt unum gomor, quod singulis sufficiebat; ita tamen, ut angelus in his condensaret, in illis rarefieret manna; quin et in his qui minus multum collegerant, occultè subtraheret; in aliis qui nimis parum collegerant, adderet partem manna. Rarefactio enim sola poterat tantum implere gomor, sed non ventrem, si is plus cibi caperet et appeteret. Ut ergo quantitas mannae cuiusque stomacho commensuraretur, opus erat subinde ut angelus ex ea vel demeret aliquid, si quis nimis multum, vel adderet aliquid, si quis nimis parum collegisset. Porro causa cur Deus singulis praescriperet idem gomor, fuit primum ut avaritiam, gulam, nimiramque cibi et rerum terrenarum curam hic ratione compesceret, ait S. Chrysost. et Theoph. in 2 Cor. 8; secundò, ut doceret, quantum bonum in communi sit aequalitas, puta, aequalis cibus, vestitus, labor, onus, etc.; tertio, testari hoc continuo miraculo voluit Deus, suam cuique sufficientem victus mensuram à Domino paratam esse, etiamsi ex laboribus suis minus consequi posse videatur; ut, cum assiduum mensus, cogitemus Deum nobis placere manna è coelo; sic enim et hodie non divitiis modo, sed et pauperibus, agris etiam debilibus, insuperque multis prole oneratis quotidianam tamen annonam, quae satis sit vitae omnium tuende, Deus suppeditat, quae res considerandi mirabilis et incredibilis videtur, si censum et lacrum exigunt, quod faciunt, cum sumptu tanto, expensis tunc capium familiae conferat; ut vel ex hoc solo experimento colligere liceat suavem et miram Dei in omnes providentiam. Unde S. Chrysost. hom. 40 in 1 ad Cor.: *Atarax, inquit, dives à paupere tantum differt, curis, neglecta Dei, corporis inquinazione, et animi perditione; nam ventrem uterque aequè satiat.* Plura de hoc versu dixi 2 Corinth. 8, 15.

Allegorica causa fuit ut idem gomor significaret eundem Christum, quem totum, quantum quantum est, omnes comedimus in Eucharistia.

Anagog. idem gomor significat eandem deitatem, qua in solidum pascuntur et fruuntur singuli in coelo; sed alii plus, alii minus saporis, dulcedinis, gratiae et gloriae ex ea haerunt, sicut ex eodem manna tunc, et ex eodem cibo nunc alii plus, v. g., pueri et juvenes; alii minus, uti senes et debiles, nutriuntur et reficiuntur.

VERS. 19. — NULLUS RELINQUAT EX EO IN MANE. Est hoc secundum praecipuum, ad incredibilem avaritiam cobibendam eorum qui contra Dei voluntatem et jussum, de crastino sibi providere volebant; unde et postea puniti sunt; cepit enim manna servatum in sequentem diem scitere vermicibus. Atque in hac vindicta fuit pariter secundum miraculum; neque enim hanc fuisse naturam manna, ut postmodum putresceret, quis dixerit, cum sabbato illud servaretur id quod pridè collectum erat; sanè nullum est granum aut farina, quae tam cito putrescat. Ita Theodor.

VERS. 21. — COLLIGERANT AUTEM MANE SINGULI. Invenitur hic tertium praecipuum, ut scilicet quisque manna antequàm sol incalcesceret, colligeret manna; quia sole calente liquescebat; ideoque ut discerent Hebraei non stertere, sed manna surgere ad orandum Deum, et ad parandum sibi victum: hoc est enim quod ait Sapiens, loquens de manna ad solem liquescente cap. 16, 28: *Ut natum omnibus esse quoniam oportet praeveneri solem, ad benedictionem tuam (ad te benedicendum et laudandum), et ad ortum lucis te adorare.*

COMQUE INCALCESSET SOL, LIQUERAT. Est hoc tertium pariter miraculum, quod scilicet id quod ex manna manebat in agro, inquit Chald., liquescebat, cum sol incalcesceret, id est, magis calcescebat (per Hebraeos enim cal ponitur pro tepidè), scilicet verum neutrum, vel passivum pro activo), cum tamen idem manna collectum jam, ita durum esset domi, ut pilo et mola tundereetur, et igne non liquesceret, sed in tortulum formaretur, ut patet Num. 11, v. 8. Simile dicit Cajet. in ovo: *Sicut enim ovum, inquit, quando est in gallina, tenerum habet corticem, qui statim gestio ovo excutitur, et fit durus; ita grana illa manna in loco in quo formata erant, obnoxia erant liquefactioni; segregata autem durcebant adeò ut non essent amplius liquecentis naturae; ita quod sicut emulgebant postea ignem; statimque cum solem, si fuisset iterum exposita sol. Voluit Deus liquescere manna in agro, ne coelestis ille cibus manens in terra putresceret aut calcaretur, et igne debilitaretur et vilipenderetur. Rursum aliam causam dat Sapiens cap. 16, 27: *Quod, inquit, ab igne non poterat extirminari, statim ab exiguo radio solis calcifacium tabescebat; ut notum omnibus esset, quantum oportet praeveneri solem, ad benedictionem tuam, et ad ortum lucis te adorare.**

Hinc manna Hebraeorum simile est mannae Polonorum, quod in Polonia (Polonia omnibus attestantibus) mense Junii et Julio poctu deperit, herbisque instar roris incumbit. Hoc enim ante solis radios crebro colligit, extinguit, tundunt, aqua miscent, pultesque conficiunt; uti sunt pulvis ex farinâ panici vel tritici. Si enim sol incalcescat, folliculum dissolvit, itaque granum manna eo inclusum in terram decidit et deperit, quod sanè novum est et memorabile. Vidi ego granum, sicutque instar nilii, sed longiora et rubicunda; pultesque inde confectas gustavi; sapor est, qualis est pulvis ex panico. Verum in eo manna hoc à manna Hebraeorum differt, quod istud non omnino ad solem liquescat, sed tantum solvatur, ut granum vel semen

in eo inclusum, quod durum est instar nulli, decidat; manna verò Hebræorum totum ad silem liguescebat, et oranescebat. Adde, manna Polonicum folliculo includitur, Hebræorum verò erat sine folliculo quasi pillo totum, ut dicitur v. 14.

VERS. 23. — IN DIE AUTEM SEXTA COLLEGITUR CIBUS DUPLICES. Est hoc quartum præceptum sicuti v. 5, ut feria sexta duplum colligerit manna, scilicet gomorum pro feria sexta, et alterum pro sabbato, idque ad quietem et religionem sabbati commendandum. Quartum pariter fuit hoc miraculum, quod scilicet feria 6 depleret duplum manna, quasi duplum amonno, quodque a collectione manna domum restans quisque equaliter duo gomorum apud se inveniret.

ET KARRAVERTUR MORA SE DIE 6 COLLEGITUR DUPLUM MANNA, idque ad hoc, ut audiret et intelligeret, quoniam hoc eis fuisset iussum; nec enim hæc usque declaraverat Deus, se ob sabbati religionem id præscripsisse.

VERS. 25. — REGIUS SABBATI SANCTIFICATA EST DOMINO CRAS, q. d. : Cras est sabbatum sanctum, et dicitur cultui Domini; unde tunc ab omni opere quiescendum, Deoque vacandum est, utroque iusti die sextæ vobis colligere et parare manna in sabbatum: Hoc primo videtur sabbati cogitatio et religio renovata et restituta; unde et Philo asserit Hebræos, ignoratum à suis majoribus mundi natalem, quod hoc universum aiebatum est, didicisse hoc miraculo, quod scilicet feria sabbati deplebat duplum manna, durabatque in biduum, contra ac fiebat ceteris diebus. Renovata dico: nam sabbatum ab initio mundi institutum et cultum fuisse ostendit Genes. 2, 3. Ab origine ergo mundi institutum fuit festum et cultus sabbati; sed illud in Ægypti servitute et idololatría Hebræorum plane fuit oblitum; unde hic à Deo restituitur et restituitur.

QUODQUE RELIQUUM FUERIT, REPOSITE ESQUE IN MANE, Scilicet unum gomorum servate in sopsens mane sabbati, puta: Servate panem unius gomorum, quem die sexta ex manna uno et cætero confectistis; neque enim in sabbato manna tunderet aut coquere licebat; poterant tamen integrum et lactentem manna servare et comedere sabbato, si vellent, uti comendatur grana sacchari. Docet hoc contra Ewangelium Loricis noster in c. 16 Sapientie.

VERS. 27. — APPELLAVITQUE DOMUS ISRAEL NOMEN CIBI MAN, QUOD ERAT QUASI REBUS COMANDI, ALBUM, CUSTOSQUE ERAT QUASI SIMILE CERI BELLE. Simoni coriandri non est album, sed nigrum; ergo album non ad coriandrum referendum est; sed sorsum per se sumi debet. Trii enim de manna hæc dicuntur, primo, quod quantitate et figura fuerit simile ceræ; quia scilicet minutum et rotundum erat granum instar coriandri. Ita Josephus. Secundo, quod colore esset lactentem et album. Tertio, quod sapore esset mellis, et saporeque ut similia mellita aut oleata.

GUSTOSQUE ERAT QUASI SIMILE CERI BELLE. Erat ergo manna simile grani sacchari, tum quoad colorem, tum quoad saporem, tum quoad figuram. Hæc sapor ipsi manna erat quasi congenitus et naturalis, itaque sa-

piebat, si concedens nullum alium cibum vel saporem desideraret; si enim ipse aliquid quid desideraret, mox id speciebat in manna. Manna enim Dei dono et magno miraculo, omnem saporis diversitatem exhibebat; hoc enim est quod dicitur Sap. 16, 20: *Angolorum cæci nutritiis populum tuum, et paratum panem de cæto præstitisti illis sine labore, omne detectamentum in se habentem et omnem saporis varietatem. Substantiam vitæ tuam (scilicet manna, quo sustentasti Hebræos) et dulcedinem tuam quæntis filios ludæ, ostendebat, et discernitis uniuscuiusque voluntati, ad quod quæque volebat, convertebatur.* Unde et cap. 19, 20, Scipio in Græco manna vocat ambrosiam, quæ quasi delicatissima, fingitur à poetis deorum esse cibum. Aliqui putant id tantum viris piis et iustis donum fuisse aliquam privilegii, ut scilicet manna sapere id quod ipsi volebant; quod enim impis et iniustus id non acciderit, sed illi sapere manna tantum, ut panis mellis, vel oleatus, prætur ex eo quod aliqui ipsi postmodum non murmurassent contra manna, nec petissent carnes, porcos et herones, Num. 11, 4, si hæc omnia gustassent in ipso manna. Ita docet S. August. t. 2 Retract. c. 19. Athanasius, Liptoni. et alii. Verum, quia Script. nullam huc facit distinctionem piotum et impiotum, sed absolute asserit manna exhibuisse cuique saporem quem volebat; et quia cætera Dei beneficentia, puta columna, cornucopie, aqua et petra, etc., in deserto tam impiis quam piis erant communia; et quia per hunc saporum Deus volebat tam impios quam piis invocare sub illis Ægypti; hoc est enim quod subdit Sapient. 17: *Et erant filii tui (populus tuus) quos dilexisti, Domine, quoniam non nutritiis fructus poscenti cõpones, sed sermo tuus hos qui in te crediderint, convertet; hinc verius videtur manna omnibus tam impiis quam piis sapuisse id quod quisque sapere volebat.* Ita docent Hebræi, S. Chrysost., Nazianzen. et alii, quos citat et sequitur Loricus in Sap. 16, v. 21.

DICO: Cur ergo murmuravit Hebræi super manna, Num. 11? — Respondet Loricus, navesam hanc et murmur provenisse, non ex nimia dulcedine manna, non etiam ex tactu unius ejusdemque per 40 annos cibi, sed ex eo quod color, odor, forma, tactus, et similes alie qualitates eadem semper perseverabant in manna, quorum qualitatum jecunda quoddam diversitas allici magis gustatorum; sic enim poeri aliique gustosi non tantum ventrem, sed et nares, et oculos, et manus cibis implere satagunt; et hoc est, quod dicit murmurantes: *Anima nostra navescit super cibo isto inordinato; nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi man.* Petebant ergo varietatem et soliditatem cibotum aliorum. Addunt alii, manna non tantum saporem, sed et substantiam ad votum concedentium mutasse; ita ut si quis vellet comedere ovam, gallinam, saccharum, manna mox reteretur vel in ovum, vel in gallinam, vel in saccharum, illudque putant significari illis verbis Sapientie 16: *Ad quod quisque volebat, convertebatur; Græco portetepoco;* id est, transtemporaliter, quasi in hoc manna fuerit expressus typus transsubstantiationis panis in corpus Christi in Eucharistia.

Ita censent Greg. de Valentia tom. 4, disp. 6, n. 5, pont. 2, § 4; Claudius Salmetes de Euchar. repet. 7, c. 3; Thomas Boetius lib. 15 de Notis Eccl. e. ult., et Nicol. Villagagnon lib. 5 contra Calvinum, cap. 52. Verum hæc sententia nova est, et solido caret fundamento; verba enim Scripturæ loquuntur non de substantiali, sed de accidentali saporis conversione; aliique enim non murmurassent Judæi ob manna, Num. 11. Atque hæc parte manna fuit typus Eucharistie, non quoad transsubstantiationem, sed quoad accidentium remanentium vim et efficaciam; ostendit enim sapor manna quo pacto possint accidentia panis et vini remanere et nutrire sine illorum substantia; itaque implicitè et consequenter sapor alius in manna typus quoque fuit transsubstantiationis. Sapor enim alius aliam substantiam comitari et indicare solet.

Nota. Sapient. ult. et David psal. 77, 25, manna vocat panem angelotum; non comestibulum, sed profectionem manna ex materia ad id in nubibus disposita. Unde et *panem cæli*, id est, nubium vocant, quia manna in nubibus formabatur, et à nubibus depletebat. Rursum manna vocatur *panis angelorum*, id est, panis delicatissimus, ita ut si comederent angeli, non alio pane quam manna vescerentur; sic fingunt angelorum vocatur pulcherrima et elegantissima I Cor. 13, 4. Pro angelorum Hebr. est *abhirim*, id est, fortium, sive robustorum, quod est epithetum angelorum, qui fortitudine et virtute præcedunt hominibus. *Seraphim, fortium*, quia per manna validi et fortes fiebant, sicut Eucharistia confirmat corda nostra in vitam æternam, Joan. 6.

VERS. 28. — IMPLE COMEX EO, ET CUSTODIAT IN PECTUS RETRO GENERATIONES; est hoc quintum præceptum, quo jubet Deus servari manna, in perpetuum divinæ alimentis monumentum. Sic manna pluit Atræbit, quod etiamnum ibi asseratur et ostenditur, ut ipse vidi, hinc dorum rhythmus:

Atræbiti manna, Romæ pluit unctio cæca,

Jerusalem sanguis; hæc sunt tria domo sabbati.

Quintum pariter est hic miraculum, quod scilicet, Deus tot seculis manna hoc incurruptum servavit.

VERS. 32. — REFERT COMEX BOMBO, CORAM TABERNACULO ET ARCA, ETIAM ILLA ADIFICATA FUERUNT: Est ergo prolepsis, in Sæculo enim sanctotum repositum fuit manna in una arca, ut ait Apostolus Hebr. 9, 4.

VERS. 34. — SICUT PRÆCEPIT DOMINUS MOSES, PUTA MIHI, EST ENALIGO PERSONE; loquitur enim Moses de se, quasi de alio, in tertii persona.

POSTERUMQUE HÆC AARON IN TABERNACULO ASSERVAVIT, non jam primo hoc egressus ex Ægypto anno, sed multo post, fabricato tabernaculo; hoc ergo hic per anticipationem ponitur, ut omnia que manna tangunt, simul jungantur. Rursum, posuit Moses manna in tabernaculo porvo, quod habebant Hebræi, notentiam illud magnum et operosum jussu Dei constructum; tale enim tabernaculum eos jam tum habuisse patet cap. 35, v. 7. Ita Lyranus et alii.

VERS. 35. — FILII ISRAEL CONSERVAVIT MAN QUADR-

GISTA ASSUS; Sextum hæc innuitur præceptum colligendi manna in singulos dies et annos, idque continuo per 40 annos. Sextum item hæc exstat miraculum, quod tam vere quam autumno, tam æstate quam hieme, singulis diebus per 40 continuos annos manna depleverit, donec Hebræi venissent in Chanaan, ibique de frugibus terræ comederunt. Angeli ergo manna quotidie in nubibus, è materia ad id disposita naturaliter efformabant, quomodo in nubibus vis, grando, imo et lapides generantur, quomodo et generatur manna medicum, quod tamen ab hoc nostro longe differt et distat; nostrum enim fuit miraculosum, ut potest ex dictis. Quare quod Josephus ait suo tempore in eadem regione adhuc phere manna, vel fabulosum est, vel de manna medicæ accipi debet. An Hebræi in deserto alios cibos præter manna comederint, dicam Deuter. 2, 6.

Nota. Manna allegorice significabat Christum in venerabili Sacramento, ut patet Joan. 6, v. 49 et 50; maxime verò manna significabat rem contentam et effectum Sacramenti, ut fuscè in citatum locum Joannis docent S. Chrysost., Theophyl. et Cyril. Unde et Apostolus I Cor. 10, ait: *Omnes enim escam spiritualem manducaverunt, et undam potum spiritualem biberunt*, quod de sacræ cenæ etiam Calvinus accipit, dicitque manna fuisse typum corporis Christi, ex quo rectè colligas, in veter. Sacramento verè esse carnem Christi; siquidem manna rei verè existentis, non autem chimericæ fuit symbolum; alioqui enim tam noquam Judæi escam spiritualem, id est, carnem typicam et symbolicam, manducabimus, neque plus veritatis significatæ habebimus quam ipsi Judæi, imò longè minus; manna enim sapidius erat nostro pane, et longè clarior representabat Christi corpus, quam aridus panis. Consequentiam hanc, utpote claram, quidam nuper ex noto hoc grege minister concessit; sed quis non videt id repugnare et S. Scripture, et rationi? lex enim nova præstantior est lego veteri; ergo Sacramenta nova præstant veteribus. Unde Apostolus ait: *Hæc in figurâ facta sunt nostri*; res autem figurata sub figurâ nobilior est, sicut corpus suâ umbra, ac homo suâ imagine nobilior est; ergo Sacramenta legis novæ, et præsertim Eucharistia, quos res figurata nobilior esse debet Sacramentis legis veteris, ipsoque monna, quod tantum typus fuit ad figuram Eucharistie nostræ. Rursum Joannis 6, Christus disertissimè corpus suum in Eucharistia præfert ipsi manna v. 48 et 58: *Hic est, inquit, panis qui de cælo descendit, non sicut manducaverunt patres vestri manna, et mortui sunt; qui manducat hæc panem (scilicet divinum) concocet vitam, et transsubstantiam in corpus Christi), vivet in æternum.* Quod autem manna christus representet Christi corpus, quom panis; quis non videt? id enim multis ostendi potest.

Unde nota secunda, Aptissime congruit manna cum corpore Christi in Eucharistia, illudque pulcherrimè admiravit. Primo, idem est color specierum Eucharistie et manna. Secundo, sapor dulcis utriusque. Rursum, sicut dulcedo in manna erat abscondita, ita et serb speciebus panis absconditur Christus. Tertio, et

23. Vous ferez aussi une table de bois de Setim, qui aura deux coudées de long, une coudée de large, et une coudée et demie de haut.

24. Vous la couvrirez d'un or très-pur, et vous y ferez tout autour une bordure d'or.

25. Vous appliquerez sur cette bordure un rebord qui sera comme une couronne de sculpture à jour, faite de quatre doigts, pour empêcher de tomber ce qui sera sur cette table; et vous mettrez encore au-dessus une autre petite couronne d'or, qui donnera un nouveau relief à la première.

26. Vous ferez aussi quatre anneaux d'or, que vous mettrez aux quatre pieds qui seront aux quatre coins de la table, un à chaque pied, vers le haut.

27. C'est-à-dire que les anneaux d'or seront au-dessus de la couronne pour y passer les bâtons, afin qu'on s'en serve à porter la table.

28. Vous ferez aussi de bois de Setim ces bâtons sur lesquels la table sera portée, et vous les couvrirez d'or.

29. Vous ferez aussi d'un or très-pur, des plats, des

cyathos, in quibus offerenda sunt libamina, ex auro purissimo.

50. Et ponas super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.

51. Facies et candelabrum ductile de auro mundissimo, simile ejus, et calamos, scyphos et sphaerulas, ac filia ex ipso procedentia.

52. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex uno latere, et tres ex altero.

53. Tres scyphi quasi in nucis modum per calamos singulos, sphaerulaque simul et filium, et tres similiter scyphi instar patris in calamo altero, sphaerulaque simul et filium; hoc crit opus sex calamorum, qui propecepi sunt de bastili:

54. In ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum, sphaerulaque per singulos et filia.

55. Sphaerulae sub duobus calamis per tria loca, qui simul sex sunt, propecepi de bastili uno.

56. Et sphaerulae hatur et castrum ex ipso erunt, universa ductilia de auro purissimo.

57. Facies et lacernas septem, et ponas eas super candelabrum, ut luceant eis aduerso.

58. Emancorio quoque, et olei que emanata sunt extinguantur, flant de auro purissimo.

59. Omne pondus candelabri cum missis vasis eius habebit talentum auri purissimi.

60. Inspice, et fac secundum exemplum quod tibi in monte monstratum est.

COMMENTARIUM

VERS. 2.— TOLLANT SIMILITUDINES. Quia prima bellae communis Hebraeorum oblatio, quae facta est pro fabrica tabernaculi.

Aliter Theodor. quest. 70, et Abul.: Primitias, inquit, id est, prima et praestantissima; haec enim Deo offerenda sunt.

QUI OFFERENTUR. Hebr., quoniam spontaneum et liberalem fecerit cor eorum.

VERS. 4.— HYACINTHEM. Proprie hyacinthus est genus viola; inde genam significat viola colore similem; haec enim hyacinthus dicitur. Tertio, significat lanam hyacinthinam, id est, violaceam, et caelestem colorem, qui lana veteribus in dolores fuit. Unde Homerus Odyssea 4, loquens de Helena sic ait:

As super ipsum colus extensa est vestis,
Id est, violaceam lanam habens. Ille passim hyacinthus lanam hanc violaceam significat.

Tropologica, hyacinthus caelestem mentem et conversationem repraesentat. Illic Ecclesia, et sancta quilibet anima, calcet calcem violaceam, id est, caelestem, Ezech. 46, 9: Calcetis in similitudine, vel, vi Septuag. hyacinthino, id est, violaceae et caelestis coloris calcem, ut hoc symbolo significaret Deum, sanctorum, qui in Ecclesia sunt, conversationem esse caelestem. Ita calcetatus Ianthino S. Paulus, ac mentis pedibus caelos et sidera calcans, dicebat: Nostra con-

cupis, des encensoirs et des fasses, dans lesquelles vous mettez les liqueurs que l'on doit m'offrir.

50. Et vous mettez sur cette table les pains de proposition, qui seront toujours exposés devant moi, et que vous aurez soin de renouveler tous les jours de votre vie.

51. Vous ferez aussi un chandelier de l'or le plus battu au marteau, avec sa tige, ses branches et ses anneaux, etc. forme de coupes, de pommes et de fils qui se courbent.

52. Six branches sortiront des côtés de la tige, à distance égale, trois d'un côté et trois de l'autre.

53. Il y aura trois coupes en forme de noix, avec chacune une pomme et un fil à une des branches; et il y aura de même trois coupes en forme de noix, avec chacune une pomme et un fil à une autre branche; et toutes les six branches qui sortiront de la tige, seront de la même sorte, ayant chacune trois coupes en forme de noix, une pomme et des fils.

54. Mais la tige du chandelier aura quatre coupes en forme de noix, accompagnées chacune de sa pomme et de ses fils.

55. Outre cela, il y aura trois pommes en trois endroits de la tige, et de chaque pomme, sortiront deux branches, qui feront en tout six branches naissantes d'une même tige.

56. Ces pommes et ces branches sortiront donc du chandelier, étant toutes d'or ou très-pur.

57. Vous ferez aussi sept lampes, que vous mettez au-dessus du chandelier, afin qu'elles éclairent ce qui est vis-à-vis.

58. Vous ferez encore des mochettes, et les vases destinés pour y éteindre ce qui aura été mené des lampes, le tout d'or ou très-pur.

59. Le chandelier avec tout ce qui sert à son usage, pesera un talent d'or ou très-pur.

60. Considérez bien ce que je vous dis, et faites toutes ces choses selon le modèle qui vous a été montré sur la montagne.

versata in caelis est. Ita calcetatus S. Hieron. dicebat illud Socraticum: *Aether calcetendo, et solum hoc calcantem despicio*. Nam, ut ait Apostolus, iam non caeli hospites et advena, sed caeli civis sanctorum, et domesticus Dei. Et iterum: *Accessit ad Sion montem, et civitatem Dei vicinis, Jerusalem calcetent, et milliarum millium angelorum frequentiam, et caelestem primitiarum, qui conscripsi nomen in caelis, et iudicem omnium Deum, et spiritus iustorum perfectorum, et Testamenti novi mediatorum Jesum*. Hebr. 12, v. 22. Quarto S. Martinus, illi in vita, ita et in morte eorum assidue suspiciens, cum in oratione fieri solent vultu in eorum erecto jaceret, rogarentque distanti in converso corpore tantisper, dum vis morali remitteret, prorsus conquiesceret: *Simile, inquit, me caelum, potius quam terram inspicere, ut suo jam illare iterum ad Divinam spiritus dirigitur*. Oculis ergo ac manibus in caelum semper intentatis, invidium ab oratione spirituum non relaxabat. Quare merito de eo canit Ecclesia: *Martini Abraham sicut lectus excipitur; Martini hic pauper et medicus, caelum diva ingreditur, huius caelestibus honoratur*. Pari modo S. Stephanus inter crepitantium saxum turbine interitus: *Vide, inquit, caelum patet, et Jesum stantem à dextris virtutis Dei; et vox exclamans: Domine Jesu, accipe spiritum meum, ad eum in caelum coronandus evolavit*.

ET PURPURA. Purpura piscis est, vel potius con-

cha, ejuis sanguine tingunt lanam, quae hoc rubro colore nigricante infusa, inde pariter purpura dicitur: ex quo olim flectant, et etiamnum sunt regiae vestes, unde et ejus usus fuit hic in tabernaculo. Catalogista, ut refert Valverdinus in Alphabeto Salomonis, notant argomon, id est, purpura, ex quatuor primis literis esse compositum, à quibus quatuor angelorum nomina Iulianum sumunt, nempe Raphael, Gabriel, Michael, Nuriel: quae asserunt eorum animalium esse nomina, quae vidit Ezechiel c. 1. Eo enim splendore, voluit regali purpura amictibatur Deus, juxta illud: *Amictus huiusmodi dicitur vestimento*. Vide quomodo facile angeli sua in margarum textores ex purpura contextant, facillime atque quam ardentem suam telam peritaxant.

Coccyus hic vocatur. Coccyus est granum fustorum (unde et granum abinde vocatur), nascens ex fructu fustulit, quae licet similis est: hoc granum intra se progitur vermiculum rubri coloris; ejus sanguine rubricantur lanae, quae idcirco coccyus, et hebr. vernis, vel vermiculus vocantur. De hoc vermiculo, sive cocco, dicitur Isaias 48, 18: *Si fuerit peccata vestra rubra quasi vermiculus*. Solebat autem lana, ut magis ruberet, bis hoc sanguine vermiculi imbui, scilicet primo, cum adhuc tantum esset lana; et secundo, cum nondum in fila esset deducta: unde dicebantur bis tineta, et hebraice *tolot veini*, id est, coccyus vel vermiculus iteratis. Hinc etiam *es zoma*, modo positum, coccum bis tinetum seu dibipsum significat, quem Septuag. *εσζομα*, id est, duplum vocant.

ET BYSSUM. Byssus, inquit Hieron. Prado in Ezech. 46, 10, pag. 180, est filium candidissimum et molliissimum, sive est lanugo arboris, quae medium quid est inter lanam et linum; nam origine est linum, mollior vero est lana; et texta linum refert, ait Pollux: est inquam, lanugo arboris nuci inclusa, quam vulgo gossypium vel xylon, Flandri et Galli colan, vocant, ex qua fiebat tela gossypina sive byssina, in Aegypto et Palaestina; et etiamnum fit in Creta, Sicilia et Hispania. Ita ex Polluce et Plinio lib. 10, cap. 1, Prado loco jam citato.

Unde notat secundo Prado ibidem, hanc lanuginem, puta gossypium, sive byssum, tinetam fuisse colore aliquando purpureo, tanquam vocari hinc purpura; aliquando laetino, tanquam vocari hinc hyacinthinam; aliquando coccoino, tanquam vocari hinc coccyum; byssum vero esse et vocari, cum nullo colore tingitur, sed nativo suo candidissima aequae ac molliissima est. Probat id ipso ex Deut. 22, v. 11, ubi velatur ne tela fiat ex lana et lino; ergo hic in cortinis et vestibus tabernaculi non potuit lana lino intermixta; ac consequenter byssus hinc tabernaculi non fuit linum, sed lana sive gossypium jam dictum. Secundo, si byssus fuit linum, lana inde confecta non fuisset tersa et pura: nec enim fila ex lino ita hiberni succum hyacinthi vel purpurei ut luceant; ita autem hibi lana sive gossypium, quod colore saturatum splendescit. Verum byssum à gossypio distinguit Plinius, lib. 13, cap. 1, ubi cum primum egisset de lino gossypino, postea agit de lino byssino, tanquam de re diversa; ergo byssus

haec non fuit lanugo gossypii. Rursus, byssus hic vocatur linum, ut patet c. 39, 28, in Hebraeo; coccyus autem, hyacinthus et purpura fuerunt lana, uti omnes interpretes docent, imò Script. ipsa planè byssum ab hyacintho, cocco et purpura distinguit; ergo alia byssi, alia trium reliquorum fuit materia; puta byssi materia fuit linum, aliorum vero materia fuit lana.

Dico ergo byssum hic non esse lumbucinum, quod à vernibus, puta lumbucibus, nectur, quod vulgus jam byssum et sericum vocat: non etiam esse gossypium, uti jam ostendi; sed esse genus candidissimum et subtilissimum lini, adeoque optimum linum esse byssum; optimum autem linum est, ait Plinius, in quo est primo eximius candor et splendor; secundo, mira tenuitas; tertio, aequalis illi densa nervositas et constantia. Hujusmodi linum quicumque ex provinciis sit, byssus erit, inquit Alazar in Apoc. 1, 15, notat 11; hoc enim pretiosum est: unde achicia byssus auri pondera vendebatur, et Iudicia byssus achicia fuit praestantior, inquit Pausanias. Byssus ergo haec erat linum nascens in Aegypto et Palaestina, in planta cujusdam folliculis (qui similes sunt folliculis papaverum), indeque ferunt fieri telam, quae instar amianti igne non committitur, sed purgatur (unde et Plinius byssum hanc comparat aestivo lapidi, qui ardet et non committitur), quae etiamnum hodie Venetis nota est, similisque est caudore et subtilitate telae nostrae Cameracensis. Ita Delrio in Genes. 45, 32, et alii.

Hinc hebraice byssus haec vocatur *arex*, id est, candidissima: unde et marmor vocatur *arex*, Esther 1, 6, quia est candidissimum; latine vero et graeco vocatur byssus, ab Hebraeo *arex*. Hinc etiam byssus haec, quia erat subtilissima, fuit retorta et duplicata, ut habent Septuag. hic et Hebraeo, et noster interpres in sequentibus.

Ad argumenta Prado, respondeo Deut. 22 tantum privati vetari ne faciant vestem ex lana et lino; non autem sacerdotibus ad publicum Dei cultum. Rursus vetari ne in tela vel panno miscantur fila lanae et lineae in subtegmio: hic autem lino non miscabantur in subtegmio; nam stamen erat byssinum, subtegmum vero erat lanugem, puta hyacinthinam, coccoinam et purpuream.

Quaerens quid haec quatuor, puta byssus, coccyus, purpura et hyacinthus, ex quibus factum est tabernaculum, symbolice et mystice significent? — Resp.: Significant quatuor elementa, totumque mundum, huius enim typus erat tabernaculum. Nam byssus significat terram, quia ex ea gignitur: purpura significat mare, quia maris coelestis tingitur; hyacinthus significat aerem, quia aëris est coloris; coccyus de causis coccyus significat ignem et aethera, omnia enim haec majestatem Dei repraesentant, et moment quae reverentia et puritate tabernaculum et templum sit adedendum. Secundo, haec omnia significant sacerdotem Creatoris esse ministrum, eumque in tabernaculo pro universa creatura totoque mundo supplicare. Ita S. Hieron. ad Fabiolam de vestibus sacerdotum, Philo, Josephus, Theodoretus et Beda.

Tropol. in nostro tabernaculo, id est, Ecclesia, alii afferunt eorum hic tactum, id est, geminam charitatem, alii purpuram, id est, mortificationem corporis; alii byssum, id est, castitatem; alii hyacinthum, id est, contemplationem celestium; alii pilos caprarum, id est, habitum penitentiae et patientiae, alii pelles ianthinas, id est, spem supernorum; alii pelles arietum rubricatas, id est, fortitudinem et martyrium, ut fecerunt Apostoli et martyres; alii ligna setim, id est, munditiam cordis; alii oleum misericordiae; alii thymiana boni et pii exempli. Vide Bedam in c. 27. Auli et Origenem hic hom. 9: *Videa, inquit, auro confecti potest, serpo gratificationis argento, patientia arii, ligna impurabilibus scindia, byssa virginitas, coccio confessionis gloria, purpurae charitatis rigor, hyacintho spes regni colorum.*

PILOS CAPRARUM, id quibus sunt tale, camelota dicitur, intribus ferendis accommodare, neque enim cibus aequum iudicant. Ita Arias tract. de Arca Noe. Haec tale, quia id pilis erant, hinc cilicia dicebantur: erant tamen pulchra et concinnae exteriori; unde et mulieres perire nendi hos pilos nevisse dicuntur, c. 35, 25. Ita Cajetan.

VERS. 5. — ET PELLES ARIETUM RUBRICATAS FELLESQUE IANTINAS. Pro ianthinas Hebraice est *tachas*, quod quid sit, incertum est; Iudaei putant esse melim. Melis, qui et taxus dicitur, animal est asperum, mordax, mellis avidum, magnitudine vulpis, alvearibus infestum. Sed quos non videt eos Hebraeam vocem *tachas* latine facere, et ex litteris tantum divinare esse taxum, cum pelles taxorum sive melium sint colore felino, non hyacinthino? Quare magis credendum est Septuaginta, qui *tachas* vertunt, hyacinthinas, et S. Hieron. qui vertit, *ianthinas*, id est, violaceas; et Josepho, qui ait tam has pelles, quam precedentes non melium, sed arietum et ovium fuisse, partim hyacinthino, partim rubro colore tinctas; sicut enim eadem lana tingebatur hyacinthino colore, et dicebatur hyacinthus; vel purpureo, et dicebatur purpura, uti divi v. 4, ita pelles arietum aliae erant rubricatae, aliae hyacinthinae, quae hebraice dicebantur *tehasim*.

ET LIGNA SETIM. Kunchi, aliique Rabini per setim intelligunt cedrum; sed errant. Nam S. Hieron. in 41 Isaie: *Setim*, inquit, est genus arboris nascens in eremo (in deserto Arabiae, et forte in loco qui dicitur est Setim, ubi filii Israel fornicati sunt cum Beelphegor, Num. 25, 1), spinae albae habens similitudinem ex qua omnia ligna arbor et tabernaculi facta sunt instrumenta; estque lignum impurabile, ut vertunt Septuaginta, et levissimum, omnique ligna tam in fortitudine et soliditate, quam in altiore et pulchritudine superat.

DAVI lignum setim esse spinam albam simile, puta quoad folia et colorem, unde et factum est ut setim à Latinis et Graecis vocetur spina. Hinc et Theodotus, et S. Hieron. Isaie 41, 19, et Joelis 3, v. 18, *setim*, spinam transtulit: nam alioqui *setim* differe à spinâ magnitudine, patet ex eo quod setim sint grandes arbores ex quibus tabulae late ceduntur, ut patet hic in fabrica tabernaculi; spina vero albo pollicari tau-

tum est crassitudine, altitudine verò bicubitum, ut experientia patet, et docet Dioscor. lib. 5, c. 12.

Fabulatur R. Salomon, dum ait apud Lyran: *Jacob vidit in Spiritu S. quod filii sui erant facturi tabernaculum in deserto, et secum portavit semina in Aegyptum, et viditque arborum setim, et ibi plantavit, et nutriti, praeicipiens filiis suis ut exentes de Aegypto secum portarent.* Nam, ut dixi ex S. Hieron., setim sponte nascitur in deserto.

Allegoricè et anagog. tabernaculum factum ex lignis setim impurabilibus significat Ecclesiam tum militantem, tum magis triumphantem, quae omni sui parte incorruptibilis est et aeterna; ita Beda. Augustus Caesar, Pisone domum à fundamentis usque ad tectum accuratè exadificante: *Animum, inquit, non exaltat, ita adificans, ac si Roma sit (sutura temptetur). Ita verissima Deus Ecclesiam edificavit, quae futura esset aeterna.* Sept. addunt vel potius anticipant, lapides sardios. Verum de his audiemus inferius.

VERS. 7. — GENNAS AD ORNANDUM ERHOD. Hebr. *lapides nullam*, id est, plenitudinem, qui scilicet, ut ait Chalcl., claturus Ephod et Rationalis impleant, uti gemma palam annuli implere solet.

VERS. 8. — FACIENQUE MIHI SANCTUARIUM, puta tabernaculum, quod sit quasi templum sanctum, in quo mihi sacra et sacrificia peragantur; quod sit quasi domus mea, in qua solemni et publico omnium cultu colar, quarer et inveniar.

VERS. 9. — JUNTA ORNEM SIMILITUDINE TABERNACULI QUOD OSTENDAM TIBI. Hinc et ex v. ult. patet Deum Mosi in monte Sinâ ostendisse ideam tabernaculi, et secundum illam tabernaculum construeret.

Disce hic quanta reverentia debeat tempus locique Deo dicatis. Primum, ex eo quod Deus jussit Mosi et Salomoni templum sibi erigi et dici, cunque à Babilonis esset incensum; jussit per Agaxum et alios illud reedificari: perinde ut B. Virgo à Joanne Baptista, tempore Liberti pontificis, voluit institui haeres, adificato templo in loco, quem illa quinta Augusti, cum Romae magni sunt caesores, per miraculum nive contexerat, quae modo ecclesia S. Mariae Majoris dicitur. Secundò, quod templum sit domus Dei habitantis inter homines, sicut eorum est domus Dei habitantis inter angelos et beatos. Sicut ergo Deum, ita et templum ejus revereri oportet, et dicere: *In conspectu angelorum psallam tibi.* Unde Psaltes ait ps. 64, 5: *Sanctum est templum tuum, mirabile in equitate.* Et hoc loco dicit Deus: *Faciunt mihi sanctuarium, et habitabo in medio eorum.* In templo ergo coram Deo simus quasi angeli. Tertio quod templum sit domus orationis, ibique orationes exaudiat Deus. Illud enim Salomoni oranti, templumque dedicanti promisit, 4 Regum 8. Quarto, quod in templis reis et sanctissimis constitutum sit asylum. Unde Joiada pontifex vetuit Athalam in templo occidi, sed jussit eam foras educi, 4 Regum 11, 15. Sic et Banaias occisurus Joab, jussit illum à tabernaculo Domini egredi, 5 Regum 2, 30. Sic et S. Chrysost. Eutropium confitentem ad templum à morte totatus est. Quintò, quod templum vo-

ceat sanctuarium: *Sanctuarium meum, mensite, ego Dominus, Lev. 19, v. 30.* Rursum hebr. vocatur *Hechal*; id est, basilica palatium augustum, potens, splendidum, in quo habitat Omnipotens. Sextò, quia Deus polluti et violati templi acer est vindex. Hinc ipse ait Isaie 51, 9: *Dixit Dominus, cujus ignis est in Sion, et caminus ejus in Jerusalem; ut scilicet è templo ab hostibus violato, in eos quasi ignis insilfat eosque comburat.* Sic Christus è templo vendentes et ementes columbas flagello eiecit, mensasque everit, nec alias tantum zelum ostendit, dicens: *Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncam latronum.* Matth. 21, 14; et Paulus: *Si quis templum Dei violaverit, disperdet illum.* Deut. 1 Cor. 3, 17. Septimò, quod in templo constituitur oraculum et propitiatorium, ex eoque consultus à Mose et pontifice dabat responsa, ut patet hic v. 22. Unde admirans Salomon dicebat: *Ergone credibile est, ut habitet Deus cum hominibus super terram? Si caelum et cuncti colorum non te capiunt, quanto magis domus ista quam edificavi? 2 Paralip., 6, 18.* Octavo, quod gentiles magna religione sua sana et templa coluerint. Templum enim eis erat locus notus ab anguro vel in caelo, vel in terra. Unde templum dicitur à taendo, id est, conspiciendo, quod ex omni parte, vel quod ex eo omnis pars aspicì possit, ut ait Donatus. Primum autem eorum ipsum dixerunt templum, quia ipsum primo aspectu intueamur. In terris templum dicitur esse quilibet locus inauguratus religiosi cultus gratia. Rursus templum videntur factum, à fundo, quod in eo Apollo, aliusve eorum deus consultus foret, daretque responsa.

Nonò, id patet exemplis sanctorum et regum. Primum, David ait: *Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.* Psal. 5, 8. Et: *Introibimus in tabernaculum ejus, adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus.* Psal. 154, 7. Secundò, Jacob de Bethel, Gen. 28, 17, ait: *Quam terribilis est locus iste! verè non est hic aliud nisi domus Dei et portus caeli.* Tertio Isaie c. 2, 5, ait: *Venite, ascendant ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob; et docebit nos vias suas, et ambulabimus in sentis ejus.* Quarto, Constantinus Magnus, et S. Helena tam Romae quam Hierosolymis et alibi, plurima magnificentissima aedificaverunt templa: ipseque Constantinus, deposito diademe, et humi jaceus, vixque lacrymarum profundans, accepto ligone terram eruit, indeque 12 ferre cophinis in honorem duodecim Apostolorum ablati, loca basilicae principis Apostolorum designavit, ecclesiam ipsi operis adificavit, quam S. Sylvester dedicavit, cujus memoria nunc agitatur in Ecclesia 18 Novemb. Quintò, Constantinus hinc in re imitati sunt Theodosius, Carolus Magnus, Pulcheria aliique christianissimi imperatores et principes. Ut alios omittam, audi Crantzium, lib. 5 Metropol., cap. 8. Erat, inquit, in Mendeusi episcopatu notabilis matrona, nomine Hilburgis, quae dum maritum ex voto in Palestinam profectum, inde rediturum desperaret, totam substantiam suam cenobio et novem ecclesiis edificandis

insumpsit. Revertitur non ita diu post maritus, cumque placatura, obvium proceedit, de salute praevia: *Novem, ait, filias tibi abenti peperì: ad nondum in Christo renate sunt.* Intellexit vir pius novem ecclesias exstructas, necdum tamen consecratas, factumque uxoris gratum et ratum habuit. Sextò, S. Ambrosius pro templo Dei stetit usque ad mortem et martyrium. Cum enim Ariani per Justinam imperatricem Arianam illud sibi dari deposcerent, ilique Justina persuasisset Valentiniano imp. filio suo, in faciem ei restitit Ambrosius dicens: *Ad imperatorem palatia pertinent et maria; ad episcopum ecclesia.* Vide cum fusè hæc de re scribentem ad Marcellinum sororem. Septimò, S. Chrysostomus, cum imperator ab eo postularet ut Gaimo duci Ariano unum è catholicis templis concederet, respondit: *Ne, imperator, hoc ei pollicear, neque sanctum dari canibus mendas. Numquam enim putar eas qui Deum nocturnis diurnisque hymnis laudant, templo expelli, illudque eis tribui, qui contra eum loquuntur blasphemias.*

VERS. 10. — ARCAM DE LIGNIS SETIM COMPINGITE. Nota. Primum, arca erat instar parvae ciste quadratae, vel potius quadrangulae. Erat enim arca alta cubitum cum dimidio, et lata cubitum cum dimidio: longa verò duos cubitos cum dimidio. Secundò, arca erat facta ex lignis setim auro obiectis, ad hoc ut in eâ reponeretur tabula decalogi, à Deo date Mosi. Has enim solas in arca fuisse repositas, patet 3 Regum 8, 9; ideòque summa erat religio et veneratio arcae, indeque dicta arca foederis, vel testamenti, ut dicam v. 16, ideòque reposita fuit arca in Sancto sanctorum. Erat enim arca gloria Israel: unde uxor Phinees ait 4 Reg. 4, 21: *Translata est gloria Dei Israel, quia captiva est arca Dei.* Rursus arca vocatur virtus et pulchritudo Israel, Psal. 77, 61: *Et tradidit in captivitatem virorem eorum, et pulchritudinem in manus inimici,* scilicet arcam in manus Philistinorum tradidit. Tertio, arca superne patebat, sed supra se habebat propitiatorium, quasi operculum, factum non ex lignis setim, sed ex solido auro. Quarto, duo cherubini erant supra propitiatorium, ita ut per alas suas expansas et conjunctas exhiberent quasi septem Deo; propitiatorium verò cum arca esset scabellum pedum ejus. Quintò, arca superne cingebatur coronâ circumcira, de qua dicam v. 11; ad latera vero utrinque habebat duos circulos aureos, per quos inserentur duo verces aurati, quibus portabatur arca à sacerdotibus in humeris eum movenda essent castra. Sextò, arca posita erat in pavimento Sancti sanctorum; verissime tamen est: pavementum boni fuisse instratum peristomate alioque: vel potius arca hæc habuit suos pedes, puta quatuor globulos, sive sphaerulas in quatuor angulis, quibus quasi quatuor rotis incumbat. Ita enim verti potest ex Heliseo v. 12. Unde arca erat quasi biga Dei, sive corrus regalis et triumphalis Dei, de obellatis Aegyptiis, et hinc currum vidit Ezechiel cap. 1. Ita Hieron. Prado ibid., de quo plura, v. 18.

Atque hæc de causâ arca vocatur gloria Domini, qua in eâ Deus Hebraeis solem praesentiam, opem et

triumplum gloriosum exhibebat: atque hoc est quod dicitur Dou. 4, 7: *Non est alia natio tam grandis quae habeat deum appropriatum sibi, sicut Deus noster ostendit cunctis observationibus nostris; et Psal. 25: Dilexi decorem domus tuae, et locum habitationis gloriae tuae. Hinc et Heli non gemina stirum morte, non tanta populi clade, sed eaec capto nuntio percalvas corruit, nusquam ejus pariter dicens: *Frustata est gloria de Israel.* Septimò, haec arca, postea restituta à Salomone templo, in eo reposita est in Sancto sanctorum, in coque mansit quandam illud stetit, scilicet usque ad captivitatem babilonicam. Tunc enim Jeronimus arcam et tabernaculum extulit in montem Nebo, è quo Moses vidit terram promissionis, et abscondit eam cum altari thymianatis in spelunca quadam, et dicitur 2. Machab. 2, v. 4 et seq., dicens quòd ignotas erit locus: *dicite congregati Deum congregationem ponam.* Unde Epiphanius in vita Moysi, Doroteus in Synopsi, cap. de Jeremià, et alii tradunt arcam non fuisse in secundo templo quod edificaverat Judaei post restitum à Babilone: sed eam occultandam fore usque ad finem mundi, tanquam manifestandam esse ad conversionem Judaeorum. Certè Josephus suo tempore, cum templum excoecum esset à Romanis, discretè asserit, 1.6 de Bell. c. 6, in Sancto sanctorum nihil omnino fuisse, verum Josephi sunt: *Italia tempis persignis cultorum erit. Discernatur autem simulacro ab exteriori, nihilque probris in ea erit positum; ergo nec arca: nec Cherubim; inaequitas verò et invidiosa, et ineffabilis omnibus habebatur. Sanctissimae sanctarum vocabatur. Erant ergo qui arcam à Tito in triumphum ductam, et Romae ostentatam in templo Interneasi servari putant: ex eo quòd Romae in arca Tito triumphali depicta videtur arca in pompâ triumphali; illa enim non est arca, sed menses janua propositionis, ut asserit Josephus, qui triumphus Titus fuit spectator. Denique Epiphanius in vita Jeronimo haec habet de arca: *In resurrectione, inquit, primo resurget arca, et proficit è saxo, utque in Sinâ monte incubitur: resurbit eam Moses; et omnes sancti ad eam confluent, ut illic suscipiant Dominum, et fupent immortem. Secundo hoc est in solitudine, ubi primitus fabricata est arca, in medio montium, in quibus fuerunt Moyses et Aaron sepulti, ibique in noctibus nuvola nihil instat ignis. Hortum fides sit penes Egiptum.***

Quare quo allegoricè significavit arca. — Respondet Rupert. arcam significare Christi humanitatem; et S. Greg. homil. ult. in Ezech. : *Arca, inquit, introducta est redemptor noster in caelo; sic et Cyrillus, lib. 4 in Joannem, c. 28.*

Verùm dico, propriè et gentilia arca, quae erat in Sancto sanctorum, quod eorum representabat, significabat beatos in caelo, inter quos eminet B. Virgo; hinc non incoegrè ipsa à S. Bern. serm. de B. Maria, et ab aliis vocatur arca testamenti. Audi eundem in Sentent. : *Arca, inquit, mirabilium Deus tria quondam mirabilia operatus est in Mariâ. Primum integritatem munditiâ mirabiliter suscitavit ut arca testamenti antro purissimo testetur. Secundam puritatem virginum potentialiter fecundavit, ut raras ardens non combureret.*

Tertium, una spernitis ineffabiliter copulavit, ut scilicet Jacob, meditante terram, caelestibus uniretur. Longitudo arcae est longinquitas et sapientia sanctorum; latitudo claritas; altitudo contemplatio et desiderium eternorum honorum. Haec habent mensuram cubiti quae perfecta est, quia in beatis omnia quaeversum integrè et perfecta sunt. Secundo, arca facta erat ex lignis setim, quia beati post resurrectionem habent corpora immutabilia; vitro erat obiecta, quia et anime sanctorum ineffabili divina visionis claritate, et corpora admirabili splendore fulgebant. In ea sunt tabulae legis, quia sancti olim meditati sunt in lege Dei die et nocte, in eaque omne jugiter delectantur. Audi S. Hieron. ad Eustochium de Virg. : *Sponsa Christi, inquit, est arca testamenti, introitus et vestibulum domus, eandem legem Dominum. Sicut in illi nihil aliud fuit, nisi tabulae testamenti, ita in te nullas nisi extrinsecas cogitationes. Super nos propitiatorum, ipsius super Cherubim, sedere vult Dominus.* Et S. Gregor., lib. 7 Regist., epist. 30 : *Quid est, inquit, sacerdotale cor, nisi arca testamenti? in qua quia spiritalis doctrina viget, procul debito tabulae legis jacet. Tertio, arca supra se habet Cherubim propitiatorum: quia sancti supra se habent Christum redemptorem, Rom. 8, 21. Quarto, arca vallatur cherubin, quia beati circumgunt saeculis angelis. Quinto, coronam arca significat coronas sanctorum, quasi qui victores sint, triumphatores, reges et sacerdotes Dei : *Item aureolas virginum, martyrum et doctorum. Annuli et veteres arcae significabant dona Spiritus sancti, quibus animi sancti fit mobilis et agilis ad omnes bonum; quatuor ergo annuli aurei sunt quatuor dona quae ad intellectum pertinent, scilicet pura sapientia, intellectus, scientia et constans; duo veteres sunt reliquia tria, puta pietas, timor et fortitudo, quae ad voluntatem pertinent. Vectes auribus debent inseri, quia nisi voluntas moveatur, parum juvat motus et illuminatio intellectus.**

Denique, coram arca erat una cum manna : quia beati semper meminerunt coelestis panis Eucharistiae, quo aliti sunt in deserto hujus vitae. Ante arcam erat virga Aaron, quae frondens Aarone consignavit sacerdotium; quia beati semper meminerunt sacerdoti Christi, qui sui corporis sacrificio sustentit peccata mundi, pro coque fugit Christum et Dominum iudant. Haec et plura plura, lib. 2 de Templo, c. 5.

Quin ergo ad hanc arcam, ad hanc coronam nihilam? *Patrum nostram, inquit S. Cyr. tract. de Moral. paradisiis computamus, parentes patriarchas habere jam cognovimus, magna illis nos, chororum numerus expectat, potentiam, fructum, fidium frequens nos turba desiderat, jam de sua immutabilitate sacra, et adhuc de nostrâ salute sollicita. Illic Apostolorum gloriosus chorus, illic prophetarum exultantium numerus, illic martyrum innumerabilis populus eo certaminis et passionis victoriam coronatus, triumphans illic virginum, quo concepticentiam carnis continentiae robore subvegnunt.*

Et S. Bernard. de Praemio caelest. patr. : *Videbit beatus Deus ad voluntatem, habebit de voluptatem, fructur*

*ad jucunditatem. In interioritate vigebit, in veritate fulgebis, in bonitate quiescis. Sicut habebit permanendi aeternitatem, sic cognoscendi facilitatem, requiescendi felicitatem. Civis aliquid erit sanctus illius civitatis, cuius angeli cives sunt, Deus pater templum est. Filius ejus splendor, Spiritus sanctus claritas est. Idem in serm. : *O beata regio paradisi, o beata regio deliciarum, ad quam suspiro de velle lacrymarum! ubi sapientia sine ignorantia, ubi memoria sine oblivione, ubi intellectus sine errore, ubi vultu sine obscuritate fulgebis. Beati qui habitant ibi: laudabant Deum in saecula saeculorum. Amen. Requiem Dei concedatur, promittitur, ostenditur, participatur, conceditur in praedestinatione, promittitur in vocatione, extenditur in justificatione, percipitur in glorificatione.* Et S. Aug. : *Id, inquit, huiusmodi anglorum chori, ubi societas civium superorum, ubi dulcis sollemnitas peregrinationis hujus vitae labore redemptam, ubi felicitas sine fine, aeternitas sine fine, serenas sine nube.**

Syntheticè, S. Thom., 1-2, q. 102, artic. 4, ad 6: *Tria, inquit, quae erant in arca; vel juxta arcam, significabant tria Dei attributa, scilicet tabulae legis sapientiam, virga potentiam, manna bonitatem Dei. Raraùm arca, id est, Ecclesia et respul. ejusque presses habebat tabulas legis, virgam disciplinæ et correctionis, manna dulcedinis in gubernatione. Ita S. Greg. epist. 25, lib. 4. Hinc Samaritanus, inquit, vulnerato infundit oleum et vinum, et per vinum scilicet mundantur vitru, pro oleum feruntur. Sic ergo amor, sed non consentiens sit vigor, sed non exasperans. Vide eundem, p. 2 Past. c. 6, et lib. 29 Moral., S. habeat apes mel, habent ut aculeum, quo defendant vitru. Sic qui regit rempub, habebit mel, id est, clementiam dulcedinem; habent et aculeum justitiam, quo adversus secleratos resp. tuerur. Hoc prudentissimus ille rex indicavit, qui insigne sibi esse voluit gubernationis punicum malum, quod dulcedini in habet aceri permixtam. In respublic, ait S. Greg., *siacenda est lenitas acerrimi; quatenus arida etiam non reddat, aut immoderata severitas ostium.* Nunc ad textum redeamus.*

Quia LONGITUDO HABEAT DUOS ET SEMIS CUBITOS. Cubitus hic accipi debet, non incho, sive crepus, qui 27 digitos continet, teste Hieronymo, lib. 4: *nullo minus maximum, id est, geometricus, qui sex communes cubitos continet, ut docet ex Orig. S. Aug. 15 Civit. 27; sed vulgaris, cui est ea longitudo quae à dextera brachii porrigitur usque ad extremum digiti, qui index vocatur, continetque 24 digitos, sive duos spithamos; spithamus autem est spatium quod distans manum inter pollicem et indicem intersecat, continetque 12 digitos transversos. Patet hoc ex Josepho lib. 5 Antiq. 6; et Beda lib. 2 de Tabern. c. 4: *Longitudo arcae, ait Josephus, erat quinque palmorum, ostiatio verò et latitudo trium palmorum; pro palmo Graecè est *πυγμαύτο*, quam dixi 12 continere digitos, ita ut duo cubiti cum dimidio quinque palmos, vel spithamos efficiant.**

VERS. 11. — *ET DEBARBANS EAM ATRO.* Lanam auream, non verò fœllis aureis; id satis patet ex eo quòd in Hebræo pro demarbis, est, abscondes, cooperies et

vesties eam auro: idque intus et foris, ut tropol. significet animum juxta tam interioris quàm exterioris debere esse sanctum, et undoque auro claritatis circumdari. Bullino obicit S. Hieron. quòd intus sit Aera, foris Cato, quòd privatim vivat in deliciis, publicè verò severitatem in habitu et incessu ostentet; hæc est hypocritis Deo et hominibus displicens. Sanctus tam intus quàm foris, sit non Cato, sed Paulus; sed Joannes, sed angelus.

FACIESQUE SUPRA CORONAM AERAM PER CIRCUTUM. Corona hæc arcam non erat rotunda, sed quadrata; quadrata enim erat ipsa arca, quam hæc corona circumcirca instar limbi ambiebat. Ita Hugo. Hæc ergo limbas exterior erat, surgebatque et attollabatur supra aresm. Septuag. vertunt : *Facies et epumata aures coronata, vel potius tortilia; quod miror interpretem in Complutens. vertere, facies et nubes aureas; non epumata non tantum parvas undas et floetas, sed et metaphorè ab undis ductâ, significat apud Vitruvium supremam in columnis epumati, sive capitelli partem, quod significatum apposuit hinc imitatus Septuag. limbum arcam eminentem vocaverunt epumata, eoque tortilia. Id est, fixa quidem, sed tortili opere, quælibet tortiles torques elaborata. Ita S. August. quest. 104 et hinc forte voluit Complut. interpres; non indudiamus metaphorâ hanc, gratiam usitatum in epumatis affectam.*

VERS. 12. — *ET QUATUOR CIRCULOS AUREOS.* Erant hi circuli ad quatuor angulos arcae, usque intererantur vectes, ut his arca numeris quatuor sacerdotum ad navigationem gestari possent: non enim deebat arcam plustro trahi ut vectari. Porro vectes secundum longitudinem arcae extensissimos, sive per quos secundum latitudinem; arcamque in longum gestantem et portantem foisse, non verò in latam sive transversam, ut Cajetan. vult, satis significat Josephus, cum ait : *Ex utroque longior latere intrant annuli, per quos scilicet vectes immittentur ad gestandam arcam. Cavet autem Deus v. 15, non vectes unquam his circulis extraherentur, ne unquam sacerdotes se arca ferenda cura et onere liberatos esse putarent, inquit Arias.*

QUOD PONES PER QUATUOR ARCE ANGULOS. Pro angulos Hebr. est *πυγμαύτο*, quod propriè gressus et pedes significat; unde videtur quòd arca non fieret hemi, sed haberet quatuor pedes, id est, globos et spherulas, quibus insisteret, quæque haberent speciem rotularum : erat enim arca carrus gloriae Dei, ut dicam, r. 18.

VERS. 16. — *POSTERQUE IN ARCA TESTIFICATIONEM, id est, legem, sive tabulas legis: lex enim sæpè dicitur testamentum aut testificatio, quia attestationem continet voluntatis divinae, quæ Deus testatum reliquit, quòd velit ab hominibus fieri.*

Hinc dicta fuit arca testimonium, id est, legis; et arca testamenti, id est, foederis: continet enim legem, quæ erat conditio foederis inter Deum et Hebræos initi; consequenter tabernaculum ab arca quam continet, vocatum est tabernaculum foederis, et tabernaculum testimonium, imò hinc et ipsa arca vocatur testimonium, c. 20, 6; Num. 17, 4; Levit. 24, 8; idque meonymicè:

quã scilicet arca in se continebat testimonium, id est, tabulas legis. Paro solis legis tabulas in arca illa, cuius tanta apud Hebræos erat religio, fuisse, non autem unam cum matris, aut virgini Aaronis, expressè docet Script. 3 Reg. 8, 9; et 2 Paralip. 5, 10; et Josephus 8 Antiq. 2. Hinc tam urna cum matris, quam virga Aaron in Pentateucho non in arcam, sed in tabernaculum coram Domino, id est, ante arcam, deposita narratur, ut patet Exodi 16, 55; Num. 17, 4. Vnde dicta ad Hebr. 9, 4.

VERS. 17.—FACIES ET PROPITIATORIUM DE AERO MUNDISSIMO. Nota primò. Propitiatorium erat arca operculum, sive tabula operiens et tegens arcam, ut patet v. 29, unde pars enim arca erat longitudinis et latitudinis; hinc et à Septuag. vocatur ἀσπίς, id est, superpositum, puta supra arcam, hoc est, arca operculum, quod arca per cardines aureos iungebatur, ut docet Josephus lib. 5 Antiq. 6: *Habebat, inquit, arca tegens aëria cardibus comptata, nulla ex parte prominens*. Secundò, propitiatorium erat tabula facta, non ex lignis setim auro obductis, uti erat arca, sed ex puro auro. Tertio, propitiatorium hebr. dicitur *caporet*, quod tam propitiatorium, quam operculum arca significat. Unde Septuag. vertunt, *ἀσπίς ἢ ἄβραξ*, id est, placatorium, sive propitiatorium operculum. Quarto, dictum est propitiatorium, quasi locus placationis, eo quod ibi Deus Mosi apparens, et cum eo loquens, placabatur et propitiabatur populo: in propitiario ergo erat oraculum Dei, ut patet v. 18, et c. 37, 6, et Num. 7, v. ult.: *Cuiusque, inquit, ingrederetur Moses tabernaculum factum, ut consideret oraculum, audiret vocem loquentis ut se de propitiario, quod erat super arcam, testimonia inter duo Cherubim*; aliunde iudeo Dens dicebatur sedere super Cherubim, nam ibiangebant propitiatorium. Hinc illa pars templi, sive Sancti sanctuarum, in qua erat propitiarium, dicta est oraculum, quia inde Deus dabat oracula. Quintò, propitiarium cum duobus Cherubim erat quasi sedes et thronus Dei; arca verò erat scabellum pedum eius; id patet psal 98, ubi dicitur: *Audate scabellum pedum eius*, id est, adorate arcam, proclamate coram arca. Unde probabiliter censent aliqui, ut D. Thom., Cajetan., Belrio, et à Castro in Thren. 2, 1, propitiarium fuisse elevatum, et in altum à Cherubinis sublatum supra arcam: alioqui enim non potuissent esse sedes Dei, ita ut arca scabellum esset pedum eius. Ratio etiam et dignitas propitiarii hinc situm exposcere videtur: erat enim ipsum totum patrem, quasi thronus Dei, ideoque longè nobilior erat ipsa arca lignea, et rem longè nobiliorum representabat.

Veris tamen censent Abul., Alexar, Ribera et alii, propitiarium immediate et proxime impositum fuisse, tetigisse et tetixisse ipsam arcam; tum quia id docet Josephus 5 Antiq. cap. 6, tum quia Script., v. 20, disertè propitiarium vocat operculum et tegumentum arca; tum quia alioqui arca fuisset aperta et blâsset; non decebat autem eam patere, sequi, et ea quæ in ea erant nuda ostentare, presertim cum arca et ciste nostre claudi soleant, ne pulveribus impleantur; tum

quia alioqui fuleris, v. g., columnis aut cardinibus longè debuisset sustineri propitiarium supra arcam et per illos arca conjungi (ad hoc enim non sufficerebat alte porvæ et graciles Cherubimorum), horum autem fulerorum non meminit usquam Script., cum tamen exactè arcam cum propitiario describat. Ficticia ergo sunt hæc fulera et cardines.

Dices: Quomodo ergo arca dicitur scabellum Dei sedentis in propitiario?

Resp. id dici, quatenus propitiarium includebat cherubinos, in quorum alis sedebat Dens: alioqui enim propitiarium præcisè non erat thronus, sed scabellum throni Dei. De quo plura inferius.

Allegor. propitiarium significat Christum, quem *propitium Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius*, Rom. 3, 21, ubi pro *propitiationem*, alii legunt *propitiatorem*. Utrumque significat vocem ἀσπίδος, quo nomine Septuag. semper hic vocant propitiarium: unde non dubium est quia Paulus, qui solè se qui Septuag. hinc alluserit. Primò, ergo propitiarium erat supra arcam quia Christus omnes beatos gratiæ et gloriæ transcendit, illi tamen iungitur arca per cardines, quia omnis sanctorum gratia et gloriæ à Christo, Christo merito descendit. Secundò, totum erat ex auro: quia Christi humanitas non per se, sed in deitate, puta in Verbo, subsistit; ideoque in ea inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporatè. Et, ut ait S. Joannes: *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenam gratiæ et veritatis*. Tertio, Christus est operculum arca: quia gloriæ et coronis sanctorum cingitur, inquit Orig., ipsique sancti coronas subiungunt et offerunt Christo, perinde ac arca suam coronam quasi offerbat propitiario. Quarto, Christus est oraculum Patris, emansus ea que vidit in sinu Patris abscondita à constitutione mundi. Quintò, humanitas Christi fuit quasi sedes et thronus, imò scabellum divinitatis Verbi. Christus, inquit S. Bernardus serm. 22, *factus est nobis sapientia in predicatione, justitia in peccatorum absolutione, sanctificatio in conversatione, redemptio in passione*. Et S. Greg. hom. 4 in Ezech.: *Redemptor, ait, noster factus est homo nascendo, vitulus moriendo, leo resurgendo, aquila ad celos ascendendo*. Hæc sunt quatuor stemmata Christi, que ei præferunt cherubim, ut patet Ezech. 1, 16. Quæ S. Ambros.: *Omnia, ait, habemus in Christo, et omnia in nobis Christus*. Si à vulnere curari desideras, molliens est; si febrilis astutus, fons est; si gravaris iniquitate, justitia est; si indigna auxilio, victus est; si motem times, vitus est; si teneras fugis, lux est; si calum desideras, fons est; si cibum queris, alimentum est. Hinc et Claudianus:

Christe potens rerum, redemptis conditor ævi,

Væ animi senesque dei, quem sedit ab altâ

Mente Pater, tantique dedit consortia regni,

Impia in nostra domuiti crimina vitæ.

Christus enim fuit verus Noe, qui nos requiescere fecit à laboribus et oneribus nostris.

Merito ergo S. Bernardus serm. 20 in Cantie.: *Super omnia, ait, reddidit tibi amabilem, bone Jean, collis quam bibisti, opus nostræ redemptionis: hoc enim amo-*

rem nostrum tibi vindicat. Hoc, inquam, nostram devotionem blandius allicit, justitiam exigit, arcibus stringit, et vehementius afficit. Propitiarium ergo nostrum, ad quod in omni difficultate confugere debemus, est Christus patiens et crucifixus: *Passio Christi celum sustentat, mundum regit, tartarum perfodit: in eâ confirmatur angeli, redimuntur populi, conteruntur inimici, stabiluntur subsistentia, animantur visentia, consentiunt sententia, illustrantur intelligentia, ait Balsanus de Laude crucis.*

Itaque spes nostra, amor noster, refugium nostrum semper et ubique sit Christus. Ita Theodorus martyr Publio roganti: *Mariane esse cum tuo Christo, an terò nobiscum?* Respondit: *Cum Christo neco et sum, et pater, et ero; ideoque non timeo tormenta tua*. Ita Carolus Quintus illud Julii Caesaris: *Veni, vidi, vici*, invertit dicens: *Veni et vidi, sed vici Christus*. Ita Paulus: *Mihi, inquit, vivere Christus est, et mori lucrum.*

VERS. 18.—DUOS QUOQUE CHERUBIM AUREOS ET PRODUCTILES FACIES EX UTRAQUE PARTE ORACULI.

Queritur hic primò, quoniam fuerint hi duo cherubini? Nota, Moses vix exprimit vel significat speciem horum cherubim, idque ne Judæi in idola prout illorum idolum facerent et colerent. Primò ergo Philo, 1 de Cherubim, ait cherubim esse symbola vel signa, que extimam universi coeli circumferentiam significant et representant, in quæ eodem modo semper divinas choreas fixæ stelle agitant: ubi videtur Philo sensisse octavam spheram, sive celum stellatum esse extimam et ultimam, significatum per cherubim; ac proinde cherubim esse symbola potestatis et honoris divina; sed quoniam hæc signa fuerint, quæ specie et forma sicut Philo. Philonem sequitur Theodor. in Genes. quest. 40, ubi docet nomine cherub. in Scripturâ semper significari horribilem potentiam. Hoc, si etymon cherubim spectes, falsum est; si rem ipsam, verum, quia Dens cherubinis, utpote summis ferè suæ aule principibus, non utitur nisi ad res excelsas et arduas. Secundò, Josephus lib. 5 Antiq. 6: *Cherubim, ait, animalia sunt volucris, novæ speciei, nec unquam cuiquam hominum visa, quæ Moses in Dei solio viderat figurata.*

Verum dico primò, duos hosce cherubim habuisse humanam speciem et formam. Ita docent committere Hebræi et Christiani: idque patet, 2 Paral. 5, 15, ubi de cherubim dicitur: *Ipsi autem stabant æreus pedibus*. Secundò, quia cherubim Ezechielis, c. 1, qui facti sunt ad instar horum cherubim, habuerunt speciem hominis, sive alati juvenis: nam habebant manus hominis, quibus accipiebant ignem, ut dicitur, cap. 10 Ezech. v. 7. Id fassè et eruditè ostendit Hieron. Prado in cap. 1 Ezech., scilicet quatuor illa Ezech. animalia habuisse formam quidem quatuor animalium, sed maximo toto corpore et facie hominem representasse, ideoque dici cherubim, sive alatos juvenes, puta angelos. Tertio, quia cherubini hi habebant facies hominis, nam de eis hic dicitur in Hebræo: *Et facies viri verus erat ad fratrem suum*. Erant ergo cherubini effigies aureæ, specie alati et imberbis juvenis, ut scilicet

hæc specie representarent vigorem, vivacitatem et æternitatem angelorum, qui sicut quasi principes semper stipantes et astantes Deo: sicut eadem de causâ imperatores olim pingebantur imberbes, quasi dii quidem terrestres qui nunquam senescerent.

Dico secundò: Verisimile est hosce cherubim præter speciem hominis, etiam aliam alorum animalium habuisse. Prob. primò, quia et Josephus, et S. Hier. in 10 Ezech., et ep. 15 ad Marcellam, hosce cherubim animalium formam attribunt. Secundò, quia disertè Ezechiel, c. 1, docet hominis, aquile, leonis et vituli. Idem, c. 10, v. 14, faciem cherub. vocat faciem vituli; illi autem cherubini Ezechielis fuerunt similes, imò iidem cum hisce mosaïcis, ut communiter docent doctores quos citat Viegas in Apoc. 4, sect. 12, et Valhondo in 41 Ezech. c. 44, pag. 518. Unde Ezech. c. 10, 20, loquens de quatuor animalibus quæ viderat, c. 1: *Intellexi, inquit, quod esset cherubim, scilicet illi vulgò celebres apud Judæos, quos Moses jussu Dei fecit in tabernaculo*. Hæc sententia verisimilior videbitur, si dicamus cum Hieron. Prado, quatuor facies cherubim apud Ezech. non fuisse facies propriè dictas, Hebræum enim *panim*, et græcum *πρῶτα* vel *εργα*, significat speciem, formam, habitum: ita ut facies propriè dicta cherubimorum fuerit tantum humana; facies verò improprie dicta, id est, species, fuerit quadruplex. Prima enim et præcipua facies et species totius penè corporis, fuit hominis. Secunda fuit aquilæ, quia habebant alas aquilæ. Tertia fuit leonis, quia habebant labia leonis. Quarta fuit vituli, quia habebant pedes, id est, ungulas vituli.

Verum Sebast. Barradius, Alexar, et passim alii hæc sententiam, quasi novam et difficilem rejiciunt, censentque hæc quatuor facies Cherubim apud Ezech. fuisse facies propriè dictas. Id enim verba Script. planè significant, cum distinguunt facies ab alis sive pennis, et à pedibus, Ezech. 4, 6: *Quatuor, inquit, facies notæ, et quatuor pennæ unæ. Pedes eorum recti, et planta pedis eorum quasi planta pedis vituli*. Et v. 11: *Facies eorum et pennæ eorum extensus desuper*. Rursum, quod unam faciem dicit fuisse à sinistris aliam à dextris, Et ita hosce cherubinos per quatuor facies, sit commodè et coniectè depingit Alexar in Apocal. 4, pag. 592.

Quidquid sit de hæc re, de qua plenius disseram, Ezech. 1, videntur hi Cherubini Moysi habuisse speciem illorum Ezechielis, quia illorum videntur fuisse typus et exemplar. Unde tam ab Ezech. quam à Moysi non aliter quam Cherubim vocantur, quasi iidem et ex eodem nomine notæ. Adde Cherubim tam hæc quam Ezech. 1, quadruplici suâ specie, debuisse significare quatuor stemmata Dei sedentis in propitiario, uti mox plenius explicabo. Hinc rursus S. Joannes, Apocal. 4, 7, hosce cherubim quatuor animalium specie describit. Hinc etiam Apostolus Cherubim vocat obambulantia propitiarium, in genere neutro, quasi respicit ad animalia illa Ezech. quorum speciem habebant cherubini. Hinc tertio, in Script. *opus cherubim voca-*

tur opus varium, et varè depictum, sicut hi cherubini variam quatuor animalium habebant speciem et formam. Hinc denique, scilicet ab hisce cherubim Hebraeorum, *Egyptii mutavit suis suos sphinges*, inquit Clemens Alexandrinus lib. 3 Stromaton, *quoque in suis aedibus posuerunt, quippe quod de Deo oratio sit antiquissima et obsecra; fortè autem quod oportet Deum amare et timere: amare quidem, ut sanctis benignius et propitius; timere autem, ut qui impis sit justus inexcusable; ferè enim simul et hominis imaginem sphinx agnoscunt.* Iheronimus Clemens; ex quo liquet sphinges Aegyptiorum fuisse similes cherubimorum. Sicut enim cherubini, ita et sphinges, divinum et arcana verum obscurarum et sublimium cognitionem representabant. Unde Iheronimo oratori, qui accepta, mercedis loco, à Verre sphinge aurea, sibi obscuris aliqui dicebat, *re magnatum solvendum imperium esse dicebat, solus respondit Cicero: Atqui sphingen domi habere; testis est Platarchus, in Cicero. Erat denique sphinx multiformis æquè ac cherubini; Unde poeta:*

Sphinx volucris pennis, pedibus ferè, fronte puella;

Sphinx ergo alata est volucris, leo, ergo, triformis.

Adidit R. Salomon duos cherubim fuisse sexa distinctos, unumque fuisse marem, alterum feminam; sicut cœset Arias Montanus lib. de Noë, titulo de Propitiatorio. Verùm hoc tam ridiculum est quam intercornu et inhornestum, nam angeli sexa carent. Nostri Cherubinos vestim talariibus tunicis, et quoque zonis circum; sed hoc affligerunt eis pictores ad ornatum; cum nulla illè sit vestis mentio: nisi ergo erant hi cherubini, aliis tamen ex parte se velabant, unde et à neutro conspiciantur: nemò enim ingredi poterat Sanctum sanctorum, nisi pontifex, idque senel tantum in anno; tunice nobilitate et furtiva iocunda tegent cherubinos, ut videri non possent.

Queritur secundò quis et qualis esset horum Cherubini situs circa arcam et propitiatorium.

Dico primò: hic erat eorum situs, ut partim alii, partim corpore suo totum propitiatorium tegerent. Nam unus cherub erat ad meridiam propitiatorio, alter ad septentrionem, ita ut crassitudine corporum sanctorum tegerent latera illa latitudinis propitiatorie; latera verò orientale et occidentale, qua erant latera longitudinis propitiatorii, tangebant et velabant alii suis expansis ad invicem, sicuti si duo homines sese invicem aspiciant et manibus teneant: sic enim et hi duo cherubim facies habebant versas ad invicem versus propitiatorium, et alia sua expansa unus aliam alterius expansam ab utroque latere contingebat. Alius erat situs et dispositio cherubim, quos in templo fecit Salomon; illi enim non erant sibi obversi, sed contigui et laterales; unus enim erat ad latera alterius positus. Hinc secundò, non habebant facies versas ad se mutuo, sed utroque faciem habebat ad orientem, tergum verò ad occidentem. Tertio non ambiebant arcam et propitiatorium, uti dicebant hi mosaici, sed expandebant utraque totum latitudinem Sancti sanctorum, ita ut unus cherub extremitate unius alia sua tangeret parietem meridionalem, alter verò ei configus extremitate

unius alia sua tangeret oppositum parietem septentrionalem Sancti sanctorum. Denique, Salomon duplices fecit cherubim, scilicet primos in Sancto sanctorum jam dictos; secundos ad altare thymiamatis, similes prioribus, qui altare velarent, ut priores velabant arcam, ut patet 1 Paral. 23, v. 18; quibus addit tertios hos cherubim quos fecit Moses, et quos Salomon cum arca intulit in suum templum et Sanctum sanctorum. Triplex ergo cherubim, jam dicti, fuerunt in templo Salomonis.

Dico secundò: Illi duo Cherubini non fuerunt affixi propitiatorio, sed ex ipso propitiatorio per malleationem fuerunt producti; hoc enim significat *et productiles*, et clarè Hebræa quæ habent, *et propitiatorio facte eos.* Unde sequitur Cherubim fuisse factos ex solido auro; ex tali enim auro factum erat propitiatorium.

Sed dubitum est an hi Cherubini in aere fuerint penduli, an limbo arce insistentes; an supra propitiatorium, an verò in terra pedibus consisterint? Primò, si qui putant propitiatorium fuisse altè supra arcam elevatum, sicut per longos gradines affixum colossis, consent Cherubim ex propitiatorio prodeuntes in aere fuisse pendulos, specie gemelle tantum, et adorationem Deum sedentes in propitiatorio. Ratio est quia hic situs decet angelos respectu Dei; et quia, si propitiatorio ita altè elevato, Cherubini in terra consistissent, nimis longi et alti fuissent; crepissent enim se à terra supra propitiarium, itaque cum eo et cum arca, quæ parva erant, justum non habuissent proportionem; adde tam vastos difficile fuisse malleatione produci ex propitiatorio.

Hæc sententia, posito illo fundamento de propitiatorio ita altè supra arcam elevato, satis probabilis est; verum alii hoc fundamentum rejiciunt, uti superius dixi.

Secundò, alii censent Cherubinos uno vel utroque pede insitisse limbo arce, itaque simulo nonnulli corpore elevasse se, et suis duntaxat manibus vel alis, sine cardinibus sustentasse propitiatorium. Sed hoc parum probabile est; primò, quia Scriptæ expressè dicit Cherubim non ex arca, sed ex propitiatorio prodire. Secundò, ille situs Cherubim simulus iudicatus fuisset molestus et incommodus. Tertio, manus parve Cherubimorum ita curvatorum non sufficere ad tantum pondus propitiatorii (quod erat ex solido auro, et habebat in longitudine duos cubitos cum dimidio, in latitudine verò cubitum cum dimidio) sine cardinibus alivè sustentandam. Tertio, S. Thomas, 1. 2. quæst. 162, art. 4 ad 8. Cajet. ubi et alii putant Cherubinos stesisse in pavimento Sancti sanctorum: inde enim erigebant se, ita ut alis suis succederent propitiatorium. Probat, quia alii situs indecens vel incommodus fuisset, uti jam dixi. Secundò, quia alii Cherubini qui erant in templo Salomonis, stabant in pavimento. Tertio, quia Cherubini Ezechiæliæ erant stantes, imò ambulantes. Unde Vialandus in suis ideis templi, stantes Cherubinos tan tabernaculi quam templi depingit. Verus ergo videtur Cherubim stesisse in

terra, Indoque erigentes se sustentasse propitiatorium; quia scilicet manibus suis illud tenebant, et alis suis illud velabant. Hoc enim Cherubinos prator alis habuisse manus, patet ex eo quod habebant speciem hominis, quodque Ezech. c. 10, v. 7, expressè eis tribuit manus.

Ubi nota his Cherubinos non tantum habuisse speciem stantium, sed et volantium; habebant enim alas expansas, quia hisce significabant angelos, qui celeritè volant, de quibus ait Psaltes, et S. Paulus: *Qui fecit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis.* Hinc etiam dicitur Deus volare super Cherubim, psal. 17, v. 11. Rursùm, hi Cherubim, licet vultibus sibi invicem essent obversi, vultus tamen demittebant ex reverentiâ, non audentes respicere propitiatorium, nec Deum in eo sedentem; sed alis suis eum quasi velabant. Erant ergo hi Cherubini inferiori sui parte, scilicet à pectore deorsum, sub propitiatorio; capite verò, humeris et alis erant supra propitiarium, ut ait hic Scriptura, presertim in Hebræo, quia is Deus, ut dixi, quasi velare debebant.

Verùm in hæc sententiâ difficile est explicare quomodo arca, utpote proximè subjecta propitiatorio et Cherubinis, fuerit scabellum Dei sedentis in eis. Rursùm, quomodo Deus poterit sedere in propitiatorio, alii Cherubim ètatis sustentato; hæc enim alii altiores erant propitiatorio (illud enim velabant), ac profunde in alis hæce, non in propitiatorio, scabebat Deus.

Dico ergo: Verus videtur Cherubinos non tetigisse nec sustentasse propitiarium, sed illi pedibus insitisse, ita ut alis suis expansis partim tegerent propitiarium, instar tecti vel umbraculi, unde ab Apostolo vocantur *umbraculi propitiarii*, Hebr. 9, 5; partim ut hinc alis sedem præberent Deo, qui inde dicitur sedere super Cherubim; ita ut arca cum suo operculo, puta propitiatorio, esset scabellum pedum Dei. Id ita esse probatur primò, ex Josepho, qui utpote Hebræus et sacerdos doctissimus, Hebræorum rerum fuit peritissimus: ipse enim disertè hoc asserit, lib. 5 Ant. 6: *Erant, inquit, operculo (arca, id est, propitiatorio), impositæ effigies duæ, quas Hebræi Cherubim vocant.* Secundò, ex eo quod, Ps. 76, 3, Daniel, 5, 5 et alibi, Deus dicitur sedere non in propitiatorio, sed super Cherubim; rursùm, quod Cherubim alis suis superne tegerent et velarent arcam ac consequenter ipsum propitiarium, quod erat arce operculum. Ideò enim, v. 22 et alibi, Cherubim dicuntur fuisse super arcam; et vicesimè arca dicitur fuisse solter alas Cherubim, 2 Paral. 5, v. 7 et 8; hoc enim ibi sit sermo de Cherubim quos fecit Salomon, non Moses, tamen hoc ipsum rem hæc confirmat: snos enim Cherubim fecit Salomon ad instar Mosæformium. Tertio, ex eo quod, Psal. 98, 5, dicitur arca fuisse scabellum pedum Dei: si arca, ergo et propitiarium (utpote arce operculum) fuit scabellum pedum Dei. Quarto, quia hic situs videtur maxime convenientis: tum quia hoc modo arca erat instar currus velati, et hinc domus suam habens quasi tectum, puta alis Cherubim; tum quia sicut propitiarium et arca significat

hinc Christum hominem, ejusque sanctos, ita Cherubim significabant angelos, quibus insidet et præsidet Deus. Sicut ergo natura tan angelica quàm divina præceminet naturam humanam Christi et Sanctorum, ita Cherubim cum suis alis eminebant insistentes arca et propitiatorio, positi in ejus summitate, ut dicitur c. 37, 8.

Dices: Propitiatorium vocatur oraculum, Exodi 25, 18, et c. 37, 6; ergo erat quasi thronus Dei loquentis et oracula dantis.

Respond. Propitiarium erat oraculum, non solo præcise, sed quatenus complectebatur Cherubinos cum alis suis. Illi enim toti auri erant æquè sicut propitiarium, erantque ex eo malleatione producti: unde enim eo unum quid in genere artis esse videbantur, puta unus thronus Dei. Thronus enim Dei integer, et undique, scilicet tan infernè quam supernè perfectus, erant Cherubim cum propitiatorio. Nam alie Cherubim insistentium propitiatorio erant quasi scædes Dei; propitiarium verò erat quasi scabellum pedum ejusdem. Unde Deus propitiario et præcise dicitur sedere super Cherubim quasi thronum suum, indeque loqui et dare oracula. Hoc enim est quod dicitur, v. 22: *Inde præcipium et loquar ad te supra propitiarium, ac de medio duorum Cherubim, qui erant super arcam.* Et Num. 7, v. ult.: *Andabæ (Moses) vocat loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam inter duos Cherubim, unde et loquebatur ei.* Loquebatur ergo propitiario Deus ex alis Cherubim, quibus insidebat, ac consequenter dicebatur loqui ex propitiatorio, quasi oraculo, quia hoc erat basis et sustentaculum Cherubimorum, et consequenter throni Dei, erantque scabellum pedum Dei. Ita Abiul, Alazar et alii.

Queritur tertio, quo sine positi sint Cherubini cum arca et propitiatorio, utique significarint?

Respondet hæc omnia ad hoc fuisse posita ut essent currus glorie; id est, belli, victoriae et triumphi, quæ Deus egit de Amalec aliisque hostibus, et maxime de Pharaone et Aegypto. Hoc enim currus suo divino et angelico quasi processit Deus in aciem contra Pharaonem, Ithaque 5, 8, et Psal. 67, v. 48: *Currus Dei decem milibus multiplicet;* et Psal. 76, v. 19: *Vox tonitrui tui in rotis, egnit currus Pharaonem subvertit in mari Rubro.* Exodi 14, v. 25. Unde post hinc victoriam de Pharaone, mox hunc currum Cherubim Mosi Deus in Sina ostendit, eumque fabricari, et in tabernaculo quasi thronum suum posui, ut scilicet esset æternum monumentum tum victorie et liberalitatis Hebræorum ex Aegypto, tum per illam partem regni et populi, id est, instituta ecclesie veteris; quod scilicet Deus in Sina Hebræos à se ex Aegypto redemptos sibi in populum, ecclesiam et regnum adoptasset, unde consequenter, eurus hic significat Synagoga ipsam, sive Hebræos, qui erant hoc regnum. Arca ergo erat quasi currus; habebat enim quatuor globos sive sphaerulas, quasi quatuor rotas, ut dixi v. 12. Propitiarium erat quasi solium, aut potius scabellum Dei triumphantis. Superant eum angeli, puta Cherubini, gestantque insignia propitiarii Dei, scilicet primò, speciem

vitali: vitulus enim representat symbolicè sacrificium agni, cuius immolatione Hebraei liberati sunt ex Aegypto, Exodi 12. Secundo, species hominis in Cherubinis significat ipsos Hebraeos agnum impolutes. Tertio, species aquilae symbolum est agilitatis, eternitatis (diutissime enim vivit aquila) et sublimis spiritus, puta angeli percussitibus Aegyptum. Quarto species leonis significat Deum quasi regem, fortitudinè suà savientem in Aegyptis; est enim leo rex ferarum, et princeps animalium omnium.

Id ita esse patet primò, ex eo quòd Salomon Cherubim templi facies ad instar Cherubim tabernaculi, fecerit eos quasi quadrigam, ut dicitur 1 Paral. 28, 18. Secundo, ex eo quòd Ezechiel, c. 1, viderit quatuor animalia, scilicet Cherubim stipantes currum Dei, ad instar Cherubim templi et tabernaculi, hancque currum velocit currum gloriæ Dei. Tertio, quia Cherubim per metathesin dicuntur quasi recubiti, id est, curvis, quia stipant currum Dei, uti mox dicam.

Dico secundo: Hi Cherubini significant angelos, qui sunt quasi stipatores Dei. Hinc gestant quatuor stemmata et insignia Domini Dei sui: species enim aquilæ significat Dei sapientiam; species hominis significat Dei bonitatem, mansuetudinam et clementiam; bos significat Dei iustitiam, religionem et cultum. Illi debium, quod scilicet bobus, aliisque victimis, illa summa majestas sui colenda et adoranda; leo significat Dei fortitudinem et potentiam. Hæc attributa à Deo ipsi Cherubini, id est, angeli, in se participant et representant. Illi enim sunt aquilæ per celeritatem et contemplationem; sunt leones per fortitudinem; sunt homines per mansuetudinem; sunt boves per patientiam et labores. Ita S. Dionys. Cælest. hierarch. c. 15. Hinc patet Cherubim hic significare non tantum secundum ordinem angelorum primæ hierarchiæ, qui propriè dicitur Cherubim; sed etiam omnes alios angelorum ordines. Unde Patres subinde hos Cherubim vocant Seraphim, uti ostendit Vitisplando lib. 4, c. 96, pag. 152, ubi pro hæc re citat Cyrillum utrumque, Clement. Alexandr. et Tertull., qui et S. Thomam.

Dico tertio allegor.: Hic currus Cherubim, et gloriæ Dei triumphatoris et redemptoris Hebræorum ex Aegypto, significat currum triumphantem Christi redemptoris hominum; qui currus est Ecclesia, qua dicitur, Cantic. 1, v. 4: *Equitavit meo*, id est, quadriga vel carruca mea, *assimilavi te*. Quatuor rotæ sunt Apostoli, pastores et doctores, qui currum Evangelii et Ecclesiæ fortiter et velociter, instar fulguris agunt et propagant per totum orbem. Hinc Cherubini gestant quatuor insignia Christi: species enim hominis significat Christi incarnationem; species vituli significat Christi mortem et immolationem in cruce; species leonis significat Christi fortitudinem, quam ostendit in resurrectione; species aquilæ significat Christi ascensionem in cælum: hæcque suis Christianis et sanctis communicant, uti paulò ante dixi Deum angelis suis stemmata communicare.

Anagogicè hæc sunt quatuor stemmata Ecclesiæ

triumphantis, et regni cælestis, ubi Deus regnat in solio gloriæ; nam aquila significat visionem Dei; homo mutuum sanctorum amorem et concordiam; leo potentiam et immortalitatem; vitulus oblationem, Deique adorationem; rotæ eternitatem eorumdem.

Tropolog. S. Greg. hom. 6 in Evang.: *Unusquisque, ait, si in quantum sufficit, proximum à pravitate recocet, et exhortari ad bene operandum curat, et æternum regnum vel supplicium erranti denuntiat, cum verba sanctæ annuntiationis impendit, angelus existit. Idem, homilia 54: Qui secretorum cælestium summa capere prevalent, et nuntiare, isti in archangelorum numero deputantur. Et sunt nonnulli qui tantè Dei ac proximi dilectione pleni sunt, ut Cherubim iure nominentur. Quia enim Cherubim plenitudo scientiæ dicitur, et Paulo dicente, dilectissimus, quia plenitudo legis est caritas; omnes qui Dei et proximi charitate, cæteris amplius pleni sunt, meritorum suorum sortem inter Cherubim numero percipiunt. Et sunt nonnulli qui supernæ contemplationis facibus accensi, in solo Cantatoris sui desiderio anhælant; nihil iam in hoc mundo cupiunt, solo æternitatis amore pascuntur, terræque quæque afflictionis, temporaliæ cuncta mente transcendunt, amant et ardent, atque in ipso suo ardore regnoscunt, amando ardent, loquendo et alios accendunt; et quæ verbo tangunt, ordine proximi in Dei amore faciunt: hi inter Seraphim numerum sortem sui vocationis accipiunt.*

Quæritur quarto, quare hi Cherubini positi sint ad oraculum sive propitiatorium; et quo sensu Deus dicitur sedere vel velli super Cherubim.

Respondeo: Datus dicitur sedere super Cherubim, quia ipse alia Cherubim junctæ speciem quamdam sedis exhibebant. Illius enim throni species hæc erat: aurea tabula (quæ propitiatorium appellatur) erat pro pedum scabellò: duo Cherubim parvi, pro sellâ. Nam à regione positi, et invicem oppositi, extentas alas et inter se vicissim collatas habebant; perinde ac si duo homines sibi invicem obversi, brachia utrinque extenderent et conjungerent, ut sedem cuiquam efficerent quæ ille consideret: itaque Cherubiuorum capita erant veluti sellæ latera, alæ verò extensas erant sedes. Jam hoc symbolum et hæc phrasi, quæ Deus dicitur velli et sedere super Cherubim, significatur primò, Deum sapientissimos spiritus angelicos longè prescientiæ, et futurorum prævisione et prædicatione, omnique scientiâ et sapientiâ transcendere, eosque quasi pedibus suis premere. Solet enim Scriptura Dei potentiam et sapientiam maximè commendare ex eo quòd sit Deus exercituum, puta angelicorum; quia ei nulli millium ministrant, quod faciat angelos suos spiritus, etc. Secundo, hi Cherubini respiciunt partem Deum suis alis insidentem, partim propitiatorium: quia angeli non sibi, sed Deo suis alas, id est, vires et victutes, omnique bonum quod habent, attribunt. Ita S. Augustin. quest. 105. Rursùm, hæc ipso significant Deum esse finem legis, legemque, quæ in archæ erat, servandam esse propter Deum. Tertio, duo Cherubini in Sancto sanctorum, qui, versis ad se mutò vultibus, invicem (demisso licet vultu) semper respi-

ciebant, significabant Deum beatis tam angelis, quam hominibus, amonè inter se charitate flagrantibus (quod binario, et facielibus ad se invicem versis significatur), videndum se exhibere, hæcque gloriosâ sui visionis eos beare. Ita S. August. et S. Thom.

Dico secundo: Tempore Mosis quo Deus habitavit, non in templo, sed in tabernaculo, quasi proficiens, et armatâ manu dicens populum suum per medios hostes in Chanaan, dicebatur Deus velli et equitare super Cherubim, tanquam dux belli et victoria: Hebræis contra Chanaanos aliosque hostes; postquam verò populum suum collocavit in Chanaan, cum eoque pacificè habitavit in templo, dicitur esse Deus sedere super Cherubim, ut patet Isaie 57, 16, quia in iis, partè jam victoriâ et quiete, quasi victor et triumphans residere videbatur, usque imperium, quod suâ scientiâ et providentiâ asservat, eisdem conservare. Nam, non minor est virtus, quam quærere, partem tueri. Unde Augustus Cæsar audiens Alexandram, annos natam 52, pleræque subegisse, idèque anxium fuisse de materiâ, quod scilicet deinceps esset acturus: *Miror, inquit, Alexandrum non existimasse majorem esse operæ imperium partem bene constittere, quam parare*; testis est Plutarch. in Augusto.

Symbolicè, Sanctum sanctorum representabat cælum, duo Cherubim duo hemispheria, sex alæ (tot enim sunt, si duas manus pro duobus alis capias, uti dixi Ezech. 1), in unoquoque, id est, 12 in duobus, significabant 12 signa Zodiaci, et tempus quod per illa describitur et decurrit; arca significabat quietem, quam habent Cherubim, id est, spiritus cælestes, in Deo. Ita Clemens, lib. 5 Stromatum. Rursùm satis concinè Barrad. tom 1, lib. 5, c. 51: *Sicut, inquit, arca testamenti est B. Virgo, propitiatorium Christus; ita Cherubini est Joseph, tum quia Christi fuit tutor et protector in pueritiâ, tum quia brachia ejus excepit fuerunt sedes Dei, scilicet Christi, juxta illud psalm. 79: Qui sedes super Cherubim; tanquam poter enim et nutritus cum Christo agebat.*

Alleg. S. Greg. hom. 26 in Evang.: *Duo, ait, angeli quos vidit Magdalena in sepulcro Christi, et duo Cherubini arca, sunt duo testamenta: propitiatorium est Christus incarnatus. Et dum Testamentum vetus hoc faciendum denuntiat quod Testamentum novum de Domino factum elamit, quasi utraque Cherubini se invicem aspiciunt, dicit vultus in propitiatorium vertunt: quia dum inter se positum incarnatum Dominum vident, à suo aspectu non discrepant, quæ dispensationis ejus mysterium concorditer narrant; hæc tenet S. Greg.*

Quæres quomodo vultu dicantur Cherubim, et quid heb. significet Cherubim? Respondeo: Dicuntur Cherubim, non à Chaldæo *rub*, vel *rubio*, id est, *puer*, quasi *cherub* idem sit quod *kerub*, id est, tanquam puer, ut vult B. Kimchi, et noster Alexar, Apoc. 4, pag. 585, ubi sic explicat: *Cherub*, ait, id est, *quasi puer*, hoc est *quasi filius*; *Cherub*, ait, id est, *quasi puer*, hoc est *quasi minister* jugiter astans Deo, paratus ad omne ejus obsequium; constat enim Cherubim non Chaldæum, sed Hebræum esse nomen. Sed dicuntur Cherubini à multitudine roboris, gloriæ,

scientiæ et sapientiæ, uti docet S. Dionys. cap. 7 Cælest. hierarch., et ex eo S. Hieron., et passim alii in Ezech. 28; Philo lib. de vitâ Mosis; Origenes homil. 5 et 11 in Num.; Anastas. sermone de Deiparâ; August. in psal. 47 et 98; Theodoret. in Ezech. cap. 10, v. 20; Pseudo-Dionys. hæresi 102; Sophronius in encomio angelorum, tomo 2 Bibl. SS. Patrum. Isidorus, Beda aliique passim, tam Patres quam S. Scripturæ interpretes, æquè ac doctores scholastici communi omnium consensu. Hi enim secundum angelorum ordinem à scientiâ dictum esse Cherubim, constanter asserunt. Id ipsum satis insinuat sacra Scriptura, Ezech. 28, v. 17, ubi alloquens regem Tyri eumque appellans *Cherub*, ait: *Perdidisti sapientiam tuam*; et v. 5, irrident ejus fastum, quo sibi *Cherub* arrogabat scientiam: *Ece, inquit, sapientior tu es Daniele; omnia secretum non est absconditum à te. In sapientiâ tuâ fecisti tibi fortitudinem, etc.* Porro *Cherub* significat multitudinem scientiæ, à radio, ut vult Pagninus, *nachar*, id est, scivit vel cognovit; et *rub*, id est, multum. Unde abbas Besarian moriens dicebat: *Debet monachus totus oculis esse, sicut Cherubim et Seraphim*. Vel potius et simpliciter à *ko* et *rai*, id est, *sicut rubi*, hoc est, sicut sapiens, potens, honoratus et gloriosus: *Rub* enim, sive *Robbi* significat virum magnum, qui potest opibus, viribus, scientiâ, gloriâ. Unde de rege Tyri dicitur, Ezech. 28, v. 16: *Tu Cherub extensus*, q. d.: Tu, ô rex Tyri, qui es rob et gloriosus ac Cherubim, quique alis potentia et ditiosis tua extensis, plurimos populos subditos protegis, sicut Cherubini protegent arcam et propitiatorium. Alludit quoque nomen Cherub, per metathesin, ad radicem *cabbir*, id est, multiplex, scilicet scientiâ, robore, formâ et figurâ: habebant enim Cherubini quatuor facies, ut dixi, Ezech. 1. Tertio, per metathesin alludit Cherub ad *rechab*, id est, currus; Cherubim enim stipant et decorant currum gloriæ Dei; et ad *rechab*, id est, equitans, hoc est, princeps, moderator et gubernator. Hi enim olim equis vehentur, et sicut equum habentis regimus, sic hi populum suis legibus gubernant. Tales sunt angeli, qui nunquam regunt eumque quasi currum divinæ providentiæ moderantur, movent et agunt. Ita Mercurius, Gorgopius Becanus, et post eos noster Hier. Prado in Ezech. 4; imò ipsi censent hoc primarium et genuinum esse Cherubim etymon. Quarto, Cherub per metathesin et per commutationem litterarum affinitum *beth* et *pe*, alludit ad *caphor*, et *capporeth*, id est, ad propitiatorium: lunus enim pars, et quasi umbella erant Cherubim.

Denique alludit Cherub ad quatuor animalia in Cherub expressa, scilicet ad leonem, vitulum, hominem et aquilam. *Cherub* enim, per metathesin, et per mutationem litteræ *beth* in affinem *pe* (utraque enim est labialis, et ejusdem penè soni), idem est quod *kephir*, id est, leo; idemque est quod *hepar*, id est, sicut vitulus, vel similis vitulo; idemque est quod *kerub*, id est, sicut vir potens et princeps. Denique, per anagrammatismum hebræicum *ethas* (quo litteræ alpha-beth inter se ordine retrogrado commutantur, puta, *aleph*, quæ prima est ab initio, commutatur cum *tau*,

que prima est a fine; et *besti*, que secunda est ab initio, communiur cum *serm*, que secunda est a fine: quomodo Ieremias c. 51, v. 41, *Seach* vocat ipse *Babeli* kerub idem est quod *hoseer*, et hoc per aphoristicam litteram *nun*, que solet esse in verbis incipientibus a *nun*, idem est quod *hoseer*, id est, si eum aquila. Sic ergo Cherub, uti sua forma, ita et suo nomine, quatuor animalium species in se includit et exprimit.

Moral. Cherubim sunt symbolum sapientiar, que ceteris rebus prestat, et sola apta est ad regimen. Sapientia enim Dei, in gubernando hoc universo, attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. Hæc est forma optimi regiminis. Vis optime regere? roga tu Deus fortiter et suaviter. Unde hanc sapientiam impensè postulat Salomon a Deo, Sapientiam. Or. Audi, Horat. lib. 1, epist. 1:

Ad exortum sapiens non minor est *tor*: *altes*, *liber*, honoratus, pulcher, rex domique regum.

Beatus Irenæus, dicit Plato, si vel sapientes eos rogerent, vel eorum rectores sapientie studerent. Et Aristot. ait: *Supere principatus est, Vis ergo esse Cherubim? Vis esse sapiens, ut lo et alios regere possis? quæ prima Apuleius: Sapientia, inquit, non in recumbente rebus offertur, nec contrahitur in adversis. Et de senectate epist. 60: Sapientia, ait, ad omnia incertum incertus et tentans est: non si paupertas, non si luctus, non si ignominia, non si dolor impetum faciat, pedem refert. Inversus contra illa dicit et inter illa. Sapientis plenus est gaudium, hilaritas, placida et incensus: cum dicit ex portu tibi. Et epist. 74: Sapientia vincit virtute fortunam. Et epist. 77: Præcipit nati molle iocis regis. Sapientia cavereit futuris mala, et que alii dicit perhibere leviter faciunt, hic leviter facti dicit cogitanda. Secundo, Iocrotates ad Nicodemum de regno: Sapientia, ait, sunt qui et negotia dextro obtine, et inter homines verarum commodorum possunt, nec in vita multatibus postulantur: moderate ferre noverunt sua adversa quam prospera. Tertio, Lactantius lib. 5, c. 59: Qui vult, inquit, sapientia, et beatus esse, audiat Dei vocem, dicat iustitiam, sacramentum naturæ suæ noscent, humana contemnat, divina suscipiat, ut summum illud bonum, ad quod natus est, possit adipisci. Summa ergo sapientia est in hoc uno, ut homo Deum cognoscat et colat. Quarto, S. Greg. Nazianz. in Apolog.: Prima, ait, sapientia est vita laudabilis, et opus Deum pura mens, per quam puri puro junguntur, et sancti sancto peccantur. Quinto, Apollo Delphicus, et Cicero lib. 4 de Legibus: Sapientia, inquit, est, *vis*, *vis*, *vis*, *vis*, *vis*. Sexto, Cicero ib. 4 de Finib.: Sapientia, ait, est ars pinguis, que mensuram petit ex animis, que exhorretare metis non auit; quæ præceptis in tranquillitate vite potest, cupiditatum ardore restituit. Item: Sapientia est vincere iram, vincere seipsum. Septimo, Cicero, 5 Tuscul.: Sapientia, ait, nihil potest videri magnum in rebus humanis, cui æternitas omnis, totiusque mundi nota est magnitudo. Vis ergo esse sapiens? tempus et temporalia despice, æterna et æternitatem cogita. Idem Cicero paradox. 4: Sapientis animus, ait, magnitudinis consili,*

tolerantiæ rerum humanarum, contemptio fortune, virtutibus omnibus ut maxibus septus, vincit aut expugnat non potest. Et Tuscul. 4: Vir temperatus, contentus, sine metu, sine angustia, sine libidine, in ea sapiens. Doctæ Poeta:

Virtus cui sapit, ille sapit.

Octavo, Archias: Sapientia, ait, est cognitio rerum delinarum, et prudentia humanarum rerum, et eorum que ad vitam spectant. Non, S. Greg. 10 Moralium c. 27: Justorum, ait, sapientia est, nihil per attentationem frangere, eorum verbis aperire, vera ut sunt diligere, solus devotare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare quam facere, nullam injuriam ultionem querere, pro veritate contentiosum lucrum putare. Sed hæc iustorum simplicitas deridetur. Quid nuncius stultus videtur imudo, quæ mentem verbis ostendere? nihil machinatione callide simulare? nullas injurias contentione reddere? pro malodiosisibus ore pauperum querere? possessa relinquere? rapinam non resistere? perentium molitionem ultionem putare?

Jam vis excipula sapientia? Alexander Magnus videns Diogenem in doli recumbentem: O hoc, ait, sapientia referunt? Diogenes vero sapientia nihil deesse, hoc syllogismo colligebat: Amicorum omnia sunt contentio. Dicit nihil deesse: sapientia sunt eorum: ergo sapientia nihil deest, sed eorum, apud ea dorum, sunt omnia. Sed eodem syllogismo referret poterat petens aliquid. Cur potes habere omnia? at respondisset: Non peto, sed peto. Ita Laert. l. 6. Aristoteles dicebat sapientem sibi sufficere. sed quod omnia que sunt aliorum, sunt et istius qui cum omnibus habet amicitiam et communione. Affensus, Aragonum rex, abest se plaris facere sapientiam quam opes et regnum; illum quum esse Dei filium, solamque rerum omnium immortalium, atque ex omni genere animatum soli hominibus concessam. Testis est Paorm. in eius Vita. Thales rogatus, quomodo quis sapienter et optime videret? Si, ait, que in aliis reprehendi, et non faciat ipse. Ita Laert. lib. 1. Carolus V, felix et sapiens, in bellis pietate et Deo utelatur, adheque nervos belli esse pecuniam, commentas, milites; verum si ex his aliquo caruodum esset, se militem veteranum electorum esse, cuius industria et fortitudo reliqua duo ex hoste se comparatim confideret. Hinc ipse in comparatione exercitus se caput sumere ab Italis, brachia et manus ab Hispanis, pectus a Germanis, ventrem et pedes a reliquis gentium turba dicebat. Socrates aiebat, mentem sapientia esse templum, ejusque ex ostium. Sicut enim templum aperto palæstris simulacra purgantur; sic ex ore sapientis animi simulacra illustria peridentur. Philo lib. de Abraham: Sicut, ait, gubernator in navi, magistratus in civitate, imperator in exercitu, animo in corpore, mens in animo; sic verè primus est sapiens in humano genere, estque quasi sol in mundo.

Porrò documenta ac indicia sapientie accipe. Primò, sicut mundus iudicium teres ac rotundas sibi constat, ita sapiens nihil extra se querit, seipso contentum. Rursum, ut Ageson, teste Plinio lib. 40, c. 32, mediâ

etiam hinc mare tranquillum præstant, non sibi solum, sed aliis quoque; ita sapiens turbatissimis rebus, non solum ipse lætatur animi tranquillitate, sed et alios conciliatos componet ac sedabit. Secundo, sicut, teste Plinio, lib. 11, cap. 2, in calice non minùs admiranda vis est quam in elephante; ita sapientia in maximis pariter ac minimis negotiis magnium virum ostendit; ingenii enim vis etiam in ludico ac humilissimo argumento elucet. Uti enim bonus artifex è quavis materia simulacrum fingit; ita sapiens quamvis fortunam sapienter administrat. Tertio, ut cochlea, teste Plinio, lib. 9, cap. 32, lente ingrediuntur, nec quidquam attingunt, aut usquam se movent, nisi coribus prætentantur; ita sapientem oportet esse cunctabundum, minimeque precipitem, et pedetentim aggredi, gustu quodam prius sumpto. Sicut enim Aquilo initio vehementer desinit lenior; contra Austro initio lenior, desinit vehementior; qui magis inerecit umbra corporis; ita quanto plus quisque assecutus est veræ sapientie, hoc minus magnificè de se sentit; quo longius abest ab ea, hoc se magis dilatat stultissimâ persuasionem sapientie. Quinto, uti indomita, ait Plinius lib. 37, c. 4, vis est admanu, unde et vomer accepit, cædè ut nec caleat igni, nec ferro cedat, quin et totum ita respicit, ut ferrum simul et lucides dissiliat; sic sapientis animus adversis omnem fortunæ scientiæ impetu invictus est. At grando illa tectis dissulat magno quidem fragore, sed nulla orax; sic insultus fortunæ nihil potest in sapientem. Hinc veteres sicut fortunam rotundo lapidi insistentem plaverunt; ita sapientiam in quadrato statuerunt; ex hoc hieroglyphico volabilem illam, hanc vero firmam et incensuram significantes. Ita Pererius hieroglyphico 50. Sexto, ut Deus plurimum sapiens et intelligens minimum loquitur; ita sapiens non nisi necessaria loquitur.

Gentiles, ut vides, lector, subinde cito, non tam mox, quam aliorum nonnullorum præsertim secularium, qui libris et tempore carent, sensu et desiderio; quia Plato et Stoici, quo secuti sunt Aristoteles, Seneca, Cicero, Philo, ceterique philosophi, suam sapientiam haurere à Mose. Unde Plato dicitur esse Moses atque. Mox ergo redantur gnomo gentium, quasi ad eò accepta, idemque illi debent. Concionatores loquen, et qui res sacras tractant, cum grano salis discreto et sobrio iis utantur, ne sœva profanis temerè miscendo eadem vilipendant et profanent.

VERS. 21. — IN QUÆ POSUIT TESTIMONIUM, hoc est, legem, puta tabulas legis. Vide dicta v. 16.

VERS. 22. — INDI PRÆCIPIAM ET LOQUAR AD TE SUPRA PROPITIATORIUM. Hinc patet, Mosen duorum et legislatorum populi sapius intrasse in Sancta sanctorum, ut Deum de dubiis consuleret, vel iñhi audiret Deum morentem et præcipientem, ut hic dicitur. Quaro quod

Levit. 16, præcipit Deus ei pontifex semel tantum in anno ingrediatur in Sanctum sanctorum, hoc Mosen non tangit, qui non erat pontifex, sed legatus et interuentus Dei.

VERS. 25. — FACIES ET MENSÆ DE LIGNIS SETIM. Nota. Hæc mensa facta erat, ut exciperet 12 panes Deo propitiandis; hinc hæc mensa erat ante Sancta sanctorum, in Sancto, iuxta altare thymiatis, nam Sanctum hæc tria habebat scilicet altare thymiatis, quod ad latus septentrionale sive sinistrum habebat hanc mensam; ad latus verò meridionale sive dextrum, habebat candelabrum. Unde et mensa hebraicè dicitur *schulchan*, quasi missio vel emissio, quòd in ea panes hi immitterentur Deo. Consimili fortè agnominatione, inquit Vilalpando, mensam quasi missam vocant Latini, eò quòd in mensâ ferula mitterentur; nota primum dicebant, et secundam mensam; et ferula singula missa vocabant; licet Varro mensam dictam putet quasi mensam, eò quòd inter duos media poneretur. Secundo, erat hæc mensa facta ex lignis setim auro obductis. Tertio, longa erat duos cubitos, lata unum cubitum, et cubitum et dimidium; hinc patet mensam fuisse non rotundam, sed quadrangulam. Quarto, mensa hæc habebat labium, id est, labium aureum per circumum, in ipso labio erat corona interrasilis quatuor digitorum, cui alia corona minor imponebatur ad ornatum, et ut alior esset corona, utque melius panes continerent ne deciderent. Quinto, mensa hæc habebat quatuor pedes, et in summitate pedis ejusque habebat circumum aureum, ita ut per quatuor circulos positos in lateribus, non longitudinis, sed latitudinis, quo immitterentur vœtes, quibus perforaret mensa humeris quatuor sacerdotum. Ita ex Josepho Ribera.

Allegor. Sanctum est Ecclesia in terris militans, tendensque ad Sanctum sanctorum, id est, ad coelum, in quâ alii se dedunt clemensiam et operibus charitatis; hos significat hæc mensa panum; qui se dedunt doctrinæ et vite sanctæ; hos significat candelabrum; alii se dedunt orationi, laudi Dei et contemplationi; hos significat altare thymiatis; coronam habet mensa, ut significat misericordes et clemensynarius non tantum in coelo, sed etiam in terrâ à Deo benedicti, gloria et honore coronari. Vide Ribera lib. 2 de Templo, c. 11. Sicut mensa hæc erat in Sancto juxta Sanctum sanctorum, in quo erat thronus Dei, sic clemensynia, inquit S. Chrysostom. homil. 9 in Matth., unica Deo consilia, et vœper ei propinqua est; pro quibuscumque vœteris, facili munus impetrat, vincula peccatorum ipsa dissolvit, fugat tenebras, extinguit ignem; hinc cum nullâ fiducia portæ caeli aperiantur, et veluti reginâ intrante nullus jentorum, nullus custodum qui existant, vident dicere: Quis tu es, vel unde? sed omnes cum è regione suscipiunt. Virgo est habens alas aureas, circumscripta per omnia vœvitate, sed succincta, vultum habens candidum atque mansuetum, pennata est et levit, et semper nuda solum regale consistit. Recetæ Poeta:

O que vultus est? Deus enim sanguine servos; Mercuri exiguo nos piget are Deum.

Amadreas, Sabaudie dux, rogatus à quibusdam legatis, num haberet canes veneticos? annuit ut postera die rediret. Cui verò jam absentes, Amadæus è pergula ingentem mendicorum copiam eis ostendit uni discumbentium. Atque: *Hi sunt, inquit, canes mei quos alo quotidie, quinque celestem gloriam me apero tenturam.* De elemosynâ plura dicam, Deuteron 26, in fine.

Rursùm mensa hæc significat mensam corporis et sanguinis Christi in Eucharistia. Ita Rupert. et S. Hieronymus in 1 Malch. et Damasc. lib. 4, c. 14, et Cyrill. catech. 4 mystagogicâ. De hæc mensa canit Psaltes 145, *Ac Quid retribuam Domino, pro omnibus que retribuit mihi? Calicem salutatis accipiam, et votum Domini invocabo.* Et psalm. 23, 5: *Parvum in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me. Impugnasti in oleo caput meum, et calix meus inebrians quom prædicans est.* Et Zach. c. 9, 17: *Quid bonum eius est, et quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, et vinum germinans virginis?*

VERS. 24. — FACIESQUE ILLI CORONAM AUREAM. *Latum, id est, limbum circumcincta.*

VERS. 25. — ET IPSI LAMBO CORONAM INTERBRASILEM ALTARI QUATOR DECIS, Heb. *ipsi labio sive limbo facies clausuram, id est, limbum illum qui claudit limbes mensæ, ne ex ea panes deciderent, et ejus una pars claudat altam; quod noster interpres exprimit per interrasile; in opere enim intrasillâ quodam plana sunt, quodam verò exsculpta sunt opere tornatili, ut ex parte plana sunt ambra. Opus hoc intrasille, triplacemque hanc limbum, sive coronam, ita describit Valspando: Si ponas, inquit, tabulam crassam quatuor digitos, ex quibus duo medi ad interiora retrahantur et variis collatis asperiores redduntur, est opus intrasille; reliqui vero duo digiti, scilicet unus inferne, alter superne cyathium erit ipsi tabula, quod Vitruvius vocat opus Lesbium, cum scilicet ipse limbus intrasillis utrinque, puta infernè et superne, cymatio quasi coronâ cingitur.*

ET SUPER ILLAM, ALTERAM CORONAM AUREOLAM. Tertius erat hic mense limbus, secundo impositus, ut secundas impositus erat primo et uno, lique ad ornatum magis quàm ad necessitatem. Noster interpres hanc coronam vocat aureolam, non quasi non esset ex puro auro (Hebræa enim vocant eam coronam auream), sed quia parva erat; ideoque minùs auri quàm cæteræ confinebat, q. d., coronulam. Hinc scholasticos sumpsisse nomen aureolæ, ut per illud dotes quasdam accidentales beatitudinis significarent, quæ propria erant virginum, martyrum et doctorum, cæset libera et alii.

VERS. 27. — UT MITTANTUR VECTES PER EOS. Verisimile est vectes hæc fuisse annalis insertos et profensos, non secundum longitudinem, sed secundum latitudinem mensæ, ut scilicet ferri possent mensa gravis à quatuor viris in humeris; nam alioqui, si secundum longitudinem mensæ protensi fuissent hi vectes, cum mensa tantum esset lata cubitum minus, non potuisset commodè eâ parte duorum lajlorum

humeris inferi; secus erat in arcâ; hæc enim lata erat cubitum et dimidium. Ita Abulensis.

VERS. 29. — PARABIS ET ACETABELA, AC PHIALAS, THURIBULA ET CYATHOS, IN QUIBUS OFFERENDA SUNT IALIBINA, EX AURO VERISSIMO. *Acetabula, hebr. scutellas; Septuag. ὑδρῆτες, id est, paropides, patellas vel catinos; puta ad excipiendam et continentendam similitam, quando illa offerri debelant; item ad excipiendam sacrificia sartaginis et elibanti, de quibus Levit 2.*

PHIALAS. Vasa sunt parva et concava, in convivis nobilioribus nota; hebr. vocantur *cappoth*, à curvitate voles manas; quam imitantur. Septuag. virtum *ὄστρες*, id est, mortaria, unde et S. Hieron. sæpè eas vocat, mortariola. Erant hæc phialæ paratæ ad vinum, aliæque libamina in sacrificiis fundenda; ad idem parati erant cyathi. Vasa hæc allegoricè mensuram prædicationis significant, ut scilicet singulis juxta capacitatem indolis et ingenii illa temperetur et conferatur. Rursùm, S. Gregorius homil. 6 in Evang. per phialas, doctiores; per cyallos, minus doctos et sapientes accipit. *In tabernaculo, inquit, non solum phiala, præcipiente Domino, sed et cyathi facti sunt. Per phialas quippe doctrina exuberans; per cyathos verò parva atque angusta designatur scientia. In Deo ergo tabernaculo, id est, in Ecclesiâ, positi, si per doctrinam sapientie ministrare phialas minime potestis, in quantum pro divina largitate sufficatis, proximi vestri boni verbi cyathos date. Etiam egrediam alios trahite; in via Domini socios habere desiderate; si ad Deum tenditis, curate ne ut vos soli perveniatis. Nimium, qui concitari nequit, catechizet, confessiones audiat; si nec hoc potest, proximum consoletur, monet, hortetur ad confessionem, ad elemosynas, ad virtutem.*

THURIBULA, scilicet ad asservandum tum thymiama quod adoleendum erat, tum thus quod panibus propositionis imponendum erat, ut dicitur Levit. 24, 7. Noster alibi, crateras, Septuaginta libatorias vocant; quæ, ut videtur, suâ cavitate servire poterant utrique, scilicet tam thuri, quàm libamini suscipiendo.

Nota. Hæc vasa facta sunt ut subservirent partim altari holocaustorum (in quo non commodè neque nitidè reponi potuissent hæc vasa; unde reposita sunt in mensâ hæc), partim altari thymiama, videlicet ut pro eo ex thuribulis his thus acciperet sacerdos in thuribulum aliud, quod plenum igne ex altari holocaustorum acceperat, ut in eo thymiama adoleret in altari thymiama.

DICES: Exodi 37, 15, dicuntur hæc vasa facta esse in usus mensæ. — Respondet, duplicem fuisse mensæ usum; primum, ut contineret panes propositionis; secundum, ut esset quasi repositorium vasorum mundorum, et ita subserviret altari utrique; atque in hunc usum mensæ dicuntur facta esse hæc vasa, Exodi 37, non autem quasi ipsi libarator, aut thus adoleretur in mensâ. Ita Abulensis. Hæc vasa in tabernaculo erant panes, unde omnia unâ mensâ capi poterant. Salomon vero eorum numerum auxit; solas enim phialas fecit centam, easque aureas; ideoque uni decem candelabra, ita et decem mensas fecit, quinque à dextris, quinque à

sinistris. Joseph., lib. 8 Antiq. 2, ait has mensas habuisse phialas et poteras aureas viginti millia, argenteas quadraginta millia.

Alius respondet Valspando lib. 4 de Templo, c. 57, hæc vasa solè mense servivisse, nam per acetabula intelligit crateres aureos, quibus singuli panes imponebantur; per thuribula eorum opercula, ne panes à pulveribus vel à muscis fedarentur. Ita et Vatablus per phialas accipit vasa quibus imponebatur thus supra ipsos panes; per cyathos vasa, in quibus vinum pro panibus libabatur, de quo Levit. 24, 5. Itaque hæc vasa, et hæc panum libatio fuerunt typus calicis et libationis sanguinis Christi, cum ejusdem corpore, sub specie panis, in Eucharistia; de quo rursùm paulò post dicam. Hæc responsio valde probabilis est, tum quia magis satisfacit verbis S. Script., tum quia mensa erat parva et panes magni, ita ut ipsi planè lecta fuisse videatur; tum quia alia vasa ad altare holocaustorum, et alibi reponi poterunt.

VERS. 50. — ET PONES SUPER MENSAM PANES PROPOSITIONIS IN CONSPPECTU MEO SEMPER. Nota panes propositionis, qui scilicet proponantur, sive ponantur ante Dominum, vel coram arca et propitiatorio, in quo se præsentem exhibet Deus; hinc hebr. vocantur *factine panes*, id est, panes faciei, et græcè Septuag. eos vocant *ἄρτοι ἐπιφανείας*, id est, panes faciales, qui scilicet positi essent ante faciem et conspèctum Dei, sive, ut Septuag. *ἄρτοι τοῦ θεοῦ*, id est, coram Deo. Perperam ergo Judæi patant hos panes facierum vocari, eo quòd dum habent facies, id est, superficies similes, puta superiorem et inferiorem, ut fit in libris nostris et hastiliis; aut quòd quatuor habent angulos, quos ipsi vocant *facies*. De his panibus plura dicam Levit. 24, v. 5.

Nota. Sicut candelabro Mosaico in templis Christianorum respondent candelabra et lumina, ac præsertim lampas accensa ante vener. Sacramentum (hoc est enim nostrum Sanctum sanctorum), et sicut altari thymiama respondent nostra thuribula, et thurificatio in sacrificio Missæ; ita mense panum propositionis respondet mensa Spiritus sancti, quam vocant, quæ in templis diebus Dominicis, multis in locis proponitur plena panibus, ut in pauperes distribuatur, idque ex præcepto Ecclesiæ ritu. Nam S. Paulus, 1 Corinth. 16, v. 2, jubet in Ecclesiâ die Dominicæ collectam fieri elemosynarum, quæ in pauperes erogentur.

VERS. 51. — FACIES ET CANDELABRUM DUCTILE DE AURO VERISSIMO. Nota primo. Candelabrum hoc erat unum ex tribus quæ erant in Sancto, eratque ad dextram altaris thymiama. Hoc candelabrum ductile erat, id est, malleatione productum et eformatum ex uno auri talento; erat enim concavum et parvum uti et mensa et altare. Secundo, hastile medium candelabri utrinque habebat tres calamos, sive ramos, id est, universim sex, qui omnes cum hastili æqualiter in altum assurgelant; hinc septidum erat candelabrum; et in summitate tam hastilis, quàm ejusque calami habebat lucernam; habebat ergo septem lucernas. Hæc

autem omnia non erant inserta vel affixa, sed ductilia, puta ex unâ auri massâ et talento malleatione producta. Tertio, calami ornati erant triplici, hastile verò quadruplici ordine scyphorum, sphaerularum sive globulorum, et liliorum vicissim sibi succedentium ter in calamis, quater verò in hastili. Hastilio enim infra calamos unum habebat ordinem scyphorum et sphaerularum, uti dicam v. 55. Quarto, lucernæ hæc tabernaculum sive Sanctum, altare thymiama et mensam panum propositionis illuminabant, sed noctu tantum, uti pluribus dicam c. 27, v. 21. Quinto, candelabrum habebat sua emanctoria, item thuribula sive vasa, in quibus ea quæ emanata erant, extinguebantur. Sexto, candelabrum in Sancto positum erat obliquè, ita ut lucernæ ad meridiem et orientem respicerent. Ita Josephus. Septimo, in tabernaculo unum tantum erat candelabrum; in templo verò Salomonis fuerunt decem candelabra, quinque ad dexteram et quinque ad sinistram, ut patet 3 Reg. 7, 49. Unde corrigendus est Josephi codex l. 8 Antiq. 2, ubi sit in templo fuisse decem millia candelabrorum; corrigendum enim est decem candelabra.

Symbolicè, candelabrum hoc imago erat celestis sphaere septilustris, sive septem planetarum. Tabernaculum enim typum gerebat mundi; Sanctum sanctorum vero cœli empirei candelabrum. Ita Philo et Josephus.

Allegoricè, candelabrum est Christus, vel potius Ecclesia, Apocal. 1, ult., quæ lux est doctrinæ veritatis. Prima, et aptissime, candelabrum est fides et doctrina Ecclesiæ toti mundo præluens, eumque illuminans. Secundo, septem ejus lucernæ sunt omnes doctores, qui totâ nocte propolis seculi lucent vitâ et doctrinâ; hæc omnia facta sunt ex talento auri, quod pondus plenum est et perfectum; quia eorum doctrina et vita perfecta est in sapientiâ et charitate. Tertio, scyphi significant sicut ad Deum et res divinas, sphaerulæ contemptum terrenorum (sphaera enim sive globus terram tantum tangit in puncto); lilium pulchritudinem virtutum et odorem bonæ vitæ, quæ tria doctores habere debent. Sic Virgilius dixit virum bonum esse instar sphaeræ rotundum; ne in angulis sordens resideant, cum de eo ait:

Hic mundi instar habens totus teres atque rotundus, Externè ne quid labis per decem sidas.

Hæc omnia facta sunt ex auro, quia virtutes jam dictæ ex charitate manare debent. Rursùm candelabrum ductile est, non fusile; quia doctores multis tentationibus et persecutionibus mundi et poliri debent, antequam ad calmen virtutis perveniant; ut cæteris præluceant. Quarto, hoc candelabrum illuminabat mensam, altare, totumque Sanctum noctu, quia fides et doctrina Ecclesiæ debet illuminare et dirigere orationes, opera misericordis, omniaque sancta opera fidelium in hæc vitâ; nam in cœlo eâ opus non erit; ibi enim omnes erunt docibiles Dei et theodidacti. Quinto, emanctoria sunt disputationes et explicationes, quibus errores auferuntur, et sua veritati lux redditur. Sexto, in tabernaculo erat unum candelabrum, in templo decem; quia

major est *in doctrina* et *cognitio* mysteriorum divinarum in Ecclesia quam fuerit in Synagoga; in templo quinque candelabra erant dextram, et quinque ad sinistram; quia Ecclesia tam in prosperis quam in adversis semper est luce plena, nec accessibus erigunt, nec perscutionibus deficitur. Ita ex S. Gregorio hom. 6 in Ezech. et Beda, Ribera de Templo, lib. 2, c. 15.

Moraliter ergo doctores et doctrina sunt lux et candelabra Ecclesiae; eorum lux sit prima lex: Doctor, ait S. Bernardus, *sit candelabra, non canalis*, hoc est, prius scientiam recipiat, et hanc se impleat, ut plenus eam deinde in alios effundat; prius se doceat quam alios. Secundo:

Quidquid precipies, esto brevis; ut cito dicat.

Percipiant nimis doctes, tenuisque fideles.

Tertio: non tantum intellectum; sed et affectum imbuat; nam doctrina spiritus non caritative accendi, sed charitate accendi, inquit S. Bernardus. Quarta: Prius doceat factum quam verbo. Sic enim Jesus prius cepit facere, deinde docere: *Doctrina*, inquit S. Gregorius, *cum omni imperio docetur quando prius agitur quam dicitur*; nam doctrina subtrahit fiduciam, quando concientia precepit linguam. Et S. Chrysostomus, hom. 35 in Mattheo. Si bene, ait, *sixeris, et bene doceris, omnium iudex eris; si male sixeris, et bene doceris, tui solum; nam bene docento populum instruis, et male docendo noces Deum, quomodo debeat te condonare;* nam ut idem ait sermo de Compunctione: *Gravitas est condempnatio componit aeternum unum, vitium vero suum negligit.* Quinta: Ita doceat ut delectet, itaque influat in animam audientis.

Omne tui punctum, qui micuit tibi dulci.

Sexta:

Qua nisi, sine arrogantia postulata imperit;
Qua necesse, sine occultatione ignoratur tibi postula imperit.

Ait Seneca 4 de Virtut.

Subinde tamen noster interpres polymitarium à plumario sive phrygione distinguit, et polymitarium vocat eum qui texturâ, plumarium vel phrygionem eum qui acu varia pingit et effigiat, ut patet c. 28, v. 25, et c. 35, v. 56. Addit Prado et Alcazar Apocal. 4, pag. 381, iusio (ubi nullam aliam vocem *cherubin* significationem admittit) hoc opus vocari *cherubin*, quia verè imagines Cherubim vario colore expictæ et intextæ erant hinc cortinis, uti easdem expictas fuisse in velo et parietibus templi, patet 2 Paral. 5, v. 7 et 14, idque ad hoc, ut significarent tropheæ victoriae, quæ è bello Aegyptiaco, merso Pharaone, sponsus sine puta Synagoga, liberanda gratiâ, Deus sponsus reportaverat; ut scilicet ea gestaret sponsus tam in cyclade sacerdotum variè picti, quam in tabernaculo, tanquam insignia sui regni et sacerdotii, ut iis in admirationem et amorem tam strenui ducet et tam amantis conjugis, puta Dei optimi maximi, suam vestem summeque tabernaculum intuens, accenderetur. Josephus tamen in hinc cortinis, non hominum aut animalium,

sed herborum, arborum et aliarum rerum effigies pertextas fuisse dicit.

Vers. 2.—TEXTORIA, id est, cortinae ad modum tentorii tenentur.

Vers. 3.—QUINQUE CORTINE Sibi JUNGUNTUR RETORTA, q. d.: Ex decem cortinis quinque et quinque vel assurtæ, vel alio modo conjunges, ut sint instar duarum magnarum cortinarum, quæ rursus in unam maximam cortinam 50 ansulis copulabuntur; quò fiet ut longitudine omnium cortinarum manent eadem, videlicet 28 cubitorum, latitudo secundum quam neuntur, sit 40 cubitorum; quater enim decem faciunt 40; quilibet enim cortina ex decem lata erit cubitus 4, longa 28. Hinc facile est videre, quomodo hæc 10 cortinae commensæ fuerint tabernaculo, illudque totum, exceptæ parte orientali quæ patebat ingressus, operuerint tam supernè, quam quoad tria reliqua latera. Quod ut clarè videas, nota primò, tabernaculum (puta tabulas tabernaculi) ab oriente usque ad occidentem longum fuisse 50 cubitis; à meridie verò ad septentrionem latum fuisse decem cubitis. Secundò, tabulas tabernaculi altas fuisse decem cubitis ex omni latere. Tertio, cortinas hæcæ connexas habuisse 28 cubitos longitudinis, et 40 latitudinis, uti dixi;

Deo primò: Velum hoc 10 cortinarum secundum longitudinem transversim fuit dispositum, hoc est, extensum fuit à latere æquilonari ad latere meridiamum, ita ut utrumque hoc latere, et simul superiorem partem, sive aperturam, quæ hæc tabule superius ab invicem in latitudine distabant, instar tecti tegeret et operiret. Id ita fuisse patet; nam duo hæc latera, puta æquilonare et meridiamum, habebant singula latera, puta cubitos altitudinis, quæ simul juncta faciunt 20 cubitos; latitudo verò superna, uti et inferna, erat 40 cubitorum. Ergo totam hoc spatium trium horum laterum, puta altitudinis tabularum utriusque, et latitudinis supernæ, erat 50 cubitorum, quod cortinae longæ 28 cubitos ita cooperiebant, ut utriusque, sive hinc et inde, cubito abesset à terrâ, quem explissent usque ad terram, si non 28, sed 50 cubitorum fuissent, uti erat ipsius spatium tabernaculi.

Deo secundò: Velum hoc decem cortinarum secundum latitudinem expansum fuit ab oriente in occidentem. Id patet; nam longitudo tabernaculi, quæ accipiebatur ab oriente in occidentem, erat triginta cubitorum; altitudo verò lateris occidentalis, uti et cæterorum, erat 10 cubitorum, qui juncti cum 50 cubitis longitudinis jam dictæ faciunt cubitos 40, qui numerus est latitudinis hujusce veli; velum enim hoc 10 cortinarum juncturam latum erat 40 cubitos, uti dixi. Sic ergo omnia latera tabernaculi hoc velo tangebantur, excepto latere orientali, quò patebat ingressus. Ita Abulensis quæst. 4. Simili modo dispositum fuit sagum cilicium, de quo v. 7; sed quia illud constabat non decem, sed 11 cortinis, quarum quæque, non 28, ut priores, sed 30 habebat cubitos longitudinis; hinc fiebat ut hoc sagum, propter 30 hinc cubitos, utriusque ad terram pertingeret; et propter undecimam cortinam, latitudo unius cortinae ante, et latitudo al-

terius cortinae retrò, mediâ sui parte reflectenda esset.

Tropol. in tabernaculo, id est, Ecclesiae decem cortinae sunt 10 præcepta charitatis, sive Decalogi; sunt quinque et quinque, quia tum novo quam veteri Testamento congrunt singulae; latera sunt 4 cubitos, charitas enim ad 4 cardinales virtutes se distendit; longæ sunt cubitos 28, qui numerus ex quatuor in septem (qui sabbati est numerus) doctus consurgit, estque numerus compositus plenus; solus enim primis suis omnibus numeris, quasi partibus conflatur et integratur: nam si jungas 1, 2, 5, 4, 5, 6, 7, efficies 28, quia charitas legis divinae longissimam, et perfectam nobis parit æternitatem; unde et ansulae 50 extantes hyacinthinae, id est, celestis coloris, significant spem celestium celestique jubilæ, in quo plenissimam habebimus libertatem et lætitiâ; circuli aurei perpetuam claritatem et clarum Sanctorum charitatem, sive amorem multum significant. Vide Bedam lib. 2 de Tabern. c. 2.

Alter S. Greg. hom. 19 in Ezech.: Cortinae, ait, tabernaculi, sancti omnes sunt, qui ex diversis virtutum coloribus in sancta Ecclesia ornamento proficiunt. Qui et interiora velant, et exteriora omni modo exornant; quia eorum vita in quantum videtur ornamentum est, et eorum intellectus intus absconditus, diu celestia, que in mente servant, edicere non possunt, in eis aliquo modo velatur. Rectè autem decem cortinae sunt, quia per Decalogi studium ipse sanctorum corda proficiunt. Hyacinthinae verò ansulae cortinarum fieri quinquaginta præcepta sunt. Hyacinthinae caeli speciem habet. Annulae ergo cortinarum sunt præcepta celestia, in quibus ligatur anima, ut ab inferioribus sublevetur superius pendente. Quod videlicet ansulae habent et circulus aureos, intellectum, scilicet verâ sapientiâ fulgentem. Qui intellectus quia esse debet per omnia circumspicere, et tanta sollicitudinis vigilantia munus, rectè per circulos designatur. Et notandum quòd à latere et summitate juventur ansulae vel circuli in cortinis fieri, quia præcepta celestia, et intellectus spiritualis, non solum debet nos trahere in Deum amorem suspendere, sed etiam proximo in charitate sociare. In eo enim quòd Conditionem nostram diligimus, quasi per superiores ansulas in caelum pendimus; in eo verò quòd sicut nosmetipsos proximos amamus, ansulas et circulos à latere habemus, ut cortinae tabernaculi, id est, fidelium animae, per charitatem conjunctae sint, et non per discordiam divise.

Vers. 6.—FACIES ET QUINGAGENTA CIRCULOS, puta circulares fibulas, ut latera duo cortinarum quarinarum vela per eos conjungi, et rursus solvi et disjungi possint, quando proficiendum est; unde noster interpres hos circulos, v. 11, vocat fibulas, et Hebraicum hæc significat circulum et fibulam circulearem, à circivitate.

Vers. 7.—FACIES ET SAGA CILICINA UNDECIM. Hebraicè, facies et cortinae à pilis caprarum undecim; nam è pilis caprarum vestes contextæ cilicinea dicebantur, de quibus c. 25, v. 4. Hæc saga sive vela eodem modo jungebantur et spargebantur per tabernaculum, quo 10 cortinae, ut dixi v. 3.

Tropolog. S. August. serm. 15 in Matth. : Undecim, inquit, est symbolum peccati, quia transgreditur decarium Decalogi, quod hic cilicium, sive sago cilicium plangitur; hoc ergo solum symbolum fuit penitentiae. Penitentia, inquit Isidorus lib. 5 de summo bono, est medicamentum vulneris, spes salutis per quam Deus ad misericordiam provocatur, qua non tempore pensatur, sed profunditate lactis et lacrymarum, qua omnis cruciatur et mortificatur caro. Et Hugo Victorinus, l. 3 de Myst. Eccles. : Penitentia, ait, dicitur, quasi penitentia (aut potius penae tententia), eo quod ipse homo in se penitendo punit quod male admisit. Tria enim que sunt in percussione peccatoris, id est, peccatus, sanus et manus, significant quod penitentia est de his, quae manibus, voce et opere peccantur.

AD OPERANDUM VETERUM TABERNACULI, lectum vocat tegumentum, puta velum decem cortinarum, sicut dictum, quod tegebat tabernaculum inter tecti.

Mystice haec saga significant sanctos predicatores; unde ter decem, id est, 30 habent erant, qui numerus est perfectus; qui tamen sint humiles, quia, cum numerus undecimus, Decalogum quomodo se transgredi fateantur, adeoque cilicium et lagnrem penitentiae statum, quin et habitum subinde, inquit S. Joannis Baptista, amittuntur, ut sic populum ad penitentiam permoveat. Ita Beda.

VERS. 12. — EX MERIDIANE PARTIS OPERAE POSTERIORIS TABERNACULI, q. d. : Operae, id est, replicatae, cortinam unam ad altitudinem duorum cubitorum, ut sit latitudo operamentum, quod operat posteriori partem tabernaculi ad altitudinem duorum cubitorum, Ita Abulensis.

VERS. 13. — FACIES ET OPERIMENTUM ALIUD TECTO DE PELLIBUS ARISTEM BERICATIS : ET SUPER HOC BURSAM ALIUD OPERIMENTUM DE IANUENSIS PELLIBUS. Tectum hic fursum vocatur operimentum primum tabernaculi, puta velum decem cortinarum, quod hebraei vocantur *ohel*, id est, tabernaculum, quia erat totius tabernaculi proximam tegumentum.

Nota. Quatuor erant operimenta sive tegumenta tabernaculi. Primum erat velum decem cortinarum ex bysso, purpura, cocco et hyacintho, de quo v. 1. Secundum erat stragulum ex undecim sagis cilicinis vel capriinis, de quo v. 7. Tertium ex pellibus arietum rubricatis. Quartum ex pellibus ianthinis. An autem haec duo ultima solum tabernaculi tectum texerint, uti voluit Beda, Casetaus et Lipoman, an vero etiam latera tabernaculi, incertum est; nam quod, v. 14, dicitur illa operuisse tectum, nil facit pro Beda; sed enim tectum idem est quod tabernaculum; hinc enim undique tegebatur, et quae ratio fuit generali tecti proprie dicti hinc duobus operimentis, eadem militat pro toto tabernaculo, videlicet ne lateretur imbecilis, ne cordine delicatioris et tabula aurata fastidirentur aut corrumperebantur. Unde Josephus ait tabernaculum tali colore, specie et decore fuisse venustum exterius, ut iustitiam mirarentur, et caelum esse putarent, quod vel maxime de quarto operculo ianthino latera eingeat et tegens accipiendum videtur. nam

tectum tabernaculi, cum planum et alium esset, videri non poterat. Similiter decem cortinae polynita, cum essent infimae, et sago cilicium undique tegebatur, nulli sui parte videri poterat. Ita Abulensis, q. 10.

Tropol. operimentum ex pellibus arietum rubricatis significat apostolicos viros, qui sanguine suo Ecclesiam operuerunt, ejusque fidem stabilierunt, contra omnes ingruentes iudicium procellas. Hi ergo rubricati sunt, quia sanguine suo vitam beatam, tam suam quam Ecclesiae emerunt. Narrat historia Romanorum de C. Mario, quod castra opposuerit contra Cimbricos et Teutonicos loco arido, multique sitiendi et aquam potendi demonstrans animum iuxta vallum hostium: *Teblae*, inquit, *peti à vobis potest potus sanguine venale*; mox oraverunt milites, ut eos eo duceret. Idem Christus dixit martyribus et Ecclesiae. Operimentum vero arietum significat virgines, qui colore caelesti, mortui carni et mundo, mortalem tantum pellem secum deferunt, animo in caelis defixi; hi in Ecclesia eminent, eamque meritis et orationibus tantur. Unde virgines dicuntur quasi virtute insignes, et ceteris quasi coelestes, et caelo beati, id est, coeli civium vitam in terra imitantem, inquit Beda lib. 2 de Tabernac. c. 3 et 4. Quana, inquit S. Amb. lib. 1 Offic. eccl. *virginitatis gratia, qua meruit à Christo eligi, ut esset corporalis Dei templum, in quo corporaliter habitant plenitudo divinitatis? Virgo genuit mundi salutem, virgo peperit vitam imperatorum.* Et S. Gregorius: *Plas est virginitas, flos martyria, flos actus bona. In horto virginitas, in campo martyrium, bonum actus in italiano.* Et S. Cyrillus lib. de Virgin. : *Virginitas est soror angelorum, victoria libidinum, regina virtutum, possessio sanctorum sanctorum; flos est ecclesiasticus germinis, decus atque ornamentum gratiae spiritualis, illustratio portio gregis Christi.* Et S. Hieron. : *Esse angelum, felicitatis est, esse vero virginem, virtutis, diem hoc obtinere nititur ex gratia, quod habet angelus ex natura.*

VERS. 15. — FACIES ET TABULAS STANTES TABER-
CULI. Haec tabulae erant quasi parietes tabernaculi, erecti à tribus ejus lateribus. Secundò, haec tabulae in latere meridiano erant 20, et totidem in latere aquilonari, quae duo latera erant latera longitudinis tabernaculi, unde sequitur, tabernaculum longum fuisse 50 cubitis; quilibet enim tabulae sesquicubitalis erat à 20 ergo tabulae efficiebat 50 cubitos; distabant tabulae aquilonares à meridionalibus decem cubitis, quae erat latitudo tabernaculi; aliae erant 10 cubitis. Tertio, ad occidentem erant tabulae sex integrae et duae dimidiae, ut ut omnes octo junctae facerent 10 cubitos (quae versus erat latitudo tabernaculi); jungentibus enim haec tabulae latera meridiana et latera aquilonare tabernaculi. Quarto, haec tabulae singulae duas habebant lases, quasi duas cardines, qui in duobus foraminibus duorum basium argenteorum suscipiebantur, itaque ad hoc ut hastibus hinc argenteis imitterentur tabulae et firmis consisterent.

Allegorice, tabulae haec significant distillationem Evangelii per Apostolos et eorum successores in universo mundo; lases erant oracula Prophetarum, quae

bus predicatio Evangelii nitebatur. Ita Beda et Isidorus. Verum Nyssenus per tabulas et bases angelorum multitudinem, quae sanctos et electos custodit, intelligit. Verò S. Augustinus in serm. Apost. Petri et Pauli : *Petrus, inquit, pater in mundo, factus est dives in Christo, cui reges et nationes fundantur in saeculo. Paulus vero diem urget gladius sanctos, fidei arceque jugum, et magister factus est gentium, forma martyrum, fornicatio damnorum, indullor criminum, fonsque virtutum.* Et S. Chrysostom. 1 de Laud. S. Pauli : *Paulus terram simul atque mare, Graeciam simul atque Barbariam, omnemque prorsus, quanta est sub sole, regionem, quasi solutus circumvitavit; non simplici labore velut in vacuum litinera percurreret, sed peccatorum spinas pariter excellens, verbanque pietatis ubique seminans, errores fugans, veritatem reducens, ex hominibus angelos faciens, quinimo ipsos homines quasi ex diamonibus in angelos provechens.* Et versus : *Paulus caeli civis, Ecclesiarum columna, angelus terrastris, homo caelestis. Sicut enim missum in ignem ferrum, totum ignis efficitur; sic Paulus charitate succensus, totus effectus est charitas.* Idem versus : *Misti Curiales Apostolus, quasi vel radios suos, quasi rosae suavitate odoris sui, quasi ignis scintillas suas; nam sicut sol in radiis apparet, sicut rosa in odoribus suis sentitur, sicut ignis in scintillis suis aspicitur, sic in illorum virtutibus Christi potentia agnoscebatur.*

VERS. 17. — IN LATIBUS TABULAE DUE INCASTRATURE FIERT, QUIBUS TABULA ALIUM TABULAE CONJECTURATE, q. d. : Singulae tabulae duabus sui partibus excavabuntur, ut vicina in eas per partem sui protrinentem, quasi per manum, ut habent Hebraei, subintrare possit, itaque illi connecti. Haec incastratione vel commensura tabularum significat humilem charitatem, quae Apostoli et sancti eorum sequaces invicem juncti et devoti sunt. Ita Beda.

VERS. 22 et 23. — AD OCCIDENTALEM VERO PLAGAM TABERNACULI FACIES SEX TABULAE, ET BURSUM ALIAS DEAS, QUAE IN ANGULIS ERIGANTUR POST TERGUM TABERNACULI, q. d. : Tabernaculum ad occidentem habebit octo tabulas, ut dicitur v. 23, ita tamen ut sex integrae sint, scilicet sesquicubitales, duae vero reliquae sint tantum senicubitales; nam cum latitudo tabernaculi deberet esse 10 cubitorum, 6 quidem tabulae tantum darent novem cubitos; hinc illis sex additae sunt duae aliae minores, videlicet utraque una mediam habens cubitum, ut ita decimus cubitus latitudinis tabernaculi per eas completeretur; quae proinde in angulis erectae dicuntur, quia una latera meridiana, altera aquilonare tingebat; ipse demque cum sex reliquis dicitur fuisse post tergum tabernaculi, id est, ad latera occidentalia tabernaculi, quod tegebat Sanctum sanctorum; nam pars anterior et orientalis tabernaculi nullas habebat tabulas, sed patebat, quia ibi erat ingressus in tabernaculum.

Antiquo octo haec tabulae post Sanctum sanctorum significant octo beatitudines, quae post hunc vitam mentibus easque hic prosequuntur succedent et obtinent. Ita Rupertus.

VERS. 24. — ERUNTQUE CONJECTAE, sex scilicet

tabulae aequales, et quasi gemellae sorores, nam de aliis duabus minoribus paulo post loquitur.

Et EX COMPAGO RETINEBIT. Hebraice, *erantque omnes perfectae*, id est, omnino aequaliter nexae ad caput, id est, sursum, ad annulum unum, id est, quasi uno annulo, retinebuntur; non enim verè annulo, sed incastratis, ut dixit vers. 17, quasi annulis necabantur, quod noster interpretes clare veritè : *Una omnis compago retinebit.*

VERS. 26. — FACIES ET VECTES DE LIGNIS SETHI QUINQUE AD CONTINENDAS TABULAS. Ille agit de vectibus, qui ex omni, puta ex triplici latere erant quinque, ut tabulae attingerent et continerent; hinc sequitur hos vectes universim fuisse 15; ter enim quinque faciunt 15, quoddecim, laquam, integri et commensurati longitudinis vel latitudinis tabularum; sed quisque integer ex pluribus partialibus constabat, praeterquam in utroque latere longitudinis tabernaculi; nam cum latitudo esset 50 cubitorum, debuisset vectis unius ligni esse pariter triginta cubitorum, quante longitudinis vectes aut transversa via reperiturum. Unde ergo vectes hic ex multis partialibus constabant, videlicet hi qui erant ad utrumque latere longitudinis quod erat 50 cubitorum; hi singuli sex partialibus integrabantur; nam quilibet partialis erat 5 cubitorum, ait Josephus. Partialis ergo hic invicem jungebatur, ut insereretur caput unius cavo alterius, uti ossa in humano corpore invicem innectuntur in modum pyxidid, inquit Josephus.

VERS. 28. — QUI MITTENTUR PER MEDIAS TABULAS, non per ipsam spissitudinem tabularum, sed per dorsa eorum transversim; nam in eorum dorsis erant annuli, per quos hi vectes immidebantur, A SUMMO USQUE AD BURSUM, id est, ab extremo usque ad extremum. Ita Hebraei, quae sic habent : *Et vectes quisque medius, supple ibit vel transit, in medio tabularum, transiens ad extremum usque ad extremum, quod noster clare veritè : Qui mittentur per medias tabulas ad extremum ad extremum. Septing. Chald. Vatabl. et alii haec accipiunt de illo vecte medio transiente ipsam crassitudinem tabularum; de eo accipit et noster, c. 36, 33, ubi in hebraeo ponit eadem verba sunt quae hic, de quo ibi dicitur. Allegor. quiaque hi vectes facti non ad pertinandum, sed ad tabulas continendas et astringendas, significabant Pentateuchum sive quinque libros Moysi, quibus tam Judaei olim, quam Christiani nunc in praesentia vita ad fidem et virtutem, et ad spem rememorationis futurae accenduntur.* Ita Beda, lib. 2, c. 7.

VERS. 31. — FACIES ET VECTES. Describitur hic velum dividens Sanctuarium et Sanctuariorum sanctuarium, id est, dividens Sanctum à Sancto sanctorum; erat hoc velum oppannum Sancto sanctorum, factum ex bysso, cocco, purpura et hyacintho, eratque oppannum ad quatuor columnas factis ex lignis setim inauratis, quae columnae habebant capita aerea et bases argenteas. Secundò, quo spatium velum hoc sit constitutum Scripta hic subicit; sed si ex tempore, quod ad instar tabernaculi edificatum est, velo conjungere licet, Sanctum sanctorum tertiam tabernaculi partem occupat.

haf, ita ut velum hoc tertiam hanc partem à reliquis dirimeret. Sanctum ergo sanctorum undique quadratum erat; tam enim in latitudine et longitudine quam altitudine habebat decem cubitos. Hinc alludens S. Joannes, Apocal. 21, 16, loquens de caelo empyreo significato per Sanctum sanctorum: *Civitas, inquit, illa in quadro posita est.*

Mysticè, hoc velum significabat, nos, qui sumus hic in aërio et Sancto, id est, in Ecclesiâ militante, per fidem et enigmaticam cognitionem speculari Deum et futura bona, que sunt in Sancto sanctorum, id est, in caelo. Unde in Christi passione hoc velum scissum est; quia Christus sua morte nobis aditum ad caelum et clarum Dei visionem aperuit. S. August. serm. 18 super Joan.: *Ambula, inquit, per fidem, ut pervenias ad visum; spes non sufficit in patria quoniam fides non consolatur in eâ. Item rursum: Quid est fides, nisi credere quod non vides? Unde et quomodo capitur Trinitas? credit, homo, interrogat; idè bene creditur, quia eîd non capitur; nam si eîd caperetur, non esset spes ut crederetur, quia videretur. Hoc est quod ait Apost. Hebr. 11, 1: *Est autem fides sperandarum substantiarum, argumentum non apperientium.* Hinc rursum S. Aug. in lib. de Trin.: *Aufer, ait, argumenta, ubi fides quaritur, in ipse gymnasium tamquam dialectica taceat; pœcoribus erudunt, non discipulis.* Et S. Bernard. in Cant.: *Quid, ait, non faveat fides? allingit inaccessa, deprehendit ignota, comprehendit immensa, apprehendit novissima; ipsam denique eternitatem suo illo castissima sicut quodammodo circumclusit.* Hinc rursum Apost. Hebr. 10, v. 20, per velamen scilicet carnem Christi, que ejus divinitatem velabat, quoque instar veli in passione scissa, viam in caelum patefecit. Velum hoc factum est ex hyacintho, purpura, bysso, coccoque bis tineto, opere plumario; quia caro Christi ex purpureo deiparte Virginis sanguine, operâ Spiritus sancti, pulcherrimâ membrorum varietate est composita. Unde psal. 158, 15, quod nos habemus: *Substantia mea in inferioribus terræ.* Hebr. est: *Acu pictus sum, hoc est, in Paginus exponit, variis membris formatus sum, scilicet instar vestis phrygionice, in inferioribus terræ, id est, in matre matris, quasi in loco recondito et subterraneo.* Campanensis exponit: *Velut tapetium è nervis et venis contextus sum in utero matris.* Loquitur Psaltes de formatione hominis cujuslibet, sive embryonis in ventre matris. Si corpus carnis hominis velut phrygionica vestis acu pingitur, quid de Christi corpore dicemus, cujus phrygio fuit Spiritus sanctus? quid vero de anima? quid de totâ humanitate? quam pulchrâ coelestium charismatum varietate contexta, velut holoserica vel aurea vestis splendescit? Pinxit enim in eâ summus artifex, primò omnes scientias et veritates: habuit enim anima Christi triplicem scientiam, scilicet, beatam, infusam et acquisitam; secundò, omnem prudentiam et sapientiam; tertio, omnes virtutes, naturales, et supernaturales, et theologicas; quartò, omnes gratias gratis datas; quintò omnem gloriam varietatem, omnesque dotes gloriosæ beatitudinis.*

VERS. 33. — *INSERETUR AUTEM VELUM, etc., QUO ET SANCTUARIUM ET SANCTUARIUM SANCTUARIA INTENDERENT, q. d.:* Velum hoc dividit Sanctum à Sancto sanctorum, cujus deluceps vasa describit. Sanctum sanctorum expressum erat symbolum cœli empyrei, vitæque æternæ, quam pulchrè describit Vigilantius, in vitâ Epicteti presbyteri, et Astionis monachi, martyrum, Astionis matre adhuc gentili. Cùm enim diceret mater: *Quæ dicitur regio illa, quò pervexit dulcissimus meus et unicus Astion? Vigilantius respondit: Regio robustorum, seu fortium virorum.* Et mater: *Sunt autem homines ibidem commemorantes? Vigilantius respondit: Plures et valde nobiles habentur, quorum possessio paradisis dicitur, quorum tabernacula ex lumine tant constructa, quorum vita Deus est, et conversatio immortalis ætatis; quorum vestes sanguine sunt resperse, et in capite coronæ ex auro purissimo cum gemis variis fabricatæ habentur. Sed et rex minimi potentissimi est metuentis est in eisdem regione, cujus nomen Deus dorum, et Domini dominantium appellatur, cujus nuntii Angeli dicuntur justitiam, quorum vestes auri et omniibus, et tactus eorum igni assimilatur urenti. Sed et senatus hujus imperatoris vultu clarus habetur; et moenia pars prophetæ nuncupatur, alii vero Apostoli pronuntiantur.* Deinde ipsam civitatem ita describit: *Sed et civitas istius Regis valde est præclara, non omneque ejus Christiobis promulatur, cujus murus ex auro purissimo est constructus, habens portas duodecim, et in ipsis singulis dependunt margarite, atque ingulis ex senatoribus per singulos sedent iudicantes. Et prima quidem porta dicitur Petri, secunda Petri, tertio Andree, quarta Joannis, quinta Jacobi, sexta Philippo, septima Bartholomæi, octava Thomæ, nona Matthæi, decima Thaddæi, undecima Simonis, duodecima Mattheæ. Denique ejus templum et Sancta sanctorum ita depingit: Sed et templum mirificum est in eâ, habens Sancta sanctorum et altare aureum, ante cujus conspectum vir quidam assit mirificus tenens decem chordarum psalterium, et fugiter ibi degenat ad laudem Regis illius coloratum dicens: Laudate Deum de cœlis; laudate eum, omnes Angeli ejus; laudate eum, omnes virtutes ejus. Hæc istiusque nomina, David filius Jesse pronuntiat. Sed et plateæ hujus civitatis ex auro purissimo sunt strate; et vestes fluvius vitæ æternam emittit, cujus pondusera per singulos menses reddunt fructus suos, et folia eorum ad medicamentum procedunt univolum; cujus lumen innarrabile est, et porta nunquam clauduntur, eo quod nunquam ibi non erit, nec ullæ tenebræ habentur; sed semper gaudium, et perpetua lætitia indeque jugiter commoratur.*

Quare merito S. Antonius suos hortabatur, dicens: *Hoc sit autem primum cunctis in commune mandatum, nullum in arrepti propositi vigore laxare, sed quasi incipientem augere semper debere quod cepit; præsertim cùm humanæ vitæ spatia eternitati comparat, brevissima sint ac parva. Ita exorsus patulibum siluit, et admiratus nimiam Dei largientem, rursum adjecti, dicens: In presenti hæc vita aquilina sunt pro rerum commutatione committenda, nec majora recipi ab elemento qui*

tendit; promissio autem vitæ sempiternæ vili pretio comparatur. Scriptum est enim: Dies vitæ nostræ septuaginta anni; si autem multum, octoginta; quicquid reliquum est, labor et dolor est. Quando ergo octoginta, aut centum, ut multum, annis laborantes, in Dei opere tizerinus, non pari tempore regnaturi sumus in futuro, sed pro annis predictis, omnium nobis secularium regna tribuentur. Non terram hereditabimus, sed caelum; corpus quoque corruptum relinquentes, idipsam cum incorruptione recipiemus. Ergo, filii, non vos aut tardum defatiget, aut tantæ gloriæ delectet ambitio. Non sunt enim condigna passionibus hujus temporis, ad superentiam gloriam, que revelabitur in nobis.

S. Maria d'Oignies, teste cardinali Vitrico in ejus vitâ, cùm vixisset vitam angelicam, accepit revelationem sue salutis et gloriæ, hisce verbis: *Ista in sancta sanctorum.* Cùmque illa rem intelligeret, non verba, utpole latina, dicebat assidue jubilans ancilla sue: *Ibimus in sancta sanctorum, dulcissimum Clementia (hoc erat ancille nomen). Et quid sunt sancta sanctorum? nec aliud dixerò poterat christi gaudio, noctes et dies, nec comedere, nec bibere.*

Hinc monasteria olim in quibus agebant monachi, semotî à rebus terrenis, vitam caelestem, caelo inhiantes, vocabantur Sanctaria, ut patet ex vitâ S. Euphraxie. Ita S. Arsenius panam habebat in sinu, ad tergendum juges lacrymarum, que ob desiderium vitæ æternæ ex oculis ejus defluebant. Unde S. Hieron. S. Paulam quæcunque venerat monasterium in Palæstina fundavit, imò monachum, et monacham ductricem, recensens miris ejus et coelestibus virtutibus, ita in eorum usque prosequitur: *Ceterum illa impleti carum sumus, fidemque servavit, et nunc fructus coronæ justitiæ, sequiturque Agnam quocumque vadit. Saturatur, quia currit; et leta decantat: Sicut audivimus, ita et vidimus, in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri. O beata rerum commutatio! Fleat, ut temper rideret. Decepit lacus contritus, ut fontem Dominam reperiret. Vestita cilicio est, ut nunc albis vestimentis ueretur, et diceret: Scidisti saccum meum, et indisti me lætitiâ. Cinerem sicut panem manducabat, et portionem suam cum fletu mitebat, dicens: Fecerint mihi lacryme meæ panis die ac nocte, ut in æternum pane angelorum vesceretur, et careret. Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus; et: Erectavit cor meum verbum bonum, dico ergo opera mea regi.*

In S. Euphraxia tempore Theodosii imper. imperiali sanguine prænata, spreto mundo, monasticam vitam amplexa, cùm in eâ mirâ humilitate, obedientiâ et sanctitate vixisset, tricenis vocata est ad hæc Sancta sanctorum. Vixit enim abbatissa duos viros sibi dicentes: *Assumtus tecum Euphraxiam, deduc eam ante Dominum; quam mox, inquit, assumens, prostrati cœsi et. Et cùm venissemus ad quendam portum, cujus gloriam enarrare non valeo, spontè nobis aperta est. Et ingressæ sumus, et vidimus ibi innarrabile palatium caeleste, in quo est solum nuptiale non nuptum factum. Ego quidem interiori appropriare non potui, Euphraxiam verò assumens obtulit Dominum;*

et precipiens, occultat est pedes ejus immaculatos. Vidi ibi dona nullius angelorum, ac multitudinem sanctorum immaculabilium, et omnes stabant respicientes; et vidi, et ecce mater Domini: assumens Euphraxiam adduxit eam ad thalamum nuptiale, in quo decoris coronam parabat; et audivi vocem ad Euphraxiam dicentem: Ecco merces tua. Nunc itaque perge, post decem dies veniens, fructe his in seculis infinitis; et idè quia hodie nona dies est, ex quo visionem vidi, cras morietur Euphraxia. Sequenti ergo die Euphraxia cum abbatissâ vitâ sancta abiit in sancta sanctorum. Ita habet ejus vitâ.

Hinc per cruceum processit et pravit nobis Christus, qui per proprium sanguinem introivit in sancta sanctorum, et redemptio inventa, ut ait S. Paulus ad Hebr. 9, 12. VERS. 36. — *FACIES ET TERTIORUM IN INTRITU TABERNACULI.* Describitur hic secundum velum, quod oppansum erat Sancto, sicut prius, v. 51, oppansum erat Sancto sanctorum. Velum hoc vocatur tertiorum; quia quasi aleum et tertiorum castrense expansum erat pro quarta, orientali videlicet, parte tabernaculi, sive pro ejus introitu, eratque quasi janua tabernaculi quinque columnis distincta, ut quatuor viis, inter quinque columnas interceptis, pateret ingressus. Sicut enim octo tabule, v. 22, latus adversum occidentale tabernaculi claudebant, ita quinque hæc columnæ cum hoc suo velo claudebant latus orientale, quâ patebat ingressus.

Nota primò. Hoc velum factum erat uti et prius, v. 15, ex bysso, cocco, purpura et hyacintho, eratque appensus quinque columnis, factis ex lignis setim inauratis. Secundò, velum hoc quod erat in ingressu tabernaculi, uti et velum quod erat in ingressu atrii, de quo c. 27, v. 16, mobile erat, eum atrii ipsius vela reliqua essent immobilia, essentque ex bysso tantum; hæc vero in ingressu tabernaculi et atrii erant polymita, ut jam dixi. Tertio, asserti Josephus velum hoc in ingressu tabernaculi, à summo non usque ad terram, sed tantum usque ad dimidium columnarum dependisse, ibique annulis sustentum et retentum fuisse, idque ut accessum et introitum daret sacerdotibus, per illud subintrantibus in tabernaculum, utque lumen solis per hunc partem vacuam et apertam in tabernaculum admitteretur; nam in tabernaculo nulla erant fenestra; erat enim ipsum undique tectum, tum decem cortinis, tum sacco cilicio. Quarto, addit idem Josephus, hunc velo penè confingum fuisse aliud velum, magnitudine par, sed fêlo contextum, annulis à fimoque per transversum pendens, quod aliquando addonebatur, aliquando, festis præcipue diebus, rethacebatur, ut populus in tabernaculum prospicere posset; tum enim reducto velo patebant auro tabula tabernaculi, inquit Epiphanius in cap. 26. Reliquis verò diebus, et maxime cum placet, ningeret aut grandinaret, hoc velum extrinsecus et lineum objectu suo velum alterum interioris et pecturatum à tempestatibus et aeris injuriis protegebatur.

VERS. 37. — *ET QUINQUE COLUMNAS BEATISSIMAS.* Hoc est, aureis, non laminis, sed circulis ornatis, ut patet ex esp. 56, v. ult., in Hebraeo.

CAPUT XXVII.

1. Facies et altare de lignis setim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, et totidem in latitudine, id est, quadratum, et tres cubitos in altitudine.
2. Cornua autem per quatuor angulos eis ipso erunt; et operiet illud aere.
3. Faciesque in usus ejus lebetes ad suscipiendos cineres, et forcipes atque fuscinulas, et ignium receptacula; omnia vasa ex aere fabricabis.
4. Graticulamque in modum retis ansam; per eam quatuor angulos erunt quatuor ananli ariet.
5. Quos ponet super aram altaris; eritque craticula usque ad altaris medium.
6. Facies et neces altaris de lignis setim duros, quos operiet laminis aeneis.
7. Et inducet per circuitus, craticula ex utroque latere altaris ad portandum.
8. Non solidum, sed laneae et ramis intrinsecis facies illud, sicut tibi in monte monstratum est.
9. Facies et atrium tabernaculi, in eadem mensura placit contra meridiem erunt tentoria de bysso rectoria; eorum cubitos unum latas tenebit in longitudine.
10. Et columnas viginti cum basibus totidem aeneis, quae capita cum caelaturis suis habebunt argenteas.
11. Similiter et in latere aquilonis per linguam erunt tentoria eorum cubitorum, columna viginti, et bases aeneae ejusdem numeri, et capita eorum cum caelaturis suis argentea.
12. In latitudine vero atri, quod respicit ad occidentem, erunt tentoria per quinquaginta cubitos, et columna decem, basesque totidem.
13. In ea quoque atri latitudine, quae respicit ad orientem, quinquaginta cubiti erunt.
14. In quibus quidemque cubitorum tentoria lateri eorum deputabuntur, columnaeque tres et bases totidem.
15. Et in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columna tres et bases totidem.
16. In introitu vero atri fiet tentorium cubitorum viginti ex hyacintho et purpura, coccineoque liliis, et bysso rectoria, opere plumarii et columnas habebit quatuor, cum basibus totidem.
17. Omnes columnae atri per circuitum vestitae erunt argenteis laminis, capitibus argenteis, et basibus aeneis.
18. In longitudine occupabit atrium cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quoque cubitorum erit: fetique de bysso rectoria, et habebit bases aeneas.
19. Cuncta vasa tabernaculi in omnes usus et ceremonias, tam paxillos ejus quam atri, ex aere facies.
20. Praecipue filius israel ut afferant tibi oleum de arboribus olivarum purissimum, piloque continentum: ut ardeat lacerna semper.
21. In tabernaculo testimonii, extra veum quod opponimus est testimonio. Et collocabunt eum Aaron

1. Vous ferez aussi un autel de bois de setim, qui aura cinq coudées de long et autant de large, c'est-à-dire qu'il sera carré, et aura trois coudées de haut. Il sera comme un coffre, carré d'une coudée et demie de haut, posé sur quatre pieds de paville de bois.
2. Quatre cornes s'éleveront des quatre coins de l'autel pour lui servir d'ornement, et pour y suspendre les victimes qu'il faudra immoler, et pour y suspendre aussi des chaînes la grille que vous mettez au-dessus de l'autel, et vous le couvrirez d'airain en dehors et en dedans.
3. Vous ferez pour l'usage de l'autel, des vaisseaux, qui serviront à en recevoir les cendres; des tenailles; des pinçettes, des brasières; et vous ferez toutes ces choses d'airain.
4. Vous ferez aussi une grille d'airain en forme de rets, qui aura quatre anneaux d'airain aux quatre coins, pour la suspendre aux cornes de l'autel.
5. Et vous les mettez au-dessous du rebord qui entoure le foyer de l'autel; en sorte que la grille descende jusqu'au milieu de l'autel.
6. Vous ferez aussi pour l'autel deux bâtons de bois de setim, que vous couvrirez de lames d'airain.
7. Vous les ferez passer dans les anneaux des deux côtés de l'autel, et ils serviront à le porter.
8. Vous ne ferez point l'autel solide, mais il sera vide et creux en dedans, selon le modèle qui vous en a été montré sur la montagne, afin qu'il soit moins pesant, et qu'on le puisse porter plus aisément.
9. Vous ferez aussi le parvis du tabernacle en la manière qui suit: Ce parvis aura du côté du midi des rideaux de lin lin retors en forme de rets; ce côté aura cent coudées de long.
10. Vous y poserez vingt colonnes d'airain avec leurs bases de la même mesure, qui auront leurs chapiteaux et leurs ornemens d'argent, et ces colonnes serviront à soutenir les rideaux.
11. Il y aura de même du côté de l'aquilon des rideaux de cent coudées de long, et pour les soutenir, vingt colonnes, qui auront chacune leurs bases d'airain, leurs chapiteaux et leurs ornemens d'argent.
12. La largeur du parvis qui regarde l'occident, aura cinquante coudées, le long de laquelle vous mettez des rideaux, et dix colonnes avec autant de bases.
13. La largeur du parvis qui regarde l'orient, et par laquelle on entrera, aura aussi cinquante coudées.
14. Vous y mettez des rideaux d'un côté, dans l'espace de quinze coudées; et pour les soutenir, il y aura trois colonnes avec autant de bases.
15. Vous mettez de l'autre côté, des rideaux dans la même espace de quinze coudées, avec trois colonnes et autant de bases pour les soutenir.
16. A l'entrée du parvis, dans l'espace de vingt coudées qui restent au milieu des deux côtés, vous mettez des rideaux plus précieux que ceux qui sont au reste du tabernacle; savoir, des vêtements d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate et de broderie. Cette entrée aura quatre colonnes pour soutenir les rideaux; avec autant de bases.
17. Toutes les colonnes du parvis seront revêtues tout autour de lames d'argent; elles auront leurs chapiteaux d'argent et leurs bases d'airain.
18. Le parvis aura cent coudées de long, cinquante de large et cinq de haut, selon la hauteur des ais et des colonnes; ses rideaux se feront de fin lin retors, et les bases seront d'airain.
19. Tous les vases qui serviront à tous les usages et à toutes les cérémonies du tabernacle, et tous les pieux qui seront employés, tant au tabernacle qu'au parvis, seront d'airain.
20. Ordonnez aux enfans d'israël de vous apporter de la plus pure huile d'olives pressée au mortier, afin que les lampes brûlent toujours durant la nuit.
21. Dans le tabernacle du témoignage, hors le voile qui est suspendu devant l'arche du témoignage; et

et filii ejus, ut usque mane luceat coram Domino. Perpetuus erit cultus per successiones eorum à filiis israel.

Aaron et ses enfans prépareront et placeront les lampes, afin qu'elles brûlent jusqu'au matin devant le Seigneur. Ce culte se continuera toujours, et passera de race en race parmi les enfans d'israël.

COMMENTARIUM.

VERB. 1. — FACIES ET ALTARE DE LIGNIS SETIM. Nota. Duplex erat altare, unum thymiamatis, quod erat in Sancto, ad adolendum in eo mane et vespere thymiana Deo; alterum holocaustorum, in quo holocausta et quævis sacrificia Deo immolabantur et cremabantur. Unde hoc altare non erat in tabernaculo, sed ante illud, in atrio sub dio positum, propter ignem, fumum et nidorem victimarum. Secundò, hoc altare factum erat de lignis setim, quæ aeneis tabulis interitis tegebantur, ne ab igne lacerentur. Tertio, altare hoc longum erat cubitos quinque, totidem latum, alium tres, ut sacerdos faciliè ad illud posset peringere. Solomon verò in templo majus fecit altare; nam, ut dicitur, 2 Paral. 4: *Fecit altare aeneum viginti cubitorum longitudinis, et viginti cubitorum latitudinis, et decem cubitorum altitudinis.* Rursùm ex quatuor altaris hujus aeneis angulis prodibant quatuor cornua aeneae, et prominè instar obelisci. Quarto, altare hoc interitis cavum erat, sed tamen vel terrâ, ut vult Abulens. et Richard., vel potius lapide insecto et impollito, ut vult Ribera, implebatur usque ad sul mediam; sic enim jussert Dominus, Exodi 20, 24, itaque Moyses et Salomonem fecisse patet, 1 Machab. 4, 56. In altari ergo hoc alto tres cubitos, lapidum structura ad dimidium, id est, ad cubitum cum dimidio, ascendebat, deinde illis superponebatur arata craticula, de qua jam dicam; circumcirca verò ambebatur tabulis setimæ obductis. Quintò, altare hoc habebat superne craticulam aeneam, in modum retis foraminibus plenam; craticula hæc totam latitudinem et longitudinem altaris superne occupabat; erat proinde longa penè quinque cubitos, et lata totidem; hæc enim erat longitudo, et latitudo altaris. Hinc craticulae victimæ ponebantur, ut à subjecto igne in altari (erat enim cavum, ut dixi) cremarentur, et eorum cinis per foramina craticulae sub altare decideret; unde ex craticula hæc pendebat arata aeneae, sive foculus aeneus interitis in medio altaris, puta super lapidum structuram, de quo paulò ante dixi. In hac arata per catenas appensa ad quatuor cornua altaris, ponebantur ligna et ignis ad cremandas carnes, quæ in superiori craticula ponebantur. Sextò, verisimile est altare hoc ad latum orientale habuisse fenestram, per quam cineres extraherentur, et ligna super aram sua focum ponerentur, et ad hoc aliosque usus habebat forcipes, fuscinulas, lebetes, et ignium receptacula. In Bala, de quo supra sto loco, v. 4. Septimò, altare hoc habebat quatuor annulos aeneos, per quos duo vectes, ex lignis setim aere cooperitis, inserchabantur ad portandum altare. Totidem annulos et vectes, distinctos ab annulis et vectibus altaris, habebat ipsa craticula altaris; eximiebatur enim et separabatur craticula ab altari, ut sermone portari posset. Octavò in hoc altari, mane et vespere quotidie, primo immolabatur agnus, quasi juge sacrificium, deinde aliae victimæ vel volucre, vel spontaneæ, vel

ex lege ob festum incidens precepte. Illic Deus ignem de celo misit, quem voluit in hoc altari à sacerdotibus, lignis appositis, jugiter alii et foveri, ne unquam extingueretur, ut semper paratus esset ad victimas cremandas, Levit. 6. Denique altaris hujus figuram expressam vide apud Vitalpando, lib. 4 de Templo, c. 73. Allegoricè, hoc altare ligneum significabat crucem Christi, in qua quasi in ara Christus est immolatus; unde altare hoc erat extra tabernaculum in atrio; quia Christus extra castra, ut ait Apostolus, Hebr. 13, pata extra Jerusalem, passus est. Secundò, factum est ex lignis setim, quia tam crux quam caro Christi non vidit corruptionem. Rursùm, aere obductum quia res sanctorum significat presertim Christi; est etiam æs symbolum fortitudinis crucis Christi, quæ omnes demones, impii et peccati vires contrivit. Tertio, habet quatuor cornua, quia crux Christi per quatuor plagas, toto orbe prædicata ab Apostolis et diffusa est: *In omnes enim terras exiit sonus eorum.* Quarto altare hoc intus vçium erat, sed terræ vel lapidi impositum; quia crux Christi defixa est et imposita monti Calvariae. Quintò, craticula, in qua igne supposito carnes victimæ cremabantur, significat acerbissimos Christi dolores, quibus in cruce pro nobis tum dolore, tum amore tostus est, juxta illud Ps. 101: *Ossa mea sicut cremum aruerunt;* quod S. Hieron. vertit: *Ossa mea quasi frica contabuerunt;* S. August. ait: *Ossa mea tanquam in fritorio confrita sunt;* alii: *Ossa mea tanquam focum, aut torris adusta sunt.* Sextò, in latere orientali altaris erat fenestra, per quam ligna et fomenta ignis in arulam immittebantur, quia à parte orientali, in qua situs erat paradisus terrestris, peccatum Ade prorexit, quod doloribus et cruciatibus Christi materiam et fomenta ministravit. Septimò, quid sint annuli et vectes, dicam in topologia. Octavò, in hoc altari immolabatur quotidie agnus, quia in cruce immolatus est Christus, qui est agnus occisus ab origine mundi. In hoc altari anlet jugiter ignis divinus; quia charitas Christi in cruce non fuit extincta, sed magis adueta exarsit, omnesque martyres et fideles ad cretam et mortem cum Christo, et pro Christo subeundam accendit.

Topolog. altare holocausti est cor hominis, se per penitentiam mactans, vitæque suæ mortificationem et Deo immolans, in altari, hoc est, in atrio: quia prius exercenda est mortificatio, et passionum compressio, quam ad altare thymiamatis, quod est in Sancto, id est, ad Dei amorem et unionem, possit accedere. Rursùm, ignis quo thymiana in altari aere incendebatur in Sancto, deferebatur ex altari holocausti: quia orationis fervor et ardor, ex carnis et passionum jugi mortificatione prodeunt. Quare qui orationi incumbit, et negligit mortificationem, perinde facit ac si quis

sine igne vellet aromata incendere. Penitentiae aequae actificationis exemplar fuit S. Magdalena, quae, ut ait S. Greg. hom. 55 in Evang., quot habuit in se oblectamenta, tot de se invenit holocausta; conversit ad novam vitam numerum criminum, ut totum servet Deo in penitentia, quidquid ex se Deum contempserat in culpa. Hinc secundo, altare hoc factum est de lignis sancti, id est, de puri cordis desiderio; arde obducitur, quia mortificatio non aurea est et fulgens, sed aenea, dura, firmiens; quia tales non sunt adhuc plene mortui; unde percussi subinde sonant et marmurant. Tertio, tres cubiti altitudinis sunt fides, spes, charitas; quinque cubiti latitudinis sunt extensio patientiae; quinque cubiti longitudinis sunt extensio charitatis ad docendos quinque sensus, ut serviant patientiae et charitati. Quatuor cornua sunt quatuor cardinales virtutes. Quarto curvum est, id est, terre contiguo vacuum, ut sanctum Dei ignea recipiat; sed lapidi, id est, duritiae et austeritatis vires, constant inculcavit. Quinto, arula sunt mentis penetrata igne, id est, charitate, flagrantia; hinc arulae impouuntur, cum piis cogitationibus mente concipiuntur; ignis additur, cum per gratiam sancti Spiritus illis excitantur et inardescunt. Craticula in modum retis significat mortificationem debere esse jugam, et ex variis generibus conexam et contextam. Hinc namque jugis et omnimoda mortificatio, viros magnos et celestes, heropes et dacos efficit. Laudant gentiles Agesilaum regem Lacemoniorum, quod cibo et somno dominaretur, frigori usque ac aestui se assueficeret; quodque assidue in ore haberet: *Quem non mollitio et laetitia, sed tolerantia ac fortitudo debere subditis videtur.* Itaque eundem interrogati, quid boni leges Lycurgi Spartani attulissent, respondit: *Contemptum voluptatum.* Admiranti ejus et Spartanorum in vestitu et victu frugalitatem: *Haec, inquit, de veniente vestitus liberat.* Hortanti ut aliquid de severitate victus remitteret, forte non habiturum cum aliis occasionem mollius vivendi, respondit: *Ego vero me assuefacio, ut in nulla mutatione mutationem quaeram.* Senior etiam factus, eandem vivendi tenui rationem, rogatusque eum in frigore sine tunica obambulare: *Uti, inquit, juvenes imitentur exemplum seniorum et principum.* Thasi offerrebat ei farinae, asseres, bellaria, placentas, etc.; ipse tantum farinae accepit, reliqua in servos distribuit, quaerentibusque causam, dixit: *Qui virtutem colunt, non admittunt tales gulae delicias; aliena enim a liberis ea sunt, quibus servorum ingenia alliciuntur.* Item dicebat, male se piacere cupiditate, quam hostium exercitum; melius est enim conservare libertatem, quam cum aliis adinere. Testis est Plutarchus in ejus vita.

Quid jam faciat Christianus? dicat cum S. Paulo, 2 Corinth. 4: *Propter quod non desinamus, sed sicut is qui foris est noster homo corrumpitur, intus in qui intus est renovatur de die in diem;* et alibi: *Propter te mortificamur tota die; aestimati sicut oves occisionis, sive jugulationis, ut legit Tertull. Imitemur magnum illum Arsenium, qui rogatus cur aquam variis muta-*

ret, cum factore totam cellulam indiceret, respondit: *Lubens factorem hunc excipio in locum odoramentorum, quibus in palatii regum sui olim oblectatus, ut in diei iudicii de inenarrabili illo gehemae fatore liberet me Dominus.* Audiat S. Bern. in serm.: *Quod, inquit, martyrium gravitas est, quam inter epulas curare, inter vestitus multas pretiosas algere, paupertate premit inter dicitur, quas offert mundus, quas ostentat molignis, quas desiderat noster appetitus? Propterea pauperibus et pariter martyribus regnum caelorum promittitur, quia paupertate quidem exiit, sed in passione pro Christo obique dilatare percipitur.*

Sexto, lebetes cinerum sunt memoria passionis et mortis Christi ac martyrum, qui exemplo suo hanc viam crucis et mortificationis praeiverunt; fuscinae, forpices et ignium receptacula, sunt precationes et sancti doctores, qui hunc sacrum mortificationis ignem in nobis assidue fovent et accendunt. Septimo, annuli et veetes sunt dona Spiritus sancti, quibus omnis labor et dolor penitentiae dolescit, ut is ad dura et ardua quasi velit et impelli videatur. Octavo, victimae hinc immolabae sunt concupiscentiae variae, ad quas cremandas jugiter ignem charitatis in corde favore oportet. Ita Beda lib. 2 de Tabernaculo, c. 21. Audi S. Greg. hom. 22 in Ezech.: *Quid est, ait, altare? nisi mens bene vivendum, qui peccatorum suorum memores lacrymis se lavant, carum per abstinentiam macerant, vel ex amore compunctionis ignis ardet, et caro consumitur, facta illud Apostoli Rom. 12: c. Ut ex exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem; hostia vivens est, corpus Domini officium; hostia, qui jam hinc mundo est mortuus; fuscina, quia caecus qui praevaleat bona operatur; sed alia compunctio est quae per timorem nascitur, alia quae per amorem.* Deinde adaptans haec utrique altari, scilicet holocaustorum et thymianatis, sic pergit: *Unde et in tabernaculo duo altaria fieri jubentur, unum exterius, alterum interius; unum in atrio, aliud ante arcam; unum arae coepertum, aliud nudo; in arae cremantur carnes, in arae incenduntur aromata. Multi enim plangunt mala quae fecerunt, et incendunt vitio igne compunctionis, quorum adhuc suggestiones in corde vivuntur; quid tui nisi altare sunt arcam? in quo carnes ardent, quia adhuc ab eis carnalia opera planguntur. Alii vero à carnalibus vitis liberi, amoris flamma in compunctionis lacrymis inardescunt, superius jam interesse civibus concupiscant, regem in decore suo videre desiderant, et flere quodvis ex ejus amore non cessant; quid tui nisi altare sunt arcam? in quo arae corde armonia incensa sunt, quia virtutes ardent; sed hoc altare arcam est ante velum, quia sanctorum corda per sanctum florenterum in illum ardent, quem adhuc revoluta facie videre non possunt.* Ita S. Franciscus rogatus, quaenam preces Deo essent gratiores? *Illae, ait, quae propitius carnis comitatur mortificatio.* Palchre Billus in Emblem.

At tua ne fructus pede clauda vota sequantur,
 Fac tua cum vitis ut caro morte cadat.
 Ara duplex templi quondam hoc sine voce docebat:

Tha una, et cassas altera habebat oves.
 Obvult hic cassas pecudes qui membra necavit;
 Qui pio vota setim, una dedit ille Deo.

11. Opere sculptoris et calaturâ gemmarum, sculpes eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro atque circumdatos;

12. Et pones in utroque latere superhumeralis, memoriae filii Israel. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino super utrumque humerum, ob recordationem.

13. Facies et uncinos ex auro,

14. Et duas centenas ex auro purissimo sibi invicem coherentes, quas inseres uncinis.

15. Rationales quoque iudicii facies opere polyauto juxta texturam superhumeralis, ex auro, hyacintho et purpura, coccoque bis tincto, et bysso rectoria.

16. Quadrangulum erit et duplex: mensuram palmi habebit, tam in longitudine quam in latitudine.

17. Ponesque in eo quatuor ordines lapidum: in primo versu erit lapis sardius, et topazius, et smaragdus;

18. In secundo, carbunculus, sapphirus et jaspis;

19. In tertio, ligurius, achates, et amethystus;

20. In quarto chrysolithus, onychinus, et beryllus: inclusi auro erunt per ordines suos.

21. Habebitque nomina filiorum Israel: duodecim nominibus calabuntur, singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus.

22. Facies in rationali catenas sibi invicem coherentes ex auro purissimo;

23. Et duas annulos aureos, quos pones in utraque rationalis summitate.

24. Catenasque aureas junctas annulis, qui sunt in marginibus ejus;

25. Et ipsorum extimium extrema duobus capitulis inclinis in utroque latere superhumeralis quod rationale respiciat.

26. Facies et duas annulos aureos, quos pones in summitatibus rationalis, in ora quae à regione sunt superhumeralis, et posteriora ejus aspiciant.

27. Nomina et alios duos annulos aureos, qui ponendi sunt in utroque latere superhumeralis dorsum, quod respiciat contra faciem juncturâ inferioris, et aptari possit cum superhumerali,

28. Et stringatur rationalis annulis suis cum annulis superhumeralis vitâ hyacinthina, ut inductâ junctura fibrefacta, et à se invicem rationale et superhumeralis nequam separari.

29. Portabitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicii super pectus suam, quando ingreditur

6. Ils feront l'éphod d'or, d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate teinte deux fois, et de lin fin rectoris; dont l'ouvrage sera tissu du mélange de ses couleurs.

7. L'éphod, par le haut, aura deux ouvertures sur les épaules, qui répondront l'une à l'autre; et ces ouvertures s'étendant pour le milieu, se rejoindront quand on l'enra sera.

8. Tout l'ouvrage sera tissu avec une agréable variété d'or, d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate teinte deux fois, et de lin fin rectoris.

9. Vous prendrez aussi deux pierres d'onix, où vous graverez les noms des douze enfants d'Israël.

10. Il y aura six noms sur une pierre et six sur l'autre, selon l'ordre de leur naissance.

11. Vous y emploierez l'art du sculpteur et du lapidaire; car vous y graverez les noms des enfants d'Israël, après avoir enchaîné les pierres dans l'or.

12. Vous les mettez sur l'éphod de côté et d'autre, comme des espèces d'oreilles qui servent à les fermer, et elles seront comme un monument, qui sera souvenir à Aaron de prier pour les enfants d'Israël. Aaron portera leurs noms devant le Seigneur, gravés sur ses deux pierres qui seront sur ses épaules, pour engager le Seigneur à se souvenir de son peuple.

13. Vous ferez aussi des boucles d'or, que vous attacherez au bus de ces deux pierres;

14. Et deux petites chaînes d'un or très-pur, dont les anneaux soient enchaînés les uns dans les autres, que vous ferez entrer dans ces boucles, pour retenir le rational.

15. Car vous ferez aussi le rational du jugement, qui servira le grand prêtre qu'il doit rendre la justice et enseigner la vérité; ce rational sera tissu, comme l'éphod, d'or, d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate teinte deux fois, et de lin fin rectoris, mêlés ensemble à fils tissés de différentes couleurs.

16. Il sera carré et double, afin qu'il puisse soutenir les pierres qui y seront attachées; et il aura la grandeur d'une palme, tant en longueur qu'en largeur.

17. Vous y mettez quatre rangs de pierres précieuses. Au premier rang il y aura: In sardiole, la topaze et l'émeraude;

18. Au second, l'escarboucle, le saphir et le jaspé;

19. Au troisième, le liguri, l'agate et l'améthyste;

20. Au quatrième, le chrysolite, l'onix et le beryll; ils seront enchaînés dans l'or selon leur rang.

21. Vous y mettez les noms des enfants d'Israël; leurs douze noms y seront gravés séparément, chaque nom sur chaque pierre, selon l'ordre des douze tribus.

22. Vous ferez pour le rational, comme il a été dit, deux petites chaînes d'un or très-pur, dont les anneaux soient enchaînés l'un dans l'autre,

23. Et deux anneaux d'or que vous mettez aux deux côtés du rational, tout en haut.

24. Vous passerez les deux chaînes d'or dans ces deux anneaux qui seront aux extrémités du rational, tout en haut.

25. Et vous attacherez les extrémités de ces deux chaînes aux deux agrafes ou boucles d'or qui seront aux deux extrémités de l'éphod, qui répond au haut du rational.

26. Vous ferez aussi deux anneaux d'or que vous mettez aux deux côtés d'un bus du rational, sur les bords qui répondent à l'éphod par derrière.

27. Vous ferez encore deux autres anneaux d'or que vous mettez aux deux côtés du bus de l'éphod, qui répondent aux deux anneaux d'or du bas du rational, afin que l'on puisse ainsi attacher le rational avec l'éphod.

28. Par le moyen d'un ruban de couleur d'hyacinthe qui passera par les anneaux de l'éphod et par les anneaux du rational, et qui les serrera, afin qu'ils demeurent parfaitement liés l'un avec l'autre, et que le rational et l'éphod ne puissent être séparés.

29. Aaron portera les noms des enfants d'Israël sur le rational du jugement qu'il aura sur sa poitrine, lors qu'il entrera dans le sanctuaire, afin qu'il serve d'un

sanctuarium, memoriale coram Domino in aeternum.

50. Pones autem in rationali iudicii Doctrinam et Veritatem, quae erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino; et gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo, in conspectu Domini semper.

51. Facies et tunica superhumeralis totam hyacinthinam,

52. In cuius medio supra erit capitium, et ora per gyrum ejus textilis, sicut fieri solet in extremis vestium partibus, ne facile rumpatur.

53. Decoraum vero, ad pedes ejusdem tunicae, per circuitum, quasi mala punicea facies, ex hyacintho et purpura, et cocco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis,

54. Ita ut tintinnabulum sit aureum et malum punctum, rursusque tintinnabulum aliud aureum et malum punctum.

55. Et vestietur eâ Aaron in officio ministerii, ut audiator sonitus quando ingredietur et egredietur sanctuarium in conspectu Domini, et non morietur.

56. Facies et laminam de auro purissimo, in qua sculpsit opere calatoris: Sanctum Domino.

57. Ligabisque eam vittâ hyacinthinâ, et erit super talarum,

58. Immensis fronti pontificis. Portabitque Aaron iniquitates eorum, quae obtulerunt et sanctificaverunt filii Israel, in cunctis muneribus et donariis suis. Erit autem lamina semper in fronte ejus, ut placatus sit eis Dominus.

59. Stringesque tunicam bysso, et talarum byssinum facies, et balteum opere plumarii.

60. Porrò filius Aaron tunicam lineam parabis, et balteos ac talarum, in gloriam et decorem;

61. Vestiesque his omnibus Aaron fratrem tuum, et filios ejus cum eo. Et cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos, ut sacerdotum fungantur mihi.

62. Facies et femoralia linen, ut operiant carnem tarpitundinis suae, à rebus usque ad femora;

63. Et utentur eis Aaron et filii ejus quando ingredietur tabernaculum testimonii, vel quando appropinquant ad altare, ut ministrent in sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum sempiternum erit Aaron, et semini ejus post eum.

VERS. 1. — APPLICA QUODQUE AD TE AARON FRATREM TUUM CUM FILIIS SUI. Hebr. *Accedere fac ad te fratrem tuum cum filiis, ut scilicet eos sacerdotem consecres, et vestibus sacerdotalibus induas. Vide hic vocationem divinam sacerdotum Leviticorum ad ministeria Dei, et quam nemo presumere debeat tale officium, nisi qui*

monumentum aeternum deus, de la soumission de son peuple, et de la confiance qu'il a en sa puissante protection.

50. Vous graverez ces deux mots sur le rational du jugement: Doctrine et Vérité, qui seront sur la poitrine d'Aaron lorsqu'il entrera dans le tabernacle pour se présenter devant le Seigneur, et qui seront écrits sur sa poitrine le rational du jugement, où seront écrits les noms des enfants d'Israël, lorsqu'il se présentera devant le Seigneur, afin qu'il se souvienne qu'il est chargé de les instruire et de leur enseigner la vérité.

51. Vous ferez aussi la tunique, que le grand prêtre portera au-dessous de l'éphod; elle sera toute de couleur d'hyacinthe.

52. Il y aura en haut une ouverture au milieu pour passer la tête, et autour de cette ouverture un bord tissé comme on a coutume d'en faire aux extrémités des habits, de peur qu'ils ne se rompent.

53. Vous mettez au bas et tout autour de la même robe, comme de petites grenades, faites d'hyacinthe, de pourpre et de carlate teinte deux fois, entre-mêlées de sonnettes.

54. En sorte qu'il y aura une sonnette d'or et une grenade, une sonnette d'or et une grenade, et ainsi de suite.

55. Aaron sera revêtu de cette robe lorsqu'il fera les fonctions de son ministère, afin qu'on entende le son de ces sonnettes, lorsqu'il entrera dans le sanctuaire devant le Seigneur, ou qu'il en sortira, et qu'il ne meure point, comme il arriverait s'il manquait à se revêtir de cet habillement.

56. Vous ferez aussi une lame d'or ou très-pur, sur laquelle vous ferez graver tout un ouvrier habile ces mots: LE SACRÉTEUR EST AU SEIGNEUR.

57. Vous l'attacherez sur la tarse avec un ruban de couleur d'hyacinthe;

58. En sorte qu'elle soit placée sur le front du souverain pontife. Et Aaron portera cette inscription qui apprendra aux pécheurs le soin qu'ils doivent avoir d'espérer toutes les iniquités que les enfants d'Israël commettent dans tous les dons et tous les présents qu'ils offrent, et qu'ils consacrent au Seigneur. Il aura toujours cette lame devant le front, afin que le Seigneur leur soit favorable.

59. Vous ferez aussi une tunique étroite de lin fin qui sera au-dessous de la tunique de l'éphod; vous ferez encore la tarse de lin fin; et la ceinture qui doit ceindre cette tunique de dessous sera d'un ouvrage de broderie.

60. Vous préparerez des tuniques de lin pour les fils d'Aaron, des ceintures et des tarses pour la gloire et pour l'ornement de leur ministère.

61. Vous revêtirez Aaron votre frère et ses fils avec lui de tous ces vêtements. Vous leur sacrerez les mains à tous, et vous les sanctifierez, afin qu'ils exercent les fonctions de mon sacerdoce.

62. Vous leur ferez aussi des caleçons de lin qui leur porteront sous la tunique, pour couvrir ce qui n'est pas lavé dans le corps, depuis les reins jusqu'au bas des cuisses.

63. Aaron et ses enfants s'en serviront, lorsqu'ils entreront dans le tabernacle du témoignage, ou lorsqu'ils approchent de l'autel pour servir dans le sanctuaire, ou qu'ils font quelque autre fonction dans le service, de peur qu'ils ne soient coupables d'iniquité; en commettant quelque inmodestie, et qu'ils ne meurent. Cette ordonnance sera stable et perpétuelle pour Aaron et pour sa postérité après lui.

COMMENTARIUM.

vocatur à Deo tanquam Aaron. Novatores vertiginis spiritui exciti non Deo vocante, sed sponte se ingerunt sacris. Quod autem Moses fratrem suum sacerdotem ordinat, quid aliud mystice commendat, nisi quod omnes qui Aaron, id est, sacerdotem et doctores esse volunt, tanto studio et amore debent meditationi divinae

legis (hanc enim representat Moses legislator) inherere, ut quasi germani videantur ei conjunctione devincti?

Allegoricè, Aaron fuit typus Christi, qui est frater Moses, quia Christus et Moses, id est, Testamentum veteris et novum, quasi fratres sibi assimilantur, conveniunt et respondent.

VERS. 2. — FACIES VESTES SANCTAM. Vestes sanctas, puta sacerdotales, est enallage numeri. Nota. Vestis sacerdotum dicitur sancta, quia oleo erat condecoranda. Deique cultui dicenda, et à profanis usibus removenda, atque à solis sanctis, id est, sacerdotibus Deo sanctificatis, id est, consecratis, in loco sancto usurpanda. Porrò, hic inverso ordine numerantur et describuntur vestes sacerdotales: sic enim vestiebatur pontifex, ut patet. Levit. 8. Primò induebat femoralia; super hæc injiciebat tunicam lineam, eamque zonâ stringebat; hinc superinduebat tunicam hyacinthinam; super quam ephod cum rationali accingebat secundâ zonâ: capiti imponebat tiaram, cui affixa erat lamina aurea, cum hæc inscriptione, Sanctitas Domini.

IS GLORIAM ET DECOREM, sacerdotem et sacerdotium numerum; uti in novo Testamento ornamenta sacerdotalia (fremant licet hæretici) eodem de causâ rectè cultui divino adhibentur. Nam, ut rectè argumentatur B. Ivo Carnotensis episcopus 121. si in lege veteri ita ornatus fuit sacerdos, ergo multò magis in lege novâ, oportuit sacerdotem uti sacris vestibus ad divinum cultum, ac præsertim ad consecrandum corpus et sanguinem Domini; hoc enim postulat decencia, æquitas et reverentia naturalis, et scècis facere esset inclivile, profanum, rusticum et barbarum. Fuit, et est alius quoque harum vestium usus, scilicet primò, ut sacerdos populi memoriam semper animo, ut vestibus inscriptam gereret, pro eoque Dominum instanter deprecaretur. Secundò, ut per eas sacerdos justitiæ et sanctitatis, æquæ ac doctrinæ et studii legis, atque omnis officii sui admoneretur. Vide Bedam.

VERS. 5. — ET LOQUERIS CUNCTIS SAPIENTIBUS CORDE, QUOS REPLEVI SPIRITU PRUDENTIÆ, ET FACIANT VESTES AARON. Sapiens corde hic vocatur periti artifices, puta sartores, phrygionis, gemmarum, etc. ut patet. 50. 1. Sapiencia enim et prudentia confabulantur apud Hebræos, et lassissimè accipiuntur, ut etiam arte et peritiam mechanicam significent. Porrò erant hi artifices Beseleel et Ooliab, eorumque administri, de quibus cap. 35. 30.

SPIRITUS PASTORALE. Id est, prudentiâ à me aspiratâ. Spiritus enim hebræicè cuis habitus, actioni et rei vitæ tribuitur per metaphoram; et ferè connotat rem aliunde esse acceptam et aspiratam. Sic spiritus lenitatis est ipsa lenitas à Deo aspiratâ, Galat. 1. 6; sapiencie et intellectus, est ipsa sapiencia et intellectus, Ecdi. 15. 5. Sic Isaac 11, septem dona Spiritus sancti vocatur spiritus consilii, fortitudinis, timoris, pietatis, etc., id est, consilium, fortitudo, timor, pietas, donata et aspiratâ à Spiritu sancto. Ita S. Cyprian. lib. 4. contra Judæos, cap. 20; Hieron. in

Matth. can. 15; Nazianz. orat. in Pentecosten; Basil. contra Eunom. serm. 5, cap. 14; August. contra Faust. lib. 12, c. 15. Porrò prudentiâ hic artem significat. Spiritus ergo prudentiæ, id est, arte fabricandi vel conficiendi has vestes sacras, quæ ars est donum Dei naturale, uti sunt et ceteræ artes; aliquando tamen est donum supernaturalè infusum à Deo, uti hæc accidisse satis innuitur c. 35. 30, uti dicitur de Beseleel: Impioque eum (Deus) spiritu Dei, sapienciâ et intelligentiâ ad excogitandum et faciendum opera in auro et argento et ære, sculptorique lapidum, et opere carpentario, quidquid subire adveniri potest, dedit in corde ejus, etc.

VERS. 4. — TUNICAM, scilicet hyacinthinam, quæ Hebr. *meil*, et latine absolute tunica dicitur: alia vero tunica vocatur *ketonet tabrets*, id est, tunica linea stricto. Ita Hebræi, Chald. et Septuag. : radix enim Hebræa *seubus* stringere significat: hæc enim tunica instar interlucæ stringebat corpus. Alii Hebr. *tabrets* vertunt tunicam inclusionis, in quâ videlicet incluserant 12 gemmas. Alii, teste S. Aug., vertunt tunicam cum corollis, id est, cirris. Alii, tunicam ocellatam, opere phrygionico ocellis pictam. Hi omnes per hæc tunicam accipiunt hyacinthinam, non lineam: verum dùm ab antiquis deviant, in plurima incerti abeunt. Magis credendum est S. Hieron. ad Fabiolam de vest. sacerdot. ubi dicitur *meil* interpretatur tunicam hyacinthinam, *ketonet* verò tunicam lineam, idque ita esse patet Exodi 59, v. 22 et 27, et Levit. 8, 7, in Hebræo.

VERS. 6. — FACIENT AUTEM SUPERHUMERALE DE AURO ET HYACINTHO, ET PURPURA, COCCOQUE HIS TINCTO, ET ESSO REFORTA, OPERE PLUMITIO. Prima hæc est sacerdotis vestis, quæ dicitur *superhumeralis*, sive, ut Septuag. *ἐπιπλάγιος*; et, ut Aquila, *ἐπιπλάγιος*, hebr. dicitur *ephad*, id est, pallium, sive extima vestis, quæ aliis superinduitur, à radice *ephad*, id est, superinduit, superinduitur. Ephod autem erit vestis propria pontifici, quæ tam pectus quam humeros ejus tegeret, erantque ferè instar interlucæ pertextæ: uniusque, sed supernè, uti et infernè, omnino pateatis. Nulla ergo pars ephod vel in pectore, vel in dorso, vel ad latera patebat, nulla quoque erit nodis aut filibus connexa, ut his amicos aperiri posset; erat enim ephod continua et uniformi texturâ undique contextum et pertextum. Secundò, ephod porrigebatur usque ad cingulum; eò enim cingebatur. Tertio, in ephod circa pectus patebat locus rationalis inserendo: hinc flectit ephod à Phylone vocatur pectorale, potius tamen à Septuag. nostro et aliis vocatur superhumeralis, quia in humeris integrè pertextum erat, cum in pectore locis esset patulus pro rationali. Quarto, ephod in humeris habebat duo lapides onychinos, in quibus insculpta erant 12 nomina filiorum Israel, ut patet v. 9. Quintò, ephod contextum erat et variegatum et filis aureis hyacinthinis, purpureis, coccineis et byssinis opere polymitio, ut patet hoc versu. Sextò, putant Abulensis, et Sixtus Senensis lib. 5 Biblioth. cap. 12, ephod caruisse manicis, fuisseque instar scapularis monasticæ.

Sed veritas est ephod habuisse manicas: id enim disertè docet Josephus. Josephi verbi si ea rectè veritas, hæc sunt: *Ephod fit ex variis coloribus auro intermixto: ita continebat deorum cubitos memorat, ut circa modicum pectus lacuna reliquitur (rationandi inserento) et eam manicas fabricatas, omnique figurè in modum tunice factas est.* Denique Philo lib. 2 de Moar. docet pectorale sive ephod fuisse instar thuracis: thuracis enim simile fuisse ephod asserit Josephus lib. 6 Belli, c. 6. Sicut ergo milites ornantur et munantur thurace, ita sacerdotes ephod: ipsi enim sunt milites Dei et templi, uti alibi dixi.

OPERE POLYMETRO, id est, opere variorum colorum et litterarum, quod Septuag. vocant quædam texturæ variegatoris. Nam ephod textum erat ex simine byssini et subtegmine trecolori, videlicet hyacinthino, cocconio et purpureo, ut S. Hieron., intermixtis illa auris. Tale erat hoc ephod, quo solus utebatur pontifex. Erat enim aliud ephod lineum, sive byssinum et toto candore purissimum, quo utebantur inferiores sacerdotes et Levitæ, quia et laici qui quoquo modo cultui divino deserviebant, uti docet Abulensis. in 4 Reg. 22, quest. 87. Tale fuit ephod Samuelis, 1 Reg. 2, 18, et sacerdotum à Sathie occisorum, 1 Reg. 22, 18; talis etiam usus est David salutaris ante arcem, 2 Reg. 6, 14; et S. Hieron. ad Fabiol. de vest. sacer.

VERS. 7. — DEAS ORAS JUNCTAS HABEBIT IN UTROQUE LATERE HUMERATORUM, ET IN UNUM REVERTANT. Hebr. est, *duo humeri juncti erant ad extremitates ejus, et sic conjungebat, q. d.* Ephod non sub axillis ad latera, ubi ponit Abulensis et alii, sed supra utramque humeri partem duas habebat oras, ut per eas commodius pontifex possit caput inserere, utique ephod indueret; cum autem induisset pontifex ephod, tunc hinc oras pectus clauduntur libitè. Adit Josephus duas lapides onychinos in humeris, de quibus vers. 9, vide filularum fuisse.

Hinc noster interpres has duas oras vocat oras summationum, quia non in latere ephod, sed ad caput et humeros erant, cum reliquum corpus in ephod esset textura constanti, uti dixi: hinc ephod dicitur ab ephod, quod non tantum superius, sed et circumgebat vel arcuata significat, ut patet Exod. 20, 5; Levit. 8, 7, in Hebræo, quod ephod habet tres vestes inferiores arcuatas, et omnino circumgebat arcu et constanti sub pectoratâ. Ita Oleast., Cajet. et Arias in Aaron. Sept. has duas oras vocant duas eponidas, id est, duas partes, puta anteriorem et posteriorem, eponidas.

VERS. 9. — SERRATIS NEQUE LAPIDIBUS ONYCHINIS. Ita vertunt et alii passim. Sedi Sept. verum est: Serrata duas emargulas. Josephus hos onychinos vocat sardonichus, sive à patriâ, quod scilicet Sardis illati essent, sive à colore, quod colore sappho ruberent, inquit S. Hier. Adit Josephus onychinum quia à dextris erant, quoniam pontifex sacrificabat, tanto fulgore micans ut etiam emicis conspiceretur.

VERS. 9 et 10. — EXSCULPIS IN EIS NOMINA FILIORUM ISRAEL (SIS NOMINA IN LATINE ERO, ET SEX BELIQUA IS ALITERO, JUXTA ORDINEM SÆPÛTIVITIS EROGN. SEX SEMIORUM

filiorum Jacobi nomina, puta Ruben, Simeon, Judas, Dan, Nephtali et Gad, insculpta erant omnes dextro, ait Joseph; sex reliqui insculpti erant sinistro, puta Aser, Issachar, Zabulon, Ephraim, Manasses et Benjamin; vide de his filiis Genes. 29 et 50. Levi enim inter 12 tribus non numeratur, licet eam numeret Abulensis hic; sed ejus loco, et loco Joseph, duo filii Joseph, scilicet Ephraim et Manasses, successerunt adoptati in filios ab avo Jacobo, Gen. 48, 5. Ita Josephus, lib. 5, 11. Ipse enim sacerdos, utpote Levita, per se suam tribum Levi representabat; unde non fuisset congruum inscribere Levi vestis sacerdotis.

Mysticè, significabatur sacerdotem ex officio debere operare pro singulis populi tribubus, easque quasi humeris suis portare, ut esset velut Atlas populi.

VERS. 11. — GELATRA CEMURAH. Hebr. aperturaibus, id est, sculpturis, sigilli, q. d. Ita excelsus hos duos onychinos, easque insculps nomina filiorum Israel, sicut sigillum solet exculpi et insculpi literis et insignibus heri sui.

ISCLEOS AYRO ATQUE CIRCUMDATOS. Hebræicè est, circumdatos clausuris, vel palis aureis.

VERS. 12. — ET POSIS IN UTROQUE LATERE SUPERVENAS, MEMORALE FILII ISRAEL. Hebræicè est, pones in utroque latere ephod lapides memorie filii Israel, vel filiorum Israel; sive, ut Chald., lapides memorialis filii Israel; idque tripliciter, nam, et docet Beda 1. 5 de Tabern. c. 4, tres ob causas Aaron pontifex nomina patris circumferat inter sacrificia semper in humeris aequè ac in pectore portabat. Primum erat, ut ipse fidelè probeque vite honestæ patriarum semper meminisset, easque iustaretur. Secundum, ut 12 tribuum, quæ ex his patriarchis prognate sunt, in orationibus et sacrificiis memor existeret; ita et S. Hier. Tertium, ut populus videns nomina patrum scripta in veste presens sui, careret sedulo ac ab illorum meritis desciscens, ad errorum contagia declinaret; ita S. Hieron. Quarta, ut sciat pontifex populum et subditos suos prestandos esse non tantum in pectore, sed et in humeris: in pectore portantur, cum omnia: in humeris, cum illorum opera ferantur, juxta illud Galat. 6: *Alter alterius onera portate, et sic aliis plerisque legem Christi.* Gemit sub onere paupertatis proximus, omnis ejus eleosynis subleget; sub onere gravitatis de omnibus erigat; sub fasce peccati jacet, atollit; cholericus est, melancholicus, pusillanimis, for et porta eum humeris sine patientis, charitatis, consolatiois: sic amplius legem Dei et Christi.

Hinc allegoricè ephod significat obedientiam charitatis Christi, quia ipse humeros suos pro peccatis nostris cruci supposuit, ait Rupert. Unde duas lapides onychini significabant duo hemisphaeria, ait Philo, et S. Hieron., puta totum mundum, quod ipse passus est Christus. Ita abbas ille in Vita Patrum lib. 5, c. 10. in fine, habitum preisorum monachorum explicans, ait: *Circulum, quo amant, signum est innocencie; superhumera, quo humeros et caritatem alligamus, signum est caritatis; voad, verè què circumgebat, signum est fortitudinis. Converterentur ergo juxta id quod habuit*

noster significat, quia omnia cum desiderio facientes, nunquam deficientes.

Tropolog. ephod significabat onus evangelicam et jugum Domini. In hujus enim susceptione et obedientiâ consistit perfectio et felicitas Christiani. Ita et gentilis Agesilaus rogatus quare Spartani feliciores aliis et potentiores essent: Quia, ait, plus quam alii exerceat se in imperando et obediendo. Et Agis rex rogatus quantum disciplina maxime exerceatur Sparta: Peritia, inquit, imperandi et obediendi. Pressius verò veritasque Theopompus, cum quidam diceret, Sparta salutem inde proficisci, quod reges haberet ad imperandum idoneos, respondit non eam esse causam, sed quod civis obedire nosset. Ita Plutarchus in Lacon. Quod colores varii significarint dixi c. 25, v. 5. Dux oris nexa tam sinistra quam dextra parte, idque superius ad humeros, significabant opus externum et sanctam operationem ipse intentioni operum esse, tam inter adversa quam inter prospera. Manicas habebat ephod, quia omnia à Deo Deiquevicariis injunctum statim utraque manu complectendum est. Ephod hinc circumdatum est zona, id est, voluntate Dei. Ita Beda. Per hanc enim omnia ardua et adversa, quæ Deus nobis quasi ephod imponit, facile sustentantur et superantur. Audi S. Hieron. ad Paulam de obitu Blesilii: *Bonus est Deus, et omnia quæ bonus facit, bona sint necesse est. Marii orbis irragatur, pluvio quod accedit, sed quia sic placet Domino, ergo antea suscipio. Unicus ruptus est filius; durus quidem, sed tolerabilis, quia salutis ille qui declarat. Si servus fuero, amici lectio me consolabitur. Si autem quoque durus, aures negaverint, vacabo à vitia; nihil aliud nisi Dominum cogitabo. Impatiens super hæc et dura pauperies, frigus, languor et mediæ: extremum expectabo horum et breve pulchro malum, quod finis melior subsequatur. Sanus aum, gratias refero Creatori. Languor, et in hoc laudo Domini voluntatem: quando enim infirmor, tunc fortis sum; et virtus spiritus in carnis infirmitate perficitur. Cur autem durum sit, quod quomodoque patientiam est?*

Moraliter ergo disse hinc primam et precipuam vestem, quæ sacerdotem, id est, fidelem Deo addictum, vestit et ornat, esse ephod, id est, obedientiam. Obedientia, ait S. Greg. lib. 55 Mor., c. 10, tota virtus est, quæ virtutes ceteras menti inserit, insectatque custodit. Ex: *Mellior est obedientia quam victima: quia per victimam aliena caro, per obedientiam vero voluntas manetur. Secundò: Si vis esse sapiens, esto obediens, sic enim scriptum est: Conspicis sapientiam, serva mandata, et Dominus dabit illam tibi, ait S. Bern. in serm. de Epiph. Tertio: *Bonus obediens, ait S. Bern. dum manu velis et manu nolle, ut possit dicere: Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum; paratum quodcumque præcepisse facere, paratum ad autum civis obedire, paratum ubi vocare, proximus ministrare, incipsum custodire et in celestium contemplationem requiescere. Obediens est amabilis sociis, omnibus officiosus, et nulli onerosus, directus ad Deum, benignus ad proximum, sollicitus ad amicum, Domini servus, proximi socius, mundi dominus. Superiora habet ad gaudium, æquitas ad consortium, infir-**

*riora ad sororium. Quarto, S. Cyprinus tractatu de doodecim Abusionibus: Adolescentem, ait, sine obedientiâ, est adolescens sine discipulo. Quintò, S. Greg. lib. 55 Mor. et habetur 44 quest., 5 c.: *Quid ergo? Quid, ait, mirum est, si homo se obedientiam in presentis vite brevitate subleat, quando hanc mediator Dei et hominum tenuit, et tenendam præcepit; et cum obediens remunerat, non relinquit?* Sextò, Iustinus Martyr. lib. de recta Confess.: *Codendum, ait, est voluntati Dei, sicut lutum obsequitur sui figulo. Et Procopius in Levit.: Sicut, ait, docet ut fomenta nobis obsequantur, ita rationem nostram oportet temperare Deo. Septimò, S. Laurent. Justin. lib. de Ligno vite, c. 5: *Sicut, ait, sine duce non conficitur de victoria, ac sine gubernatore non percutitur ad portum; ita et absque obedientiâ impossibile est in vita hujus pelago non periclitari. Illa enim facit hominem triumphare. Octavò, abbas Pambo in Vita Patrum, lib. 12, c. 14, de Obedientiâ, oblati est quatuor religiosis, primo jejunante, secundo paupere spiritu, tertio diligente, quarto obediante, obediens omnibus profuit: Quia, ait, alii tres virtutes quam possident, voluntate propria relinquunt, hic autem voluntatem suam abdicans, alienam voluntatis se servum fecit. Tales autem veri confessoris sunt, ut usque ad finem ita permurarent. Ibidem n. 49, abbas quidam vidit quatuor ordines in celo; primum, infirmorum et gratias agentium, Deo; secundum, hospitalitatem sectantium; tertium, solitariorum; quartum, obedientium, qui orant torque aureâ et coronâ, majorem quam alii gloriam habebant, eo quod, ait, suam voluntatem abjecerint, eamque Deo in manu superioris resignarint, ac concessit: *Obedientia vultus est fidelem; obedientia gentris est omnium virtutum; obedientia regni caelestis inventrix est; obedientia celos aperit et homines de terra elevat; obedientia cohabitatrix angelorum est; obedientia sanctorum omnium civis est, ex hæc enim ablati sunt, et per hanc ad perfectionem veniunt. Novè, ibidem celebratur obedientia Marci litterarum imperfectam, dum vocatur, relinquens; et Mutii illum in flumen proijcens, p. 547; (senior editionem nostri P. Heberii); 36 Joannis leonam ligatam ad abbatem adducens, p. 602; Euphrasin in ardens, p. 355; Joannis aridam lignum per amaram integrum aqua longè jectâ irrigans, quod tandem frondit, p. 546; Eiusdem saxum ingens multo tempore movere conatus, p. 547. Decimò, S. Antonius alioth veloce et compendioso modum perveniendû ad perfectionem esse obedientiam, quod ut nos doceret Christus, ait se venisse ut faceret voluntatem non suam, sed Patris. Unde Paulus simplex ex hæc doctrinâ S. Antonii, obedientiæ, et simplicitatis merito ad tantum galliarum culmen ascendit, ut multo plura et potentiora liberet miracula, quam ipse S. Antonius. Testis est Rufinus in ejus Vita. Undecimò, Joannes Lycius per obedientiam obtinuit domum prophetiæ, cui hinc consilabat Theodosius imperator, ut non prius ad bella procederet, quam illius animaretur oraculis, quibus factus velut ecclesiæ sibi data, trophæa de desperatis bellis et hostibus semper reportavit. Testes sunt Sulpitius et Cassianus, lib. 4, in Vita Patrum, cap. 25.****

Audi Gentiles: Solon percantatus quâ ratione salva possit esse civitas, respondit: *Si civis obtemperat suis magistratibus, magistratus autem legibus. Zeno* Ziticus celebratissimum Hesiôdi sententiam solebat invertere. Cùm enim ille primas tribuat ei qui per se sapiat, secundas qui recte admonenti obtemperet, Zeno ordine inverso sic pronuntiavit:

Optimum ille quidem qui parat recta monenti;

Sed probus ille quoque est, qui nosset ex se omnia, nihil haberet præter intelligentiam; et qui recte monenti pareret, præter intelligentiam haberet etiam effectum. Nam parere dicitur qui quod dicitur optimum esse facit. Testis est Laert. lib. 7, c. 4.

VERS. 15. — **FACIES ET VINCOS EX AERO, ET DIAS CATENULAS EX AERO.** Ut videlicet per eas rationale alligetur superhumerali, puta ipsi ephod; nam rationale alligabitur proxime ad ephod quatuor annulis existentibus in quatuor ejus angulis: sed quia marginum erat gemmarum in rationali pondus, addita sunt hæc due catenulae, quæ exterius rationali in duobus ejus annulis inerebantur, idque per occultas fistulas, ne apparent, ut ita una ephod et rationalis textura esse videretur, ait Josephus et Hieron. Ascendebant autem hæc catenulae usque ad humeros et annectebantur circulis, vel, ut noster melius verit. utentiis aureis in summitate ephod à tergo existentibus. Harum catenularum et vincinorum rursum meminit Moses in rationali v. 24 et 25; nam has cum illis esse easdem facile est videre ex consensione textus hebraici utroque, et ex Josepho ac S. Hieronymo, qui tantum harum catenularum in rationali fabrica meminissent; ita Abulensis.

VERS. 14. — **SUB INTYERIM COHERENTES, q. d.:** Fac catenulas duas quarum singularum circuli invicem in nexi cohererent. Ita Abulensis, Hugo, Victorinus et alii. Neque enim catenula sinistra, coherere poterat dextrae aut contra, sed tam dextra quam sinistra impleta, vel potius innexa et contexta erat suis circulis, vel ansulis, ut fieri solet in catenis. Unde hebraice est: *Facies eas opere plectili;* et Sept.: *Facies eas commixtas in floribus;* id est, instar florum, ut scilicet sicut flos flori inserto et corona innectitur et implectitur, ita implectas hos annulos catenularum sibi invicem, ut fiat catena.

Hebraei addunt, *terminatas vel conterminas*, hoc est, æquales, *facies has catenulas*, ut scilicet æqualiter in fine rationalis terminentur, ejusque annulis extremis inserantur; sed hoc satis explicatur in ipsis rationalis descriptione v. 24 et 25. Unde noster interpres id omisit, ut vilaret hanc repetitionem.

VERS. 15. — **RATIONALE QUOQUE JUDICI FACIES OPERE POLYMITO.** Hæc est secunda vestis pontificis, quæ sacratissima erat pars ipsius ephod, id est, superhumeralis, omniumque vestium sacerdotalium. Dicta est ab Hebraeis *chosen*, à Græcis *Zeios*, à Latinis rationale, idque primò, quia pontificem, et consequenter populum admonebat eorum quæ summâ prudentiâ et ratione ipsius in suo officio, sacrificiis et sacerdo-

tiò consideranda erant, quæque significabantur per nomina filiorum Israel, perque irim et tumim, id est, per doctrinam et veritatem, quæ rationali inscripta erant. Secundò, quia rationale hoc dabit oracula, quasi mente aut ratione provida et prophetica predictum foret, unde rationale posset et vocale et verbale vocari, utrumque enim significat græcum *Zeios*, ait S. Aug. quest. 116. Utrumque etiam significat Hebraicum *chosen*. Nam à radice *chasa*, id est, tacuit, dicitur *chosen* per antiphrasin, quasi minime tacens, vel quòd tacens licet, daret tamen oracula per sacerdotem. Secundò, alludit *chosen* ad *chosen* per *samech*, id est, fortitudo et protectio: quia rationale hoc muniebat et protegabat pectus sacerdotis instar lorice.

Tertiò, alludit *chosen*, per metathesin ad *nachas*, id est, divitias, oraculum dedit. Hinc dicitur *rationalis iudicis*, *iudicis*, inquam, partim humani, hoc est, debiti (hoc enim Hebraeis significat iudicium) et officii sacerdotis, et populi Israel, cuius, ut dixi, eos admoniebat; partim divini, quò scilicet Deus sententiam suam dicebat per pontificem: pontifex enim rationali indutus de rebus dubiis consulat Dominum, et ab eo de iisdem erubebatur, tanquam fungens munere pontificio nomine totius populi, ac mox ipse Dei iudicium, id est, sententiam et oraculum populo enuntiabat.

Tropol. rationale iudicis significat immutiam cogitationum, item prudentiam et circumspectionem, atque rationem examinis nostri tam interni quam externi, puta tam conscientie quam operum exterorum, quæ maximè sacerdotem ornant. Vide Bedam lib. 5 de Tabern. c. 5, et Gregor. 2 p. Past. c. 2 et seq. Ita abbas ille in Vitâ Patr. lib. 5, c. 11, n. 59, dicebat: *Debet monachus quotidie mane et sero cogitare in semetipso quid fecit eorum quæ vult Deus, et quæ non fecit. Et ita tractant omnem vitam suam pontificem agendo, monachum esse oportet: sic enim abbas Arsenius dixit. Idem examen mane et vespere magno sensu et spiritu compunctionis faciebat S. Ephrem, ut ipse fatetur in Vitâ S. Marie meretricis, in fine.*

VERS. 16. — **QUARRANGULUM ERIT, non geometricò, sed physicò, q. d.:** Quadrum erit: neque enim rationale hoc erat alterâ parte longius; sed omnibus sui partibus erat æquilaterum; nam habebat palmum sive spatulam, hoc est, duodecim digitos in longitudine, et totidem in latitudine.

ET **REFLEX.** Puta duplicatum, et duplici telâ constans ad hoc insustineri possit lapides, sive gemmas in eo collocandas.

VERS. 17. — **POSUIT IN EO QUATUOR ORDINES LAPIDUM.** Ad mysteria hos lapidum ordines expressit et descripsit ipse Dominus. Hos lapides, inquit S. Hier., legitimus in diademate principis Tyri, Ezech. 28 (licet ibi tantum novem legantur lapides, qui significant novem angelorum ordines, inquit S. Hier.; ex singulis enim aliqui cum Lucifero, quem rex Tyri representat, ceciderunt), et in Apoc. S. Joannis c. 21, sed alio ordine; in Apoc. enim duodecim lapides significant duodecim Apostolos, qui fundamenta sunt

Ecclesie militantis et triumphantis: unde sub horum lapidum nominibus et specie, virtutum vel ordo vel diversitas indicatur, ait S. Hier.

Ubi nota, in nominibus horum lapidum, uti et herbarum, arborum, avium et animalium, cæcutire et divinare recentiores Hebræos: primò ne fallamur, tutissimum erit sequi S. Hier., Septuag. et Chald., qui mirè hic consentiunt.

Tropolog. quatuor ordines gemmarum sunt quatuor virtutes cardinales, ait S. Hier. ad Fabiol., quæ dum invicem miscentur, duodecim efficiunt combinationes, et patet si quis singulas ordine cum aliis tribus combinet, verbi gratiâ, primò, prudentiam cum fortitudine; secundò, prudentiam cum temperantia; tertio, prudentiam cum iustitiâ; rursum, quartò, fortitudinem cum prudentiâ; quinto, fortitudinem cum temperantia; sexto, fortitudinem cum iustitiâ; et ita consequenter temperantiam et iustitiam combinet cum aliis tribus.

Tres lapides in singulis ordinibus sunt tres virtutes theologice, ait Beda.

Allegoricò Tertull. lib. 4 contra Marc., c. 15, hæc duodecim gemmas docet significatos esse duodecim Apostolos; iisdem enim significantur Apostoli Apoc. 21.

Quæres cur in 12 hæc gemmis omittatur adamas, qui inter gemmas primatum tenet? Primò, Alcazar in Apoc. 21, 19, disputans de calcedonio, censet calcedonium S. Joannis esse carboniculum Mosis hie, et carboniculum Mosis esse adamantem: sunt enim, inquit, carboniculi candicantes, ideoque adamantini, qui scilicet in adamantem transeunt, sicuti carbones (ex quorum similitudine carboniculus nomen accepit), dum nimis ardent, non rubent, sed candent, ut apparet in ferro candenti, quod ubi maxime ignitum est, candet; unde à fabris ferrariis vocatur argentum. Verùm hoc refutavi Apoc. 21, 19. Secundò, alii censent Deum hic in rationali pontificis omisisse adamantem, quia adamas, utpote duris et intractabilis, symbolum est hominis prefracti et tyranni. Verùm et hoc refutavi Ezech. 5, 9; ibi enim Ezechiel à Deo comparatur adamantem, sicuti adamas.

Dico ergo gemmam hujus rei causam litteralem esse duplicem. Prior, quia adamas nihil est pretii: videmus enim parvos adamantes instar fabas romane, æstimari 40 aut 50 millibus aureorum. Quare adamas tanta magnitudinis ut in eo inscribi posset nomen *Jebeda*, aut alterius tribus, constitisset plus quam censuum millibus aureorum. Unde hoc pretium, imò habito pretio, modo adamantem tantum sibi comparissent pauperes Hebræi Egypto exercentes? Ita primi pontifices et christiani religionis, sanctitatis et paupertatis magis studiosi quam pompæ et splendoris, templa et calices, aliisque res sacras malebant medicos et simplices, quam splendidas nimis et pretiosas. Olim, ait ille, *sacerdotes aurei celebrabant in calcibus aureis; nunc sacerdotes avari celebrant in calcibus aureis.* Hæc videtur causa cur Constantinus, imperator magnificèntissimus aequè ac religio-sissimus, in templo

S. Petri, Pauli, et aliis mediocritatem servavit, quia scilicet S. Sylvester eum deposcit in initis illis temporum, et dominantis christianissimi: alioquin enim novum Pantheon, inò Salomoniam templum ædificasset.

Posterior, ne nimia esset inæqualitas inter tribum, cui daretur adamas, et cæteras quibus æque gemmae viliores darentur; quæ illi occasio esset superbie et ambitionis, cæteris invidia et odii; uti Joseph ab unicum polymitam à patre acceptam, cæteris fratribus exosas et invidios fuit. Adamas enim est regina gemmarum, et incomparabiliter cæteras omnes claritate, duritiâ, soliditate et pretio superat. Addit S. Epiph. tract. de Lapidibus et Gemmis (penes quem sit fides, nec enim Moses ait Scrip. ejus meminit) pontificem tempore Salomonis ingredientiem in templum, tribus anni solemnitatibus, puta in paschate, pentecoste et festo tabernaculorum, præter gemmas rationalis, in pectore gestasse adamantem, inter duos smaragdus, qui splendebat, si populus à peccatis imminis, Deo erat charus; sin per peccata ejus iram provocasset, obscurus evadere aut sanguineus, quasi comminatus Dei vindictam et gladium. Sic apud Christianos summus pontifex in pectore gestat adamantem, ut dixi Ezech. 5, 9.

Symbolica causa fuit ut significaretur vetus sacerdotium, addeque veterem legem et synagogam non fore adamantinam, id est, invicta, infrangibilia, constantia et perpetua; frangenda enim et abolenda erant per Christum sacerdotium, legem et regnum.

IN PRIMO VERSU (id est, ordine) ERAT LAPUS SARDIUS, ET TOPAZIUS, ET SMERALDUS. Describamus hic nomina singulis lapidibus inscripta, singulosque lapides adaptemus tum suo patriarchæ, tum suo Apostolo. Sequar in hæc re tum alios, tum præsertim Franc. Riberam, lib. 5 de Templo c. 11, et in Apocal. c. 21, qui præ cæteris egregie singula hæc adaptat. Porrò servatur hic in patriarchis ordo natalitatis et ætatis, ut qui prior est ætate procedat, et priorem sortiatur gemmam; postponitur hic ergo Judas, Joseph et Benjamin, qui virtute et dignitate alios antecederant. Rectè Agellius, alios se inferioribus postpositus, dixit: *Obstant non loco virum, sed viri locum cohortantur;* testis est Plat. Porrò Abul. et Alcazar in Apoc. 21, 20, notat 35, contendunt hic numerandum esse Levi, idèque ut tribus sint 12 non tredecim, Ephraim et Manasse contrahendas esse in unam, scilicet Joseph, qui fuit pater utroque. Accedit Chalkers, qui Cant. 5 nomen Levi in unâ gemmâ apponit. Verùm verius est omnitendum esse Levi, ac consequenter tribum Joseph dividendam in duas, scilicet Ephraim et Manasse. Ratio est primò, quia pontifex ipse seipso representabat tribum Levi; erat enim ipse ex Levi et Levita. Secundò, quia 13, tribus posite hic in rationali erant populi, puta laicorum, pro quibus sacerdos oraturus erat; gestat enim eos in pectore, ut iugiter eorum in precibus recorderetur. At tribus Levi non erat laica, sed Deo consecrata, ac primò una cum pontifice, quasi capite sive tribus, Deo pro cæteris tribubus laicis sup-

plicabat. Consetur ergo esse una cum capite suo, scilicet panthea: eum enim stipabat, canoque adjuvabat in sacrificiis et sacris pro populo abentis. Non decebat ergo pontificem gestare in pectore tribunal Levi, utpote cujus ipse erat caput et princeps: illum enim seipso representabat, sicut princeps representat rex, rex regnum, primogenitus totam familiam et stirpem.

Ad Chaldaeum respondeo parvam esse Chaldaeum illius paraphrastae auctoritatem: habet enim dicitur falsa et commentitia, et repugnat Origenis ad eam Chaldaeum paraphrastae, quem habemus in Exodo, ut ipse Alexandri latetur.

In primo ergo gemmarum ordine primus est sardius, qui ignis specie transibet, significatque Ruben primogenitum Jacobi: cujus libello se prodidit, tam patrum aliis, cum ad Balam patris sui uxorem accessit, Genes. 35, 22. Sed quia sardius tardius sulfus humore lebetatur, hinc convenit constantiae et amoris cunctis Ruben, quo tam impense conatus est Josephum e manibus fratrum liberare, Gen. 37, 24.

Tropol. sardius fervidum significat doctrinam, et pro eâ martyrium: est enim colore sanguineo et igneo, quo feris terrorem incutit. Hinc Apoc. 21, tribuitur S. Bartholomaeo qui pro Christo excoriatas totus sanguineus, idcirco demeritis terribilibus fuit: nec mirum est eandem gemmam nunc vitium, nunc virtutem significare: sic enim in Scriptura non dano quam Chastus vocatur leo, sed Christus ob fortitudinem, diabolum ob crudelitatem et furem. Sicut *ignis vulnera, quae in proelia sibi infecta sunt, regi membra induratae loquuntur: vita et iustitia sanabunt alecta capita gestantes, et in medium afferentes, quae canique voluerunt, apud regem colorum impetrare possunt, ait S. Chrys. serm. in Iulianum et Maximum.*

Secundus est topazius, qui partim caeruleo, partim aureo est colore, hinc omni colore respicietur, ait Isidor. lib. 16, 7. Quilam, topazium dicitur putari à Topazio insula maris Rubri, quae quoniam est velutosa, cum à navigantibus saepe quaesita esset, hinc nomen accepit, nam *topazius* lingua Troglodytarum *quaevis* significat. Topazius congruit Simeoni adiaci et imberterritio, uti patitur in vindicta stupri sorori aue Dina illati, Gen. 34, 25. Audaces enim et vafrum non raro sunt caerulei et pallidi. Unde Julius Caesar, cum quidam malo suspicarentur de Antonio et Dolabella, et ab his ut sibi caveret monerent: *Non hes, ait, metuo, rubicundus, igneus et piogrus, sed gratia tates ac pallidos, Brutum monstratis et Cassium, idcirco morituro, nam ab his postea in curia dolores occisus est.*

Tropol. topazius significat animum celestem et ad omnia infraetum, omnibusque adversis superiorem: est enim topazius caeruleus et fulvus, atque flavoscenti impensio, dum radiis solis verberatur. Hinc Apoc. 21, tribuitur Jacobo fratri Domini, qui celesti charitate irradiatus, per illum Judaeos omnique terrena supplantavit. *Animus, ait Seneca cap. 66, intus est, ut pariter fugientiorum ac petendorum, non ex opinione, sed ex natura profu robis imponens, asperitas blandisque pariter insitibus, nostri se fortunae submittens*

supra omnia qua contingunt acciditque emittens, interurbatus, intrepidus consistat, quem nulla via frangit, quem non atollant fortitudo, nec depriment. Talem animam virtus est; haec est ejus facies. Et rursum à Nilai, ait, magnum est in robis humanis, nisi animus magna despicere. Cyrus, inquit Xenophon lib. 4, et formis fuit pulcherrimus, et animo humanissimus, et dicendi adpitendique honores cupidissimus: adeoque nullum non laborum pertulit, nullam non periculum laudis gratia sustinuit. Quid jam faciet Christianus pro laude et gloria aeterna?

Tertius est smaragdus, qui maxime viret, ita ut res albas, quoniam et aerem suo virore inficit; unde hebr. vocatur *burket*, id est, fulgurans; hinc et à Symmacho, testis S. Hier., vocatur Ceranus. Smaragdus congruit Levi, ait Abulensis, sed fallitur: Levi enim non computatur inter duodecim tribus, uti supra ostendi. Ergo smaragdus est Jodas qui, si Levi excludas, fuit tertius Jacobi filius; smaragdus enim significat Jodae fortitudinem, et scripturam perenne, semperque virens usque ad Christum, Genes. 49, 10.

Tropolog. smaragdus significat virginitatem; hinc Apoc. 21, tribuitur S. Joanni, qui semper virgo mirè vixit sua virginitate. Unde Pierius hierogl. 41: *Sunt, ait, qui smaragdi perpetuum clarumque virorem signum virginitatis esse vident; idcirco inasper arguuntur aditum, in palamda ra, tenero, si quis lapidum attingat, cum sponte frangi. Hoc posterius falsum esse per experientiam asserunt matronae conjugatae; multae enim annulos habent cum smaragdo, quos nec in nec nocte dimittunt, qui tamen integri semper et illae, etiam post copulam perdurant. Sic Catullus virginem comparat Jovi venanti:*

Ut fox in seipis secretis nascitur hertis, Ignotus peccati, nullo contactu auroto: Sic virgo diem intacta manet, etc.

VERS. 18. — *IN SECCNDIO CARBUNCULUS, SAPHIRES ET JASSES.* In secundo ordine primus est carbunculus, graeco à *καρμ*, id est, carbo ignitus, hujus enim speciem refert; unde et ignem non sentit, quod de causa pyritus dicitur à Plinio lib. 37. Hic congruit Dan et Dantis, quia sua fortitudinem exusserunt Eois, Judic. 18, 27; et Sansoni Dantis, qui ignites titiones alligatus caudis vulpium, his succendit segetes Philisthim, Jud. 15, 5.

Tropolog. carbunculus significat ardentem charitatem; carbunculo in Apoc. respondet chalcodonius, qui carbunculo colore est similis, tribuntque Jacobo fratri S. Joannis, qui ardens charitate Christi, prius Apostolorum pro Christo martyr occubuit.

Martirium, ait S. Cyprian., est delictorum fons, periculi terminus, dux salutis, iter patientiae, magister domus vite. *Magna sublimitas est, ante ora Domini aspectumque Christi, potestatis humanae tormenta contemnere.* Bursium Laur. Just. de Ligno vite c. 4: *Claritas, ait, est imperatibilis lorica, respoti gladium, jacula excussit, periculum insulans, mortem irridet, potentem vincit omnia.* Egregio S. Aug. de Laude charitatis: *Hic, ait, in adversitatibus tolerat, in prosperitatibus temperat;*

in davis possionibus fortis est, in bonis operibus hilaris, in temporalibus ditissimus, in hospitalitate latissimus, inter bonos fratres latissimus, inter malos sapientissimus. In Abel per sacrificium laeta; in Noe per diluvium securus; in Abraham peregrinationis fidelissimus; in Moise inter infirmitas lassissimus; in David tribulationibus vultissimus. In tribus pueris blandos ignes fortiter tolerat; casta in Susanna super virum, in Antio post virum, in Maria proter virum; libera in Paulo ad arguendum, humilis in Petro ad obediendum, humilis in Christianis ad confutandum, divinus in Christo ad ignoscendum; Ipsi est facti fructus, divites pauperum, vita mortuorum.

Secundus est sapphirus, qui caeruleus est, id est, celestis coloris, et aureis punctis collicet, quippe radiis solis percussus ardentem emittit fulgorem. Hic congruit Nephtali, à quo plerique Apostolorum profugit; aurea et celestis Evangelii verba, et (ut Jacob vaticinatus est, Gen. 49, 21) eloquia patribus orbi dederunt.

Tropol. sapphirus significat eos qui corpore in terris, mente et vita in caelis versantur, unde in Apoc. tribuitur S. Paulo, ut vult Aretis, vel potius S. Andree; qui amore caeli et radiis Christi, hinc apud eum manens, percussus, in ejus amorem exarsit, et terrena omnia, prospera atque ac adversa calcavit. Viris ergo Andree iuxta nomen suum fuit *azur*, id est, vir. Vir, inquit Cassiod. in Psal. 4, vocatus à viribus, est qui necesse in adversis tolerando defleat, aut in prospero aliquid elatione se jactare; sed animo stabili deflexit, et certitudo rerum contemplatione firmatus, manet semper impavida. S. G. Greg. lib. 7 Mor.: *Justorum, ait, fortitudo est curam vincens, propterea voluptatibus contraria, delectationum vite praecantis circumpura, hujus mundi experta pro aeternis promissis manere, prosperitatis blandimenta contemnere, adversitatis metum in corde suppressare.*

Tertius est jaspis, gemma firmissima et vires, idcirco smaragdo subsimilis, ait Isidor. lib. 16, c. 7. Jaspis congruit Gad: tribus enim Gad fortissima praevit alias tribus ad terram promissam, fortissimisque pro his disiecit, Num. 32, 23, et Josue 4, 42; unde et Gad hebraice idem est quod instructus; acinetus; armatus, felix, Gen. 48, 49, in Hebraeo.

Tropolog. jaspis significat fortitudinem fidei: unde in Apoc. tribuitur S. Petro, qui est petra et fundamentum Ecclesiae post Christum, idcirco feliciter haec petra in suis successoribus pontificibus perdurat et perdurabit. Augustus Caesar Caio Casario, Julii filii suo filio, cum cum in Armeniam mitteret, precatus est à diis gratiam Pompeii, audaciam Mezentrii, fortunam suam concessit, inquit Plutarch. Christus suam gratiam, fortitudinem et felicitatem apprecatus est, et apprecando contulit S. Petro, ejusque, imò suis haereditis.

VERS. 19. — *IN TERIO EMURUS, AGRATES ET AMETHYSTES.* In tercio ordine primus est ligurius, quem alii vocant lyncurium, putantque esse gemmam ex urina lyncis coagulam, *lyx* enim est, lync, *lyxus* est, urina, sed id rejicit Plinius, lib. 37, c. 5, potiusque ei tali materia coalescat, succinum sit, quam gemma, et ita Franciscus Bueus ligurium ait esse succinum, non ex urina lyncis, sed ex pino arbore distillans. Alitur quoque in Apoc. 21, nota. 34, coesul ligurium esse coesurum, vel succinum durius, pretiosius et rarius. Verùm hinc non succidit, sed gemmarum ponuntur ordines. Incertum ergo est quis sit ligurius; verisimile tamen est esse hyacinthum. Primum, quia ita interpretatur S. Hieron. Secundo, quia hyacinthus est lapis pretiosissimus, unde non est verisimile eum solum hinc esse praetervisum. Tertio, quia Apoc. 21, 10, pro ligurio ponitur hyacinthus. Quarto, *lyxus* enim primo vocaverit Septuag., inde Josephus et S. Hieron. *lyxus* autem Graecis suare, jocundum significat; lyncyculus vero, teste Plinio, lib. 57, 9, fulgore suo violente ita pasci coloribus rapitque, ut arvanest antiquum satiet, adeoque non implet oculos, ut penè non attingat. Josephus quoque ligurium ab admiranda pulchritudine commendat. Quod mirum ergo si ab egypto ligurium dicitur anonomastice, qui proprie hyacinthus? Hic congruit tribus Aser, quae ceteris ditior fuit et delicatior, Gen. 49, 20. Hinc et Rufus scribit persuasione fuisse quorundam hyacinthus divitias afferre, quod tamen vir sapiens non facile credit.

Tropol. hyacinthus significat contemptum terrenorum, et amorem celestium: hinc in Apocalypsi congruit Simoni Chananeo, qui celestibus et suavissimis fuit moribus. Est enim hyacinthus violaceus, et celestis coloris instar sapphiri, et instar floris, qui dicitur hyacinthus. Titus imperator ob suavitatem et benevolentiam, dicitur esse, *deliciae orbis*, hic admodum ab amicis quod plura polliceretur quam prestare posset, respondit: *Non operat quoniam à Caesaris colloquio hinc abscedere*, ita Sueton. in ejus Vita. Adrianus imp., teste Dione, in colloquiis etiam humillimorum viri civis erat, eosque detestari solebat, qui hanc humanitatis voluptatem ipse inviderent hoc praetextu, quod dicerent principis majestatem ubique servandam. Illustre est exemplum religiosi qui fratrem divergentem, et in apostatam proclivem suo obsequio et suavitato servavit, in Vita Patrum lib. 5, c. 5, n. 28. *Pro contra Dionysius tyrannus ab Aristippo interpellatus pro amico, precis non admisit: Aristippus prostratus cepit amplecti pedes regis et impetravit. Id factum cum quidam vellet abjectus quam ut philosophum decoret, reprehenderet: Non ego, ait, sed Dionysius est in culpa, qui curas habet in pedibus, testis est Laert. lib. 2, c. 8.*

Secundus est achates, ita dicitur ab Achate fuisse Sthelae, juxta quem primo est reperitus, ait Plinius: aut, ut alii, dicitur esse *axates*, id est, sociabilis, quia multae in eo figurae, et colores varii associantur. Nam, ut tradit Isidorus lib. 16, c. 11, niger est habens circulos nigros et albos junctos est variatus, similisque est herminii: ejus species est corallachates, qui aureis guttis inspersus est. Scribat Anselm. Bothius insignis medicus, et gemmarum Rudolphi II. imp. lib. 2 de Gemmis c. 97, *ovum achatem venenis pestiferis, eptarum atque scorpionum ictibus adversari. Cor enim re-*

creat, ac ad verba omne genus contagii tuetur. Sicut achates ore contenta, nunquam detenta febrium onusta non obcuri conspexit (omnes enim gemmae frigida sunt et sicca, ut idem ait c. 66). Narratur aquilam rido suo achatem imponere, ut pullos contra venenarum animalium morus tuetur. Scribunt aliqui rariorem achatem vixisse acvere. Ex achate faciunt coronas precatorias. Hic significat tribus Issachar, inter medios peccatores sita, sanctitatem, quam proinde laudat Mos. Deut. 33, 19. In Apoc. achati respondet chrysoptasus, ita dicitur, quod porri succum colore suo refert; idem pallore suo ad nigredinem accedit, aureis intervallis guttis, unde corallachati affinis est, tribuiturque in Apoc. Iudith Thaddaeo: cuius aurea sapientia, et acrimonia hanc enim symbolice et tropologicam significat chrysoptasus in haereticos, patet ex ejus epistola.

S. Pachionius ex fegore terribilo agnovit Origenistas, easque minutas est gehennam ut respicerent, et libros Origenis in flumen demergerent, ut patet ex Vita ejus c. 14. Sic Apphrantes monachus eremo exiti in urbeni, ut Arianus resisteret: cumque Valens imper. eum argueret, dicens monachi esse solitudinem, respondit: *Tempus reverentiae, qui flamman in domum Dei iniecit, non me, qui egressus sum ut eum extinguam;* testis est Theodor. in Philotheo. Sic acer in haereticos fuit S. Hier., S. Hilarius, S. Athanasius et alii.

Tertius est amethystus, qui purpureus est, roseus et violaceus, sculptura facili, leniterque flammata fundit. Dicitur est amethystus, *ans eos sublevari*, id est, inebriare, et à privativo, non quod non inebrietur, id est, vini colorem non integrè accipiat, aut quod ebrietati resistere creditur. Ita Isidor. et Plinius. Differt ab hyacintho, quod fulgor violaceus in hyacintho sit dilutus, in amethysto vero sit micans, ait Plin. lib. 37, c. 9. Amethystus congruit Zabulon, ex quo nonnulli Apostoli prognati sunt, celesti virtutum splendore radiant.

Tropol. amethystus significat humilitatem: unde in Apoc. datur Matthias, qui nomine (Matthias enim significat hebr. donum Dei) et in oculis suis parvus, nunquam superbia inebriatus fuit, hinc divina sorte et vocatione, in Apostolum loco Jude electus, marginis evasit. Interrogatus est quidam senex: Quid est humilitas? et resp. dixit: *Humilitas magnam opem est et divinum: res autem humilitatis hinc est, ut labores corporales exanim debent, et adhibita respiciat homo peccatorem, et ponat se subiectum omnibus. Et dixit frater: Quid est esse subiectum omnibus? Resp. senex: Hoc est esse subiectum omnibus, ut non attendat quis alienis peccata, sed sua semper aspiciat, et deprecetur sine intermissione Deum. In Vit. Patr. lib. 5, c. 15, n. 82. Interrogavit quidam frater senem, dicens: Die mihi unam rem quam custodiam, et vivam per eam. Et dixit ei senex: Si poteris coartumtum pati et sustinere, magnam est hoc, et super omnes virtutes. Ibidem n. 85.*

VERS. 20. — IN QUARTO CHRYSOLITES, ONYCHIDES, ET

BERYLLES. In quarto ordine primus est chrysolites, qui partim aurei, partim marini est coloris: unde hebaricè vocatur tharsis, id est, marianus, inquit S. Hier. Hic congruit tribui Ephraim, qui regiam potestatem in Jeroboam adeptus, eam diutissime tenuit.

Tropol. chrysolites significat penitentiam; unde in Apoc. tribuitur Mattheo, qui poenitens fuit, et fervens amore Christi. Praeclari S. Greg.: *Plerumque aut, gratior est Deo servens post culpam vitam, quam securitate torpens innocentia.* Hoc verum esse patet in S. Mattheo, Petro, Paulo, et aliis. Narrat Pallad. in Lausiaca c. 140, de quadam virgine lapsa, qua poenitens per 20 annos mancipavit se obsequio agrorum, maneorum ac multitorum, itaque placuit Deo, ut eisdem sancto presbytero revelaretur illam magis placuisse Deo in poenitentia quam in virginitate.

Secundus est onyx, ita dicitur ab unguis humani similitudine. Ille significat Manssem, ob morum candorem et humanitatem: unde et in Apoc. datur Philippo. De onyche ita scribit Ansel. Boetius lib. 2 de Gemmis c. 91, 92 et 95: *Sardonyx est, dum onyche sardius adjunctus est. Chalcedonium, dum obest rubicundus et niger color distinctus. Onyx, dum adest niger et niger rubicundus. Variis enim sunt onychem genera. Alie enim nigrae prorsus, alie cum albedine, cum furo, flavo, lacteo, subcruetulo corneoque colore, miram varietatem ostentant; omnia, vel lineas habent, quibus colores à sese mutuo distinguuntur. Tanta interduum est magnitudo, et columnae inda fieri possunt. Romae enim in basilicâ S. Petri sex columnulae onychina conspiciuntur. Apriani tunc regis Mithridatem Ponti regem, duo milia poculorum ex onyche in suo thesauro habuisse. Sub onyche et sardonyx et chalcedonium intellige. Nam et hi apud veteres pro onyche habebantur. Onychina pocula apud Romanos myrrha vocabantur. Onyx ceram non recipit, ited ad sigilla aptissima est. Onyx et sardonyx hodie à gemmaris nicolas vocatur.*

Tropol. onyx significat candorem et innocentiam. Rectè Chrys. hom. 6 in Matth.: *Sicut, ait, in conspectu hominum gratiosa est facies pulchra, sic in oculis Dei speciosa est conscientia munda.* Et S. Bern.: *Non mellocris est vitulus virtutis inter praeros vivere bene, et inter malignantes retinere innocentiam candorem, et morum lenitatem.* Et Lact. lib. 6: *Nilil, ait, sancto et singulari illa modestas aliud ab homine desiderat, quam se lam innocentiam; quam si quis Deo obtulerit, satis pie religioque litatur.* Quin et postea Horat. lib. 4, oda 19:

*Integer vite, selectioris purus
Non eget Mauri juvens, nec arcu,
Nec venenatis gravida sagittis,
Fusce, pharetra.*

*Sive per Syetes iter extuosas,
Sive securus per inhospitalem
Caucasum, vel qua loca subulosa
Lambit Hydaspes.*

Tertius est beryllus, qui iustar aquae solis fulgore pervossus, rubicundus est et decorus, sed non fulget, nisi in sexangulas formas politur: repercussione

onim angulorum fulgor acitur, tenentisque manum adrere dicitur. Assertur ex India, unde in Apoc. tribuitur Thoma, India apostolo, qui tentationibus et adversitatibus in fide probatus et roboratus mirè refuit. Hic vero tribuitur tribui Benjamin, qui primum Hebrais dedit regem Saulem, sed statim, eo mortuo, regno privata est: rursùm tempore Michae accessa est ad sexcentos viros, Judic. 20, 47. Unde postea ex afflictione resurgens, et propagata fulgere coepit, solaque adhasit tribui Juda tempore schismatis sub Jeroboam ipsa denique dedit Paulum Apostolum, ita inter labores et adversa fulgentem et triumphantem.

Tropologicè beryllus significat animum fortem et heroicum, adversa quoque vincentem, de quo dicitur:

Si fractus illabatur orbis,

Impactum ferient ruinae.

Sicut sumus, ait S. Chrys. in Matt. hom. 49, ante ignem procedit, ante victoriam pugna; sic et ante gloriam Christi, tentatio antichristi. Ita S. Thomas tentatus et mutans in fide, per Christum confirmatus, solidior quam ante evasit, adeoque pra aliis Apostolis per plurimas et maximas gentes, perque multa adversa fidem Christi propagavit, ut docet Thomas Staplet. in ejus Vita. Alexander Magnus, audiens Darium Persarum regem multas parare militum myriades, respondit: *Unus lupus non facit multas oves.* Benjamin fuit lupus rapax: Ita S. Thomas Indos aliasque gentes, quasi oves non timuit, sed cepit eas Christo et Ecclesiae.

Nota. Haec duodecim gemmae non minus sunt pontificis eas in pectore gestantis, quam 12 tribuum eis inscriptarum. Quare sicut tribuum, ita et pontificis dotes et virtutes quas habet, vel habere debet, significant. Unde allegoricè, Christus per pontificem veterem adumbratur. Primò, est sardius, quia timores expellit, et Apostolos ac fideles demouibus terribiles facit. Secundò, est topazius, quia celesti et infracta charitate mundo irradiavit. Tertio, est smaragdus, quia visum delectat tam angulorum quam sanctorum. Quarto, est carbunculus, quia lux mundi, eum illuminans et inflammans. Quinto, est sapphirus, quia celestis est ejus doctrina et vita. Sexto, est jaspis, quia petra Ecclesiae fortissima, et quia juvat ad partum bonorum operum. Septimò, est hyacinthus, quia mitis et humilis corde, et quia infirmitati animi resistit, eamque à suis expellit. Octavo, est achates, quia acer in infideles et impios, et quia abortivum peccati per confessionem nos expellere facit. Nonò, est amethystus, quia resistit somno, ebrietati, omneque accedam fugit. Decimò, est chrysolites, quia vni vocare non iustos, sed peccatores ad salutem. Undecimò, est onyx, quia moribus candidus, et quia bellum movet in vita. Duodecimò, est beryllus, quia in omni tentatione et passione ac cruce constans permansit, imò clarior effulsit. Ita ferò Salmeron tom. 7, tract. 11.

VERS. 21. — HABEDUNTQUE NOMINA FILIUM ISRAEL, DUODECIM NOMBIBUS GEMARUM, SINGULA LAPIDES NOMINIBUS SINGULARUM PER DUODECIM TRIBUS. Hebr. est, *sculpsit eos sculptura sigilli secundum nomen suum;* et Chald. *sculpsit eos sculptura distincta, sicut sculptura*

annuli, vel sigilli, singulos iuxta nomen suum. Idem clarior dicitur de onychinis in ephod, v. 10. Hebr., Chald. et Sept., scilicet nomina filiorum Israel in suis sculpta esse sculptura sigilli, *al scemoth*, id est, secundum nomina, vel pro nominibus filiorum Israel. Unde censet Hier. Prado in Ezechiel 4, p. 45, tam in duobus onychinis, quam in duodecim gemmis rationalis, duodecim nomina filiorum et tribuum Israel insculpta fuisse, non per litteras, sed per notas et signa hieroglyphica more aegyptio: scilicet his fuisse insculpta insignia (quae Galli vocant *les armoiries*) representantia stemma cuiusque tribus, ejusque principem et caput. Sicut ergo nobiles in suis annulis et sigillis sculptum insigne suae nobilitatis, ut clypeum, galcan, lionem, etc., ita tribus Jude signabatur per lionem, Dan per aquilam, Ephraim per bovem, Ruben per caput humanum, etc.; haec enim cuiusque tribus erant insignia, ut dicam, Num. 2. Id ita factum esse probatur secundò, ex Sap. 48, 24, ubi dicitur: *Parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta; pro magnalia graecè est *επαε*, id est, gloriae, excellentiae, victoriae, triumphae, nobilitatis insignia, stemmata parentum, de quibus jure gloriabantur; ergo stemmata haec, non autem ipsa nomina tribuum insculpta erant hisce gemmis.* Sic Ciero poculum aureum diis dedicans, praenomen suum notumque literis insculpsit, cognomen verò Ciceronis clero celato indicavit; ceter enim erat insigne et stemma Ciceronis; ita Plutarch. in Cicerone.

Haec sententia in speciem probabilis et plausibilis est; verum si quis solidè rimetur verba Script., apparebit non esse vera; nam disertè tam Hebr. quam Septuag., Chald. et nostrè dicunt ipsa nomina fuisse insculpta gemmis, ut patet v. 9, 10, 11, 12, 21, 29; unde quod dicitur in Hebr., Chald., Septuag., *sculpsit eos sculptura sigilli*, nihil aliud est quam quod noster vertit: *Opere sculptoris, et calaturâ gemmarum sculpsit eos nominibus filiorum Israel*, q. d.: *insculpsit his nomina filiorum Israel, sicut sculptores et gemmarum suis sigillis et gemmis insculpsit characteres et notas quas voluit.* Ita enim explicant Lyran., Abul., Vatabl. et alii passim. Sic enim haec phrasis accipitur tum alibi, tum v. 36, ubi dicitur: *Facies laminae, in qua sculpsit opere exaltaria* (hebr. sculptura sigilli, id est, sicuti sigilla solent excuspi et clari) *Sanctum Dominum.*

Ad locum Sapient. respondeo in gemmis fuisse scripta parentum magnalia, graecè *επαε*, id est, gloriosa et magnifica nomina patriarcharum: ab his enim (duodecim) quasi patriarcharum, duodecim tribus omnesque posteri denominati sunt; pari enim modo libidem subdit Sapient. magnificentiam Dei, id est, magnificentiam Dei nomen tetragrammatum, puta *Jehova*, scriptum fuisse in diademate pontificis.

VERS. 22. — FACIES IN RATIONALI CATENAS. Haec eadem sunt cum illis v. 15, ut ibi dixi.

VERS. 26. — FACIES ET DIOS ANNULOS AUREOS, QUOS PONES IN SUMMITATIBUS RATIONALIS. Hoc v. 26 et sequentibus duobus, describitur aliud lignum rationalis

cum ephod, aliud, inquam, à duabus extenuis ad numeros ascendentes, de quibus v. 15 et 22; extenuis enim exterioribus erant, ligamen verò hoc erat Internum et immediatum: rationale enim in quatuor angulis et oris suis, patet in duobus qui erant cursorum, et in duobus qui erant decorum, habebat quatuor annulos aureos, quibus totidem annuli in ephod ex adverso respondebant; ita ut annulus quilibet rationalis cum annulo ephod sibi respondente incoeretur vitæ hyacinthinæ. Insinuat Josephus vittam hanc non omnino arcte strinxisse duos hos circulos: ait enim, ne quid inter circulos hæret, filo hyacinthino id est, circumfuitur. Porro, ut Hebr. hic indicant, rationale ita superponebatur texturæ ephod, ut oras ejus pariter et extenuis excederet et cooperiret.

EX FORTISSIMA LITIS RESPICIUNT. Posterior, id est, interior, ita hebr., pars enim anterior exterior erat, et vitæ patens: posterior vero erat interior, ascendens et tecta ab exescente orâ rationalis, ut dicitur, sic, c. 5, v. 1, dicitur Moses duxisse gregem ad interiora deserti: hebr. est post desertum, vel ad posteriora deserti.

VERS. 27.—CONTRA FACIEM HEBETE. Hebr. è regione junctione ejus, super terebram signatam ephod.

VERS. 30.—PORTANTORES YARON NOMINA YERORUM ISRAEL IN RATIONALI JERCHI SUPER VERTICES SUE. Hebr. super cor eorum, sed cor hebraice citant pectus significat. Jubar ergo portantes, ut patet, v. 12, in humeris; ita nunc in pectore gestare nomina tribuum Israel rationali insculptis, et salutis aulmarum sibi commissurarum agnoscant, easque non tantum humeris gestet, sed intimo cordis sui cura et oratione sua fovat. Vide supra, v. 11. Unde additur: Memorale coram Domino, id est, in memoriam vel monumentum, quod coram Domino agnoscimus tribus in pectore præbet, idque in æternum, id est, semper, quando videbit et quoties ingressurus est sanctuarium. S. Bern. epist. 42 ad archiepiscopum Senonensem, docet immis episcopi in duobus consistere, scilicet ut in omnibus suis actibus non querat aliud nisi primum gloriam Dei, secundo salutem sui populi. Hoc, inquit, agens pontifex, implet non solum pontificis officium, sed et etymologiam nominis, postquam scripserit faciens inter Deum et proximum. Partingit pondus usque ad Deum et salutem quæ non suam, sed Dei gloriam querit. Partingit usque ad proximum illi pietate, quæ ipsi, non sibi, prodesse desiderat.

VERS. 50.—PONES ADTER IN RATIONALI JERCHI DOCTRINAM ET VERITATEM, QUE ERANT IN PECTORIS YARON. QUAESTIO INCREMENTUM CORAM DOMINO, ET GESTANT JERCHI FILIOREUM ISRAEL IN PECTORIS SUI, IN CONSPECTU DOMINI SEMPER. Pro doctrinam et veritatem, hebr. est urim et tummin. Aliqui (quibus hæret Card. Bellarm. lib. 4, c. 5, de Pontifice) urim deducunt à rad. iera, id est, docere, eò quod noster urim veritatem doctrinam: tummin verò deducunt ab amon, id est, credidit; quia noster tummin vertit veritatem: hæc enim est obiectum fidei et assensus nostri, puta id quod credimus. Alii deducunt ab or, id est, lux, ut urim idem sit quod

lucis vel illuminationes: tummin verò à radice tummin, id est, perfecti, completi; ut tummin idem sit quod integritas, vel perfectiones; urim ergo et tummin idem sunt quod illuminatio et integritas: sive, ut noster verit, sensum magis quam verba spectans, doctrinam et veritatem; per enallagen enim in Hebraeo urim, ponitur numerus pluralis pro singulari, ad amplexum.

Quæstio est hic gravis admodum, quoniam in rationali fuerit urim et tummin, id est, doctrina et veritas? Primò R. Salomon et Judæi respondent fuisse nomen tetragrammaton; hoc enim inelucto mysterium Trinitatis et Incarnationis Verbi, ut dicit c. 6, v. 5, quo mens illuminatur et perditur. Secundo, Cyrillus in Collect. c. 24, putat hæc non fuisse aliqum ratio factum: aliqui enim Scriptura diceret quomodo illa constructa fuisset; sed fuisse cognitionem spiritalium, que ingrediebatur cor sacerdotis, quando pectori suo imprimere rationalis. Sic et Orig. Quomodo, ait, femina aut taurus potuit texere doctrinam et veritatem? suspensio ergo est que utramque facit. Tertio, Hugo putat hæc fuisse characteres inscriptos rationali per diversos literas, quas literas cum proferret vel commiscisset pontifex, ea Dei nutu ita combinabantur, ut significarent id de quo sacerdos consulat Deum; puta quid in bello adire re facendum aut vitandum erat. Quarto, Arias Montanus putat hæc fuisse duos lapides lucidissimos, immediate præfectos à Deo, Musque ab eo datus. Sic fery et Procopius in Desterio. 55: Jubar duodecim, inquit, lapides in pectorali positos, erat claritas et veritas, per alios duos lapides representatis. Hinc referri potest sententia Anastasii Niceni, quæst. 68 in S. Script., qui putat urim et tummin fuisse adamantem, qui, cum pontifex ingrederetur in Sancta sanctorum, si populus peccato pollutus esset, nigresceret; si Deus illum punire decrevisset, sanguine coloris efflueret; si non peccasset, abhæret ut nix, atque tempore Zacharias patris S. Joannis Baptiste insigniter splenduisse. Quintò, Oleaster putat duodecim gemmas rationalis vocari urim et tummin, id est, illuminationes et perfectiones, eò quod lucidissime essent et perfectissimæ; supè enim Hebræi ponunt abstracta pro concretis. Adhuc Christi à Castro, loco mox citando, in lapidibus hinc domi scripsisse suum responsum et oraculum literis expressis, aut per figuram et imaginem illud in eo depinxisse, sicut in oppido Lusitania Santarem assidue miraculo in pellucidâ crystallo visitur Christus, pro equitate devotione unquam per tenellis, nupò duodecim annorum, nunc triginta, unum crucifixus, nunc juxta rigulas. Sextò, Christ. à Castro, Comment. in minores prophetas, lib. 5, c. 5 Prolegom. censet urim et tummin fuisse thesaurum; nam Osee 5, 14, Sept. pro thesaurum vertit thesauri et thesauri, quo modo vertunt urim et tummin, Exod. 28, 50; thesaurum autem erant imaginibus, seu idola, que interrogata dabant responsa voce manifestâ. Erant ergo, sit ipse, urim et tummin duo parvula simulara affabre facta, vel Dei manû, vel artificum, que ferebatur sacerdos intra plicas rationalis,

et quoties aliquid erat interrogandum, efferebat; et per illa Deus, vel angelus nomine Dei, clarè et perspicue quæ agendum esset, vel non agendum respondebat, et propter sermonis perspicuitatem, quo manifestabantur responsa, unum vocabatur urim, id est, illuminationes, perspicuitates: et propter veritatem dicti aut promissi certò complendi, alterum vocabatur tummin, id est, consummationes, completiones, veritates. Dum autem sacerdos ea idola ostenderet, verisimile est ea coruscare solita, ad captandam populi attentionem et admirationem. Verum quis credat Deum hostem idolorum, idola inseruisse rationali apud populum tum in idola maxime proclivem? Septimò et ceteris verisimilibus Lyranus, Abulens., Lipoman. et Ribera consent urim et tummin non fuisse aliud quàm 12 lapides rationalis, qui dicti sint urim et tummin, id est, illuminatio et perfectio, sive veritas; quia per hosce lapides Deus perfectissimè illuminabat pontificem, et per eum populum, respondebatque consuetudibus de rebus agendis, quæ factò esset opus; si enim hæc gemmæ splendorem emitterent, significabant Deum Hebræis esse placatum, eisque adfore, ac daturum felicitatem belli aliarumque rerum eventum; si non fulgerent, sed obscurarentur, significabant Deum Hebræis iratum esse, sinistrumque fore vel eventum.

Addunt Hebræi et R. Salomon literas duodecim ribum hæc lapidibus insculptas promississe, vel coivisse, ita ut sacerdos ex illis dictiones concinnare, et quæsitis respondere posset; ut cum David rogaret, 2 Reg. 2: Num ascendam in unam civitatem Juda? respondit ei Dominus: Ale, id est, ascende; ita dicant istas tres literas promississe, aut ex nomine Simeon, lamæ ex nomine Levi, hæc ex nomine Jehuda. Ingeniosum videtur hoc figmentum.

Ut in re tam obscurâ aperiam id quod sentio, dico primò: Satis patet ex Scripturâ Deum per urim consultum solere respondere et dare oracula, vel potius urim hoc alibi non usurpari, nisi ubi Dei responsum sciscitantur per pontificem, vestibus pontificalibus et rationali maximeque urim indutum: ita enim, Num. 27, 21, dicitur: Eleazar consulit Dominum; hebr. est: Eleazar interrogabit Dominum in iudicio urim. Similia sunt, 1 Reg. 23, 15, in Hebræo; et c. 25, 2 et 4; et c. 28, 6; et 1 Esdræ 2, 65; et 3 Esdræ 7, 6, 8, et alibi. Sicut enim Deum consulebant per prophetas, ita et per pontificem pontificalibus utroque vestitum.

Dico secundo: Illi verisimiliter videtur hæc duo nomina urim et tummin, id est, doctrinam et veritatem, inscripta fuisse rationali, ita ut, cum dicit Script.: Pones in rationali doctrinam et veritatem, sensus sit, inscribes in rationali hæc duo nomina, Doctrina et Veritas, sicuti tunc pontifex inscripta fuerunt duo verba, Sanctitas Domino, uti videbimus v. 56. Hæc sententia probatur primo, quia hic planus et simplicissimus est sensus verborum Script. que vix alium patitur: nam cum fusò descripsisset Moses duodecim gemmas rationalis, et immedie ante hoc præceptum de ponendo urim et tummin in rationali,

rursus duodecim gemmarum clarè meminisset: quorsum, quæso, panis post eandem tam obscure nominibus urim et tummin inculcaverit?

Dices eas dentò per urim inculcari, ut usus et finis harum gemmarum significetur, videbitur quòd ille erant instar oraculi, per quod Deus consultus respondebat, quasi dicat: Pones urim et tummin in rationali, id est, pones oraculum in rationali.

Sed contra: Primò, hoc satis significat esse nomine rationalis iudicii, ut dixi v. 15, idque clarior vel aquò clarè, quàm nomine urim et tummin; ergo si Scriptura rationale iudicii volebat exponere, aliis et clarioribus usa fuisset verbis, quàm urim et tummin. Secundo, Mosis non erat facere vel ponere oraculum in hisce lapidibus, sed Dei; ergo non bene dicitur, pones, vel, ut hebraicè est, dabis in rationali, doctrinam, id est, oraculum; sed dicendum erat: Ego ponam, ego dabo per lapides hosce oraculum. Tertio, et antea, cum ait: Pones autem in rationali urim, id est, doctrinam, planè significat hic novum quid, et omninò diversum præcipi ab eo quod præcessit, puta fabrica 12 gemmarum.

Dices secundo: Ita duodecim gemmæ vocantur tummin, id est, plenitudines, Exod. 28, 7; ergo non mirum si eodem vocentur urim, id est, illuminationes. — Respondeo: Gemmæ istæ, Exod. 28, non vocantur tummin, id est, plenitudines, sed abne nullitas, id est, lapides plenitudinum, hoc est, quibus impleteret et ornaretur rationale, per phrasin Hebræis usitatam, quam omnes ibidem explicant eò modo quem Jam dixi, unde tam Chald. quàm noster ibidem vertunt: Ad ornandum rationale; hic verò non vocantur lapides illuminationum, sed illuminationes sive lux et doctrina: ita enim Hebræum urim noster et aliis omnibus vertunt. Unde secundo, hæc sententiam sudent Sept. qui urim et tummin vertunt in Hebræo vel in Chaldæo, id est, manifestationem et veritatem, et noster interpres, qui eccliam: quis enim non videt planè detortè 42 gemmas, fiet ad oraculum positas in rationali, vocari doctrinam et veritatem? si id voluit Spiritus sanctus, cur id non expressit in Hebræo, aut saltem cur per aliquem interpretum id non explicavit, dicens: Pones urim et tummin, id est, pones oraculum in rationali? Jam verò dom passim vertunt: Pones in rationali doctrinam et veritatem, quid aliud significant quàm hæc ipsa inscripta fuisse rationali? Idque sat significat hæc demonstrativum quod in Hebræo additur et præponitur urim et tummin, q. d.: et urim et et tummin pones et scribes in rationali. Tertio, quia hæc sententiam aliis præferi S. Aug. quæst. 117, Philo lib. 5 de Vita Mosis; Rupertus, Hugo card. et Victorius hic; Basilidius lib. 6 in Levit. c. 1; Alexzarius in Apoc. 11, notat. 7; Bellar. lib. 4 de Pontifice, c. 5. Favet etiam S. Hier. ad Fabiolam, et S. Gregor. 2 p. Pastor. c. 2; et Rabanus hic; item Cyrillus in expositione Symboli Niceni, ubi sic ait: In pectore summi sacerdotis fuisse lapides duodecim, in quorum medio figuratum erat manifestatio et veritas, duo iterum alii lapides; cæterum per hos duodecim, Apostolorum

chorus anigmaticè demonstratur, quasi in circulo Emmanuel, qui est manifestato et veritas cingens.

Nec obstat Josephus, lib. 5 Antiq. c. 9, ex quo auctores sextæ sententiæ suam opinionem habuerunt: tantum enim eo c. narrat Josephus, has duodecim gemmas rationales tempore belli solere fulgere, et fulgore suo prænuuntiam victoriam Hebræorum, idcirco *casen* (*chasen* hebraicè), id est, rationale, à Græcis dictum esse *ἀγρον*, id est, oraculum, eò quod contineret has gemmas suo fulgore prænuuntiantes victoriam. Sed hæc vaticinii genus cessavit jam à ducentis annis, inquit Josephus. Itaque non asserit Josephus, in omni re dubia gemmis præsignatum fuisse eventum, qui futurus erat; neque verò fieri poterat, ut gemmas fulgore suo loquerentur, et prænuuntiant modum, tempus, aliasque rei futuræ circumstantias: unde, ut jam ante vidimus, responsum vel oraculum *urim*, in Script. vocatur oraculum per sacerdotem, vel vocem sacerdotis. Secundo, in presei illis vacillat subinde fides Josephi; sed esto demum, quod ipse ait, lapides hos tempore belli mutasse colorem aut fulgorem, itaque significasse futurum belli eventum, quod tamen fides S. Augustinus; imò demum Josephum dicere non tantum in bello, sed in quolibet aliâ re id accidisse; inde tamen non elliceret Josephum dicerent *urim* et *tummin* fuisse has duodecim gemmas rationales; neque enim Josephus lapides illos radiantem *urim* et *tummin* nominat aut Josephum negare quod *urim* et *tummin* inscripta fuerint rationali; potuerunt enim et inscribi, ut indices et significative miraculi, sive oraculi, quod per lapides eorumque fulgorem dabatur.

Objicies primò: Nulla sit mentio hujus scripturæ *urim* in rationali, Exodi 59, ubi tamen fabrica ephod excole describitur. — Respondeo hæc satis eam exprimi, et ex hoc loco satis intelligi, eam juxta præceptum Domini factam et inscriptam fuisse rationali, maxime, quia eo loco ea tantum ferè recensentur, que ad ingenium artificis Beeseel, vel ad materiam partesque fabricæ spectant. Talia autem sunt lapides, catenæ, vestes, tabulæ, annuli, etc., non autem scriptura vel textura dorum nominum, quæ non à Beeseel, sed à phrygione opotiani vel phrygionissæ contexta esse, est verisimile. Unde et multa alia compendii causâ præterit ibidem Moses, quæ fuscè enarrat, ut patet de compositione olei et thymiamatis, c. 57, 29; de quo modo inscriptionis nominum in lapidibus onychinis, c. 59, 6. E contrario quædam tibi suppletur quæ hæc subiciuntur, ut patet de veste mediâ, c. 56, 55; de coronulis mitræ, c. 59, 27; de speculis mulierum, ex quibus factum est labrum æneum, c. 58, 8; de metalli pondere in fabricam insupto, c. 58, 24. Non mirum ergo *urim* et *tummin* subificeri et subandiri, Exodi 59, præsertim cum vice versâ, Levit. 8, 8, illa exprimentur, et subiciuntur gemmæ rationales: *Rationale*, inquit, *aptavit in quo doctrinæ et veritas*, ubi in rationali 12 ejus lapides per compendium intellexit, expressit verò et nominavit doctrinam et veritatem, quæ maxime sacerdotem ornare debent.

Objicies secundò: Rationale erat valde parvum; ergo non videtur capere potuisse 12 lapides cum hæc scripturâ, *urim* et *tummin*. — Respondeo: Rationale ad hoc satis erat magnum, nam tam in longitudine quam in latitudine habebat spatiosam; potuisset ergo multo plures lapides capere. Deinde in rationali interstitium erat inter singulos ordines lapidum, ipsosque lapides, in quo facile exarari poterant decem hæc litteræ *urim* et *tummin*, non tantum minusculæ, sed et magne ac conspicuæ. Itaque verisimile est has duas voces, opere phrygionico ac pietas fuisse in rationali, inter duodecim gemmas, quantum Cyrilus verbis ante citatis innuat eas inscriptas fuisse in duobus lapidibus, distinctis à duodecim gemmis. Denique potuerant hæc duæ voces inscribi alicui tela, vel membrana, et appendi ad ipsam rationale; itaque insinuat, Levit. 8, 8, in Hebræo.

Quæres secundo: cur *urim* et *tummin*, id est, doctrina et veritas, inscripta fuerint rationali? — Respondeo primò: Historica et literalis causa fuit ut per hoc sacerdoti dignitas commendaretur populo, quando pontificem rationali nimirum indutum edoceri à Deo de futuris eventis, et vice Dei oracula funderet cerneret, non quod per has voces *urim* et *tummin*, in rationali ac pietas, Deus responderet; sed quod per hoc pontificem, itis quasi pontificalibus indutum, et fungentem jam munere pontificis, Deus revelaret illi de quibus consultabatur; itaque hæc script. *urim* et *tummin* significabat, scilicet pontificem rationali indutum, esse in *urim* et *tummin*, id est, accipere à Deo doctrinam et veritatem dubiorum de quibus cum consultabatur. *Urim* ergo non oraculum, sed index erat oraculi: et eam Scriptura dicit Deum per *urim* consultum esse, aut respondisse, id metonymicè explicandum est, ut significetur Deum respondisse per sacerdotem rationali, in quo erat *urim*, indutum. Quod ergo dicitur, 1 Esdræ, 2, v. 65, et Nehemias 7, 66: *Dixitque Athesantia eis* (sacerdotibus non inventibus suam genealogiam) *ut non manducarent de Sanctis sanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus*; hebraicè est, *donec surgeret sacerdos in urim et tummin*, hoc est, donec surgeret pontifex aliquis, qui per rationale et *urim*, modo jam dicto doceretur, perfectèque intelligeret à Deo an illi quorum incerta erat genealogia, habendi essent sacerdotes, necne.

Simili modo apud Ægyptios, inquit Elianus lib. 14, 54, summus sacerdos (qui et supremus erat iudex) gestabat collo appensam imaginem ex sapphiro, quæ appellabatur *veritas*; atque tumit Elianus hæc veritatis effigiem in ipso sapphiro fuisse impressam.

Secundò, allegorica causa fuit ut pontifex *urim* gestans, et oracula fundens, typus esset Christi summi pontificis et propheta, per quem veritas facta est, et ad nos delata è sinu Patris, Joan. 1, 17 et 18. Consequenter ut idem esset typus vicarii Christi, puta pontificis romani, qui per assistentiam Spiritus sancti habet infallibilem auctoritatem ad universales Ecclesiæ administrationem, circa decisiones tam fidei quam morum. Unde instar *urim* gestat, aliisque archiep-

scopis gestandum, communicat pallium; hoc enim significat plenitudinem auctoritatis et potestatis. Ita Alazar, Apoc. 11, p. 586.

Christi ergo et Christianorum pectus ornât veritas, quasi monile divinum et speciosissimum. Nam, ut ait S. Aug. epist. 9: *Incomparabilior pulchrior est veritas Christianorum, quam Helena Græcorum: pro ita enim fortis virgines nostri adversas hæc Sodomum, quam pro illâ mille herodes adversus Trojam dimitteverunt. Est enim veritas quasi sol mundum illustrans. Erat utique ethnicos Fidi simulacrum, quo honor formâ viri expressus, virtutis, quæ virginis specie effingebatur, manum porrigebat; in medio autem locabatur amor. Quâ effigie significabant primò, veritatis honorem deberi et amorem; secundò, Filium, id est, fidem nisi veritate, amore et honore. Nam hominum fidem, ut quidam ait, veritas parit, honor sustinet, amor nutrit.*

Symbol. honor est Deus Pater, veritas est Filius, amor est Spiritus sanctus: hæc tria conspirant in unum gignuntque in nobis fidem, gratiam et salutem. Dicit Pythagoras, veritatem post Deum colendam esse, utpote quæ homines Deo proximos facit; testis est S. Hier. contra Rufinum.

Tertio, moralis causa fuit ut sacerdos gestans *urim* et *tummin*, id est, illuminationem, sive doctrinam, et veritatem atque perfectionem, admoeretur jogiter sui officii, videlicet cum debere habere primò, *urim*, id est, illuminationem et doctrinam, tum studio, tum magis pietate et oratione acquiram, Deut. 17, 9, et Malachie, 2, 7; rursum *urim*, id est, inflammationem et zelum, quo populum ad Dei legem et amorem accendat. *Urim* enim hebraicè et heem et igem lucentem significat: unde Abraham dicitur eductus de Ur, id est, de igne Chaldaeorum. Hinc ab Hebræo Ur deducunt aliqui Latiniim aro: lux enim illuminat, calefacit et urit. Talis *urim* erat S. Joannes Baptista: erat enim ipse *lucerna ardens et lucens*.

Secundò, cum debere habere *tummin*, id est, veritatem, tum in corde, tum in ore, tum maxime in vitâ, puta integritatem et perfectionem vitæ: hæc enim significat *tummin*. Sicut enim os cordi, ita vita ori et cordi respondere debet, perinde ne Verbum Dei (quæ æterna est veritas) est imago Patris: sic hominis verbum et vita debet esse imago cordis, in quo gignitur, ita ut id indicet ac representet quod in corde est, non aliud quidpiam fallax ac diversum. Hinc veteres, teste Pierio lib. 54, veritatem pingebant quasi malum persicum, cui folium unum adhaerebat. Pomum enim persicum simile est euryli: folium simile est lingua. Sicut ergo pomum folium adhaeret, ita cordi adhaereat lingua et vita, itaque tantum proferat sermone et operibus quod continetur corde, non aliud quidpiam falsum et ementium.

Denique cum debere esse interpretem et tutorem veritatis publicæ, id est, justitiæ, ea enim magis temp. conservat quam fortitudo. Unde Agesilanus princeps rogatus utra virtutum harum esset præstantior, respondit: *Nullus usus est fortitudinis, nisi adhi justitiæ; omnibus autem justitiam colentibus nihil opus est forti-*

tudine. Pontifex ergo sit Melchisedech, id est, rex justitiæ.

Tropol. quomodo in sacerdotibus nostris requiratur tam *urim*, quam *tummin*, id est, tam doctrinæ splendore, quam veritatis et integritatis vitæ, vide apud S. Hier. de Vestibus sacerdot. et Gregor. 2 p. Pastor. c. 5.

Caveat ergo pastores et doctores, æquæ ac principes, ne vitorum exemplo populum inficiant. Nam, ut ait Quintilianus, declam. 3: *Hæc est superiorum confusio, ut quidquid faciunt præcipere videantur, et pernicissimum est malis rei quicunque maxime auctor; utque ait Claudianus, panegy. 4 Honorii:*

Compositur orbis

Regis ad exemplum; nec sic inflectere sensus

Humanos educta valent, ut vita regentis.

Mobis mutatur tempus cum principe vulgus.

Et Horat. satyrâ 14:

Velocitas et citius nos

Corrumpunt vitorum exempla domestica, magnis

Cum adveniunt animos aucteribus.

Alterâ ex parte, ut ait S. Greg. hom. 26 in Evang.:

Durum est, ut qui nescit tenere moderamina vitæ suæ,

iudex fiat alienus; et, ut ait S. Amb. ep. 76: Quod tam

divinum quam ista sententia, ut si peccata puniat, qui

peccat exors sit, quomodo enim feras alieni vitæ, et

proprîi criminis defensorum? Quare recitè Cassiod. lib.

6 Var. hæc formam rectori præscribit: Esto, ait, citâ

contuens, ut possis in alios esse iudex. Prima equitas

est à se præsulæ inchoare, ut debeant criminosis neciter

quem noqueant similes reperire. Nullas in se culpas ti-

met reus, quos in se habere perserpiter cogitorem. O

quale est liberum tribunalibus insulere!

ET GESTANT JUDICEM FILIORUM ISRAEL. *Judicium*, id

est, rationale iudicij, de quo v. 15; est metonymia. Sic,

c. 27, 21 et alibi, *testimonium* vocat ipsam arcam, in

quâ erat testimonium, id est, lex, sive tabulæ legis.

VERS. 51.— FACIES ET TUNICAM SUPERHUMERALEM

SOYAM HYACINTINAM. Hæc tertia vestis pontificis.

Prima enim erat ephod, secunda erat rationale, tertia

est hæc tunica, quæ proinde tunica ephod, id est, su-

perhumeralis dicitur, quia ipsi proximè incumbebat

ephod cum rationali, ita ut ephod immediatè supra

hanc tunicam iudicaret pontifex. Ita S. Hier.

Nota primò: hæc tunica erat luxior quam tunica

stricta, sive linea, de qua v. 40, atque ad talos ejus

descendebat. Unde à Septuaginta vocatur *κόλπος*, *κόλ-*

πος κόλπος, quod usque ad pedes esset promissa.

Secundò, erat hæc tunica hyacinthina, id est, facta

ex lanâ hyacinthinâ, sive violacæ coloris; significabat

enim sacerdotis vitam debere esse celestem, itaque

usque ad finem ipsa ergo monchat sacerdotem ut

ipse, hoc suo colore conspecto, mentem in celestia

sablevaret, ait Theodor., ac proinde curaret corpus

habere leve et æreum ex sobrietate et victis tenui-

tate, ait Nyssenus.

Tertio, tunicam hæc manicas habuisse, docet S.

Hier. nec repugnat Josephus, si benè examinetur.

Quartò, hæc tunica infernè in limbo, qui erat iuxta

pedes, habebat 72 mala panica, et totidem tunianna-

hola, ut horum pulsu vocalis incederet pontifex, Ingre- diens Sancta sanctorum, alioqui moriturus, de quibus v. 55.

Quinto, habebat capitum cum ora sive limbo textili, de quo jam supra.

VERS. 52. — IN CUCIS MEDIO SUPRA ERIT CAPITUM. Capitum, id est, apertura, hebr. est *os capiti*, id est, foramen in summo, per quod caput transmittatur. Erat, ait S. Hier., hae tunica in superiori parte, quae collo inducitur, aperta, quod capitiim dicitur.

ET ORA PER CUCIS EIUS TEXTILIS. Ora haec erat fimbria vel limbus aperturae jam dictae, sive capiti latera, ne rumpereetur, tegens et firmans per circum- Unde hebr. est, sicut fimbriae fornice erit et ne rumpatur, q. d. : Maniet cum instar limbi fornice, ne rumpatur.

Erat haec ora textilis, id est, facta non aeri, sed opere textili. Sept. vertunt : *Opus tectoris, copulationem textam et ipso*. Unde S. Aug. quae. 118, et S. Hier. docent hanc oram vel fimbriam attestam fuisse capiti tunicae contextura, non vero fuisse illi assutam : Josephus tamen eam assutam dicit, sed forte tantum vult dicere eam fuisse annexam, quod lim de textura quam de sutura accipi potest.

VERS. 55. — DEORSUM VERO AD FERES LUJEDEN TEN- CAE, PER CHICHTON QVASI MALA PUNICA FACIES, EX HYACINTHO, ET PEPERA, ET COCOB MIS TIBICHO, MIXTIS IN MEDIO TINTINABULIS. Josephus haec sic describit : *Intus, ubi, resis ornabantur limbo effigie multorum puniceorum distincte, a quo et tintinabula aurea sic dependebant, ut incedens esset quodque malum punicum inter duo tintinabula alium, et vicissim tintinabulum inter duo mala punica* : erant ergo alternatim ista malum punicum et tintinabulum. Eclesiasticus, c. 45, 10, plurima ea fuisse dicit : S. Hieron. et Isidorus, lib. 1 Ety- mol. 21, praecise numerant 72 mala punica, et totidem tintinabula.

VERS. 55. — UT AUDIATIS SONITES QVANDO INCE- DIT ET EGREDIAT SANCTARIUM IN CONSPECTU DOMINI, ET SOS MORIATUR, id est, ut non moriatur propter inobedientiam; volo enim et jubeo sonitus pontificis, puta pulsus tintinabulorum ejus audiri in ingressu et egressu tabernaculi, ad excitandum in eo et in populo reverentiam missi debent, videlicet ne domum meam intret nisi prout pulsus, non quem ego audire co- piam, sed quem ipse uti et populus audiens, admo- neatur majestatis meae, cuius templum ingreditur, simul et reverentiae officique sui.

Hinc ait Sapient. c. 18, 24 : *In veste potatis* (in tunicae hae hyacinthinae, sub qua cum I. ymo, Dianys, et Hygone omnes alias pontificis vestes intellige per synecdochen) totus erat orbis terrarum. Nam primum, le- meralia linea figurabant terram, ex qua homo nascitur. Secundo, zona figurabat oceanum, qui quasi zona ter- ram cingit. Tertio, tunica hyacinthina figurabat serm- in quo sunt mala punica, id est, fulgura, et tintinabula, id est, timora. Quarto, ephod varium figurabat cae- lum siderum; duo onychini erant duo hemisphaeria, vel sol et luna : duodecim gemmas in pectore erant

duodecim signa in zodiaco. Quinto, ista figurabat col- limum empyreum : lamina ista aurea habens inscriptum nomen tetragrammaton, figurabat Deum omnibus pra- sidentem. Idque primum, ut hoc suo vestitu et ornato pontifex ostenderet, se Creatoris mundi esse mini- strum, et indicaret omnem creaturam Dei misericor- dia indigere, ipseque pro ea tam solutus et veste, quam voce et mente precaretur. Secundo, ut considerata universi, quam gestabat, imagine, vitam praestaret a natura non degenerem, sed, sicut elementa aliqua creata Deo per omnia obediunt, ita obediret et ipse. Ita Philo. Tertio ut operando sacris totum mundum, quem in veste quasi gestabat, deprecaretur secum apud Deum allegaret. Haec omnia penes ex Josepho et Philone habet S. Hier. et brevissime S. Thom. 1-2, q. 102, a. 5 ad 9, qui et tropologiae addit praevi- tate. P. G. d. h. ait, significant castitatem; tunica li- nes signat vite universae puritatem et innocentiam; zona moderatorem discretionis; ista rectam intentionem; et haec communia sunt omnibus sacerdotibus. Pontifici vero insuper propria erat lamina aurea cum nomine Jehovah, significans jugum Dei memoriam in contemplatione; quam debet habere pontifex. Secundo, ephod, id est, compassio, quia suis quasi humeris ferat infirmitates populi. Tertio, tunica hyacinthina, id est, conversatio caelestis. Quarto, rationale, id est, cura, et charitatis visus erga subditos.

UJ HOLA. Talis mundus est quasi templum quoddam sanctissimum, et Deo dignum, ut aiebat Diogenes, et Philo lib. 2 de Monarchia, et Lactant. lib. de ira Dei c. 14. Hinc ait Baruch ait, c. 5, 24 : *O Iheru! quum magna est domus Dei! scilicet hic mundus in quo quasi divini templi antistes, sacerdotio functuros pro uni- versis creatoris homo est constitutus*: hincque Hebraeorum pontifex in sua veste totum representabat orbem. Sed ut ad tintinabula revertamur, haec allegor. praedicationem Christi, mala vero punica ejusdem miracula significabant. Ita Rupert. quem vide reliqua omnia Christo accommodantem. Prosper haec Pentecosten attribuit, in qua fuerunt tintinabula (quae Prosper numerat 50 in tunica hae Aaronis) et mala punica, id est lingue igneae Apostolorum perennes flammulae Dei.

Tropol. S. Hier. : *Vante, ait, debet esse scientia et eruditio pontificis Dei, ut et gressus ejus et motus, et universa vocalis sint. Veritatem mente concepit, et toto omni habitu resonat et ornata, ut quidvis egerit, quidvis loquatur, doctrinae sit populum; abaque inhiabituris estis, et diversis coloribus, et gemis floribusque circum- data, hae doctria ingreditur potat, nec movet virtutibus possidere. Et S. Chrys. hom. 75 in Matt. : *Sicut, ait, homo ubiqueque fuerit, ceteris animantibus praestat, ita doctorem docet, sine loquatur, sine sicut, sine in convi- via, sine alibi sit, ceteris hominibus excellere : sicut ut incedat, et aspectu, et habitu, omnique simplici- tate in rebus praestantior esse videatur. Nam, ut idem ait, hom. 5 in 1 ad Corinthios : *Hec est radicatio cui contractio non potest, quae fit per facta. Quare, ut idem ait, hom. 5 in 2 ad Thessal. : *Magna debet esse doctor****

rite quam sermonis. Et S. Aug. lib. 4 de Doctrina christi. c. 27 : *Ut obedientes, ait, audiant concionator, quancumque granditer dictionis, majus pondus habet rito dicentis. Rorsum, tintinabula sunt aurea, et sig- nificat omnem sermonem pontificis debere esse aureum, et charitatis, sanctitatis, rebusque divinis. Eodem modo haec non tantum de pontifice, sed et de quovis sacerdote nostro (qui sanctior esse debet pon- tifice judaico, eo quod sanctum tractet et enucleet mysteria) accipiunt S. Aug. q. 149, et S. Greg. lib. 1 Regist. epist. 24 : *Inde, ait, in incensis sacerdotibus habet tintinabula, ut sicut vian cum ligno sonitu, ipsa quo- que bona opera sacerdotis clamant : diciturque : Mala punicia jungitis, quia dicit : Per omne quod dicitis non- tatem fidei levatis. Nam malum punicum, quod uno cortice multa grana complectitur, unitatem fidei desig- nat, vel, ut ait Beda, multifarium virtutum opera- tionem non charitatis munimine lectam. Vide Bedam haec omnia simili ratione adaptantem.**

Tale tintinabulum, istis gratia et efficaciter dicendi resonabat in S. Antonio; nam S. Athanasio teste, sermo ejus tale conditus consalubatur magis, doctus incensis, concordatioribus, omnibus suadens nihil amori Christi anteponendum; propendebatque ante oculos honorum magni- tudinem futurorum, et Dei clementiam, et beneficia rezecebat iudicia. Postea declarans effectus sermons : *Quis non, ait, tristitiam apud Antonium austeri in quondam? quis non iram veritatis in peccata? quis orbitatis luctum non ad ejus temperantem aspectum? quis non ma- rore paupertatis, quo premebatur, abjecto, statim et di- vinitas despicit opulentiam, et in sua latuitis est pauper- tate? quis post lassitudinem monachum, non ejus est jugiter hortatus? quis adolescentis vitia occidit verbi- bus non ex ejus alimentis pulcritudo imator fuit? quis videntes a Diabolo sine malela rediret? quis inimici cogi- tationibus distractos, caeca tempestate capti sermo non regressus ut animo? Nec S. Martinus Antonio fuit in- ferior. De eo, praeter alia, scripsit in genere Sulpitius lib. de Vita S. Martini c. 26 : *Jam vero in verbis et in consulatione ejus, quanta gravitas, quanta dignitas erat! quam alacritas, quam officium, et quam in excolenda Scripturarum questionibus promptus ac facilis! et quia multos ad hunc partem incredulos acio, quippe quos vide- rim, me ipso etiam inferebat, non credere, Ierem tector, apertus enim non, me et nullus nunquam ore tantum scientiae, tantum ingenii, tam pari et tam boni sermonis emittit. Quoniam in Martini virtutibus, quanta col- ta laudatio? nisi quod mirum est homini illiterato ne hanc quidem gratiam de fuisse. Haec Sulpitius.**

Eminebat hoc item donum in S. Joanne Chry- stomo, summo concionatore, qui nimis etiam privato sermone permovebat. Audi in ejus vita Georgium Alexandrinum : *Subinde, inquit, commovit vite san- ctorum Patrum et Anachoretarum, utrumque conerati- onis et virtutis; ita ut ejusmodi sermonibus concipiente- tur non pauci, atque ex eorum oculis eliceretur uberrimo et d. fuerent latrum, et ingenti deciderio ca- paxerunt solitium excedenti vitam. Non defuit eodem gratia S. Fulgentii, de quo discipulus ejus Vita scri-*

ptor, c. 9, 17, 21, haec prodidit : *Et revera sacerdotis officium insubditur eorum tunc implicit, non tantum aliquos reconciliando, sed omnes, quae attingere poterat, ad reconciliationem vulnibus moribus incedendo : cuius sermo dulcis et rectus : quia dura quoque corda molle- bat. Et postea : Cum verbo loqui quippiam, cogens in- terdum ratione, voluisset, in ore ejus omnis turba pen- debat, ex locutione familiaris, evidenter qualis esset spiritualis magistri futura doctrina. Pulvis potest : Tanta fuit B. Fulgentio facundia sermonis suavitatis, tanta in vultu ejus miranda hilaritas, ut certum fideles universos san- cto churitus traheret, vel interroperare docissimum virum, vel audire, quous ad interrogata responderet. Haec ille. Unde colligas integrum fuisse B. Fulgentio conversa- tioni solentem, quando cum gratia privati sermonis, alacritatem vultus, doctrinarum copiam, morum suavi- tatem, atque vim trabendi conjungebat. Posterioribus seculis habuimus B. Platonem aliam eodem dono locupletatum, de quo B. Theodoros Studita, orat. frat. in B. Platonem haec habet : *Quondam cum in quibus Byzantio erant, veritas fuit, domus totus in aliam ita- formam mutavit, et ad virtutis statum convertit. Quid- nam est hoc, quod dico? non, inquam, lingua admo- vitionibus, jurandi conversationem ab ejus loci hominibus obtulit, minus ornati corporis cultus modicis sua doctrina repressit; arripit de morum probitate disacrens, ut charitatem exererent in pauperes, hominibus perena- sit. Quare factum est, ut abunde pecunia conferrentur, et in ea loca, in quibus prius exercebant, publice distribu- bantur; eodem ad locutione compositis exercitium iustitiae, atque ad quadrat aliam bonum iudicium. Eandem gratiam et efficaciam morandi et accendendi animas ad pietatem habuit noster fundator S. P. Ignatius, ut patet ex ejus gestis, et ex Vita quam scripsit noster Ribadeneis. Denique notat Origenes hom. 9, pontifi- cem in ora et sine vestis habere hae tintinabula, ut de extremis temporibus et sine mundi nunquam silent, sed fide semper sonet, inde loquatur, inde disputet, secundum eum qui dicit : *Memorare novissima tua, et in aeternum non peccabis. Illud sanctificum prestan- tissimi et efficacissimi concionatores, ut nullam ha- bere conclusionem, in qua novissimi alienigena commina- tionis, vel terrore, auditores non percellant. Hinc et Gregorius Nyssonis videtur per hae tintinabula ac- cipere novissimum tubam Archangelus, quae canet : *Surgite, mortui, venite ad iudicium. Idemque, inquit, per hae sua tintinabula monetur sacerdos, ut corpus habeat leve et aerum ex cibi potusque tenuitate, ut exsultat ad novissimum tubam, feratque sublimis per aera obviam Christo venturo ad iudicium. Videant ergo sacerdotes, de ipsis corpora nunquam grave- tur crapula et ebrietate.****

VERS. 56. — FACIES ET LAMINA DE AURO PURISSIMO, IN QUA SCULPTIS OPERE CALATORUM SANCTUM DOMINO. Lamina haec erat alba ista in fronte pontificis, ut sequitur. Pro Domino, hebr. est nomen tetragramma- ton. Fuit ergo illud nomen laminae inscriptum, ut do- cet S. Augustinus, Hier., Beda; et patet ex Hebraeo : *Sculpes, inquit, cotexa latheva* (ut lit. dicam), id est,

sculptus, sanctitas Iehova, q. d.: Insculpsit laminae hoc emblemata: Deus sanctissimus est, et ipsa sanctitas Deo propria et essentialis est; ut scias sanctis eum sacrificiis et actibus id e coli oportere. Rursus, ut nomen Dei pontificis pulcherrimum coronet et protegat, inquit S. Hieron. Tertio, ut pontifex sit typhas Christi, cuius nomen in fronte gerit, ideoque instar Christi portet omnes omnino iniquitates, etiam in ipsa oblatione commissas, easque expiet invocato nomine Dei, unde sequitur: *Portabitque iniquitates eorum, etc.*

Nota. Praecipuum Dei attributum est sanctitas. Sanctitas enim, ut ait S. Dionys., est ab omni iniquitate libera, incontaminatissima et perfectissima puritas, unde et Spiritus sanctus a sanctitate nomen accepit; quia sanctitas omnia superat: non quidem in Deo, in quo attributa omnia sunt aequalia, imò in unum et idem, sed in nobis. Summum enim bonum et perfectio hominis et angelis est sanctitas. Hinc Seraphim, Isaie 6, ter sanctum Deum inelamant, dicentes: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum.* Sic et sancta illa quatuor animalia, Apocal. 4, requiem non habentem die ac nocte, dicentia: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens.* Sic et Deipara exiit: *Quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen eius.* Sic Trisagium pater in sublime rapto traditum fuit sub Theodosio Juniore Imp. anno Christi 446. Cui enim Constantinopolis ingenti terrae motu quaesierat, imperator, patriarcha, et populus urbe egressi in campo debebant supplicesque Deum orabant, et ecce pater quidam è plebe in sublime raptus, ab angelis dicitur hunc hymnum: *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis, cunctante ad nos depositus redisset, atque id quod discoraret retulisset, totus populus emadem hymnum cecinit, atque in terra motus cessavit, puerque statim vitam defunctus est. Ita habent Graecorum menologia 24 septembris; Damascen. lib. 5 de Fide, c. 10; Nicephor. Baron. et alii.*

VERS. 58. — PORTABITQUE AARON INIQUITATES EORUM QUAE OBTULERUNT ET SANCTIFICAVERUNT FILII ISRAEL, q. d.: Ideò pontifex in fronte nomen Dei sanctum, in lamina sculptum preferat et portat, ut quasi in humeros suos tollat et auferat per nomen, virtutem et auctoritatem sanctitatis divinae, quam hoc ornatu tenet invocet, iniquitates eorum rerum, id est, in rebus admissas, quas offerent, et offerendo sanctificabunt filii Israel. Patet hic sensus ex Hebraeo. Vide hinc quam sacerdotes et viri pii humiles esse debeant, verecundi et pulcherrimi coram Deo, quod in ipsis etiam precibus et sacrificiis distractiones, curiositates, aliasque indecentias et culpas admittant, quas mihi confiteri et agnoscere, veniamque pro his petere debent invocato nomine Domini.

FLUIT AUTEM LAMINA SEMPER IN FRONTE EIUS, UT PLACATUS SIV MIS (ita legendum est cum Hebr., Septuag., Chald. et Rom., non ei, uti legitur Plantina-na) Bourneus, q. d.: Sacerdos preferens in lamina a Sanctum Domino, hac quasi professione laudis et sanctitatis Dei, hocque actu laetiae et obedientiae,

vel maximè exorabit Deum, ut populo reconcilietur, et hoc modo portabit et auferet peccata populi.

VERS. 59. — STRINGENSQUE TENICAM BYSSO. Est haec quarta vestis sacerdotis, scilicet tunica linea et stricta, hoc enim significat et stringens, unde et Septuag. vertunt *σείρισμα*, *σείρισμα* autem sunt vincula, ait Suidas, et saecungula, ait Hesychius. Perperam ergo R. Abraham, Rabbi Salomon, R. Schadius, Vatablus alique recentiores Hebraeum *scabiatam*, id est, *stringens*, vertunt *oculatis*, id est, ocellis, sive oculorum figuris tanquam venterulam vestem ornabitis. Sed ocellus hos non viderunt oculatissimi interpretes Septuag., Chald., S. Hier., Philo et Josephus, qui tamen, utpote sacerdos, saepe hac tunica inducitur; hi enim omnes constanter et *scabiatam*, vertunt *stringens* vel *cingens*, itaque alibi hoc vertunt ipsi quoque Iudei; solo hoc loco novitate abrepti, caecam hanc oculorum significationem ei affingunt. Denique, tunicae hanc lineam zonà accinctam fuisse, patet Levitici 8, 7, unde liquet, pontificem duplicem habuisse zonam, unam quam tunicae hanc lineam, aliam quā hyacinthinam cingeret, ut patet Levit. 8, 7.

Jubet ergo hic Deus, tunicam hanc lineam stringi bysso, id est, zonā byssinā, quam Josephus ait latam fuisse quatuor digitos, et intus inanem fuisse; ita contextam ut serpentis exuvium videri posset; floribus quoque punicis, purpureis, hyacinthinis et byssinis picturam fuisse; denique stamen ejus fuisse ex solā bysso.

TENICAM. Tunica haec jam dicta interior erat, quo hebr. *ketonet* dicitur, unde et à Septuag. graeco vocatur *ζώνη*, quasi dicas linea; nam, ut docet Josephus et S. Hieron. *keton*, sive *ketonet* hebr. linum significat, licet in Bibliis, ea significatio non reperitur. Hanc tunicae Josephus ita describit: *Super femoralia, inquit, induit sacerdos lineam intertalem, byssinam, ex duplicatâ telâ confectam; ea est tunica talaris (πρόσθρον de qua paulo post) corpori astricta, habens munitas circa brachia, et ipsas astrictas, quae accingitur circa pectus paulo axillis inferius, zonâ latâ quatuor digitos; tunica haec nusquam sinuatur (id est, nullas habet rugas; erat enim corpori astrictissima), habetque circa collium amplum aperturam, cujus orae uncinis à pectore et tergo committuntur.* Unde patet primo tunicam hanc lineam fuisse eam quam proximè super femoralia inducitur sacerdos. Secundo, eam factam fuisse ex lino praestantissimo, quod Scriptura byssum vocat, de quo e. 25, v. 4. Tertio, eam nullas habuisse rugas, nullas sinus, rursus suam habuisse zonam quâ cingeretur. Quarto, arctissimè eam stringisse corpus, idque ad hoc, ait S. Hier. ut sacerdotis essent expediti ad ministeria sua. Nam minores sacerdotes, qui quotidianè et ubique in tabernaculo ministrabant, haec solâ tunica utebantur. Hinc quinto, eam ad crura tantum pertingere tradit S. Hieron. fuisseque instar camistae quâ milites utuntur, ut sint expediti ad cursum, ad pugnam, omnesque opus. Unde mirum est eandem à S. Hieronymo et Josepho vocari poterem; sed videntur ipsi per poterem intelligere vestem non

talarem, sed usque ad pedes, id est, ad crura, destringam.

Tropolog. Boda: Tunica, ait, linea vel byssina corpori proxima essentiam sacerdoti adob necessariam significat; ideo totum pectus, ventrem et femora stringit. Zona ceteras virtutes castitatem inclitantes, et a superbia sit comprimentes, prudentiam insuper significat et fortitudinem; armata enim debet esse castitas gladio pudicitiae, inquit S. Hieron. ad Principium. Ita D. Thom. 1-2, q. 102, art 5 ad 9. Hinc etiam apud gentes, praesertim Aegyptios, tunica byssina, vel linea, erat religionis symbolum, etiamque vestis sacerdotum, unde Apuleius in Apologia de lino textu: *Sacerdotis, inquit, est vestitus et amictus.* Et Herodotus lib. 2, n. 46: *Sacerdotes Aegyptii vestem tantum linoam gerunt, nec aliam eis induere fas est.* Linum enim aptè significat sanctimoniam sacerdotum: nam primo, est mundissimum, tum quia multo melius detergit sordes, quam lana, tum quia lavari saepe potest. Secundo, quia linea et serica tingi et fucari possunt; at lino simplicitatis amans, tincturam omnem et fucum respuit; est ergo symbolum animi simplicis et candidi, qui omnem fictionem respuit, qualis debet esse in sacerdote. Tertio, lino, licet tenne, nervosum tamen est et robustum, adeò ut apros, in ejus retia se induentes, concidat; tale debet esse robur et nervi sacerdotis. Quarto, lino, ait Plinius, *semper injuriâ fit melius;* sic vera sanctitas sacerdotum adversus augetur. Injuriae quas lino tolerat, donec ad optatum candorem et splendorem perveniat, plurimas sunt, scilicet *caeli, sicari, mactari fluvio, iterum sicari, tundi malleo stuporio, decorticari, acidi spatha lignea, pecti ferreis hamis, veri, in filo potiri, illidi crebro in silice ex aquâ, teri, et tandi clavi.* Hinc lino est optimum patientie, et consequenter sanctitatis (quae illustris in sacerdote esse debet) symbolum. Has ob causas Apostoli lineam aliam in sacris Aaronis imitatione retinuerunt.

Porro sicut linea tunica totum corpus ambiat; ita patientia sacerdotis et ejusvis fidelis, qui spiritalis est sacerdos, totam hominis vitam, omnesque actus et difficultates complexi et superare debet. Hoc enim est opus philosophi christiani, quem ad vivum designavit Nazianzen. orat. 28, ubi ait *fidelem quemque ex ignobili genere, puta ex luto, esse prognatum; nobilitatem vero ejus consistere in virtute, et praesertim in quietâ et constanti ubique patientiâ.* Unde ait: *Morbo laborat? pugnat; quòd si vicinus fuerit, vincet, hoc acilicet nascetur, ut jam non amplius pugnet. Pugnet est? pro divitiis Deum habebit; divites iridebit, ut qui licet facultates suas quotidiè auget, semper tamen pauperes sint, quia pluribus indiget, beneque ut majori aiti inflammentur. Fama venatur? cum exitus aletur, quibus victus satonis et arationis experit. Siti angitur? fontes ei et flumina potum suppeditabunt, et quidem potum non inebriantem, nec dantem. Algebit? idem quoque Paulo accidit: est quoddam caecura iradumentum. Maledictis Lacerabit? vincet maledicta non regerent. Persecutionem vallet? susci-*

nit. Blasphemabit? obsecrabit. Columnis premetur? orabit. Periclitetur in dexteram maxillam? probabit et alteram, teriam etiam (si habere) obiecturam, quò magis lenitatem percussorem erodit, opere docens quae sermone non potest. Probris impetetur? et Christus quoque afflictionis societate cruciabitur; quoniam etiam Samaritanus vocetur, quam vis hoc ei obijciatur, quòd damnosis intemperis agitur, cum Deo omnia suscipit. Multa adhuc, quorum multa pertulit, restabant; acutum, scilicet, coronam spinas, sceptrum arandurum, chlamys coecibus, crux, clavi, latrones simul cruci affixi, praeterannuum contumaciae. Superiora enim Deum habere oportet, eo nomine in contemptum venientem, quòd plures cruciatus ferat. Omnia prius cedent, quam ut manus det philosophus christianus.

ET TIARAM BYSSINAM FACIES. Tiara est ea quae cidaris et mitra dicitur; habet ita ex Josepho describit S. Hieronymus: *Quartum, inquit, vestimentum genus est pileolum rotundum, quale pictum in Ulyssae conspicimus, quazaphara media sit dirisus, et pars una ponatur in capite; hoc Graeci et nostri tiaram, nonnulli galatrum vocant. Hebraei misnephet nominant; non habet acumen in summo, nec totum usque ad conum caput tegit, sed tertiam partem à fronte inopertam relinquit, atque ita in occipulo vitâ constructum est, ut non facile labatur ex capite; est autem byssinum, et sic fabre aptum tinteolo, ut nulla actis vestigia extrinsecus appareant.* Adit Boda tiamas has sive galeros habuisse coronulas, idque patet ex Exodi 39, 27; eo autem coronulae in tiarâ pontificis erant aureae, in tiarâ vero aliorum sacerdotum erant byssinae, et quasi orbis quidam byssini, sive quasi vitæ linea saepe. In orbem replicata, ut insinuat Josephus. Rursus tiara pontificis habebat laminam auream annexam, cui insculptum erat nomen tetragrammaton, qualem non habebant tiarâ aliorum sacerdotum. Tiara ergo pontificis differrebat à tiarâ aliorum sacerdotum, unde et in hebraeo nomine discriminatur; tiara enim pontificis vocatur *misnephet*, ab involucente; tiarâ vero aliorum sacerdotum vocatur *mishpat*, ab altitudine. Audi Josephum tiaram pontificis describentem, et ab aliorum sacerdotum tiarâ discriminantem: *Pileolo, inquit, quali et ceteri sacerdotes utebatur, super quem alius exstabat ex hyacintho variatus; hanc aurea corona triplici ordine circumdabat; in qua spectantur calyculi (folliculi florum) aerei, quales videntur in herbâ quae hyocissimus (jam corruptè jusquidamus) dicitur. Vilalpando in e. 44 Ezech. putat tiaram sive cidarum pontificis non fuisse pileum, sed fasciam seu vitam, quâ sacerdotem misga, quae colliculus, galea, galernus; quâ formatus erat in modum collis vel galeae; hinc vero pileo circumvolvebatur fascia byssina propria pontificis, quae *misnephet*, id est, involucrem, et *peor*, id est, ornatu dicebatur. Verum haec non consentiant*

cum verbis Josephi jam citatis; ille enim in tiara pontificis, præter plenum communem alis sacerdotibus, agnoscit alium pileum consuetum ex hyacintho, qui erat proprius pontificis. Josephus autem hæc optime acit, utpote qui quotidianè pontifices cum suis tiarâs præhabat. Credo tamen tiaram pontificis habuisse diadema, sive fasciam bysantinam circumvalutam et dependentem; ut habent infule nostrorum pontificum; ipse enim videtur vocari *hebr. mitanaphet*, id est, involucrium. Unde Pagninus, *Mitanaphet*, inquit, erat instar turbanti sive pilei turci, qui longâ fasciâ involvitur; nisi dicas tiaram pontificis vocari *mitanaphet*, eò quod in eâ pileus unus communis, alteri pileo pontificio quasi esset involutus, ut inquit Josephus.

Tropolog. tiara movebatur pontifex omnes sensus consecrare Deo, illic per vitam, id est, per continentiam, sicutque abnegationem relictis astringere. Lamina Dei nomine inscripta significabat Dei dignitatem et professionem fidelitatisque Christi; vide Bedam et Orig. hom. 6 in Levit. Rursus tiara roburans et coronans pontificem, significabat sapientiam et prudentiam (hujus enim symbolum est tiara) eundem roborare et decorare. Verò eam præsentia maximam affert fortitudinem et gloriam. Unde Agesilaus in pugna ad Mantinea hortatus est Lacedæmonios ut omnia reliquis in solam prægerent Epaminondam, solos inquit prædantes esse fortis, et illo necato facilem fore de reliquis victoriam, utpote fatuus et nullis pressi hominibus; illic consilium exitus præbavit; Epaminonda enim laeso, instare ceperunt Lacedæmonii, cedere Thebanis; ac moriens Epaminonda (quasi moriente Thebanorum prudentia, æquæ ac fortitudinis et gloria) suscit Thebanis ut pacem cum hostibus facerent. Ita Pitarcb. in Lacon. Tertio, tiara movebat pontificem pura intentionis, ut omnes actiones suas in Deum dirigeret; sic enim sunt ipse utilis, sancta, divinus, meritoria; quæ aliâs sæpè inutilis sunt et vana, (quod videmus sceleris et adverterent omnes Christiani!) Vanus inquit Sapiens c. 15, 1, sunt omnes homines (pariter et actiones) in quibus non subest scientia Dei, puta Dei cogitatio, intentio, amor et cultus. Unde S. Gregorius lib. 28 Mor. c. 6: *Parbova*, inquit, *intentionis rationem merito illustrant actibus*. Et Richard. Victor. lib. 1 de Statu inter hom. c. 7: *Quod*, inquit, *est corpus sine vita, hoc opus sine intentione bonâ*. Et S. Aug. in Psal. 51: *Non valde*, ait, *attendas quid homo faciat, sed quid aspiciat cum facit*. Et S. Bernard. serm. 15 in Cant.: *Fideliis*, ait, *Dei verus es, si de multâ gloriâ duxeris tui transiendum per te, nihil tui nihilque adhibere cogitasti; sed ei eam reddas à quo amavit, et cuius est omne bonum*.

Triplex corona significabat pontificem esse eminentiorem omnibus regibus, ait Plilo; tria enim universitatem significat, nam tria sunt omnia scilicet prima omnia, ut ait Aristoteles lib. 1 de Cælo, c. 1. Rursus, fuit hæc typus triplicis coronæ christianorum et rom. pontificum, quali usus est S. Petrus et ceteri deinceps post eum. Petri enim effigies triplici coronâ in ipsis capillis insignita, antiquissima serva-

tur Romæ in ejus templo, estque illa quam Sylvester pontifex Constantino imperatori ostendit.

Et BALTEUM, puta zonam extimam, quæ rationale, et consequenter omnes alias vestes cingit.

Alleg. Christus pontifex induit tunicam hyacinthinam cum ephod et rationali, in quo depictæ sunt omnes tribus Israel, id est, omnes gentes christiane; tunicam, inquam, carnis nostræ assumpsit, atque eam, et in eâ omnes Christianos æretissime et inseparabiliter sibi astrinxit, idque rebus et lumbis suis (hæ enim cinguntur zonâ), ubi sedes est amoris et concupiscentiæ, id est, ardentissimo amoris et affectus suo. Sic Jeremias cap. 15, v. 1, populum Israel vocat *lumbare*, id est, cingulum Dei; eò quod Deo per fidem et religionem intimè copulatus adhereret quasi cingulum. Hinc Apoc. 1, 15, vidit S. Joannes Christum vestium potere et præcinctum zonâ aureâ, quæ charitatem Christi representat, quam paucis nervosè describit S. August. serm. 18 in Matth. 1: *Dicit*, inquit, *Christus hauri ager: bibo calicem temptationum et tribulationum; et amaris et vivas. Et ne responderet ei linguibus: Non possum, non sero, non bibo, prior bibi medicam sanam, ut bibero non dubitaret agrotus. Quid enim amarum est in tali poculo quod iste non bibet? Si contumelia, prior audisti, cum demones expelleret: Damonium habet, et quid in Betsabæ eiecit demonium. Unde et ipse consolatur agros, ait: Si patrem familiam Betsabæ vocaverit, quanto magis domesticos ejus? Si dolores amari sunt, ligatus, flagellatus, crucifixus est. Si mors amara est, etiam mortuus est. Si genus mortis exhorrescit infirmitas, nihil illo tempore fuit ignominiosius quam mors crucis.*

Tropol. S. Greg. lib. 54 Moral. 8: *Zonâ aureâ*, inquit, *cingi, est cunctos mutabilium cogitationum motus per solam amoris vincula restringere*. Jam duplex zona pontificis, puta una quæ cingebat tunicam lineam, alia quæ cingebat hyacinthinam, significabat duplicem charitatem, duplicemque virtutum congeriem, scilicet internam pro conscientia, et externam pro aliorum auxilio et edificatione. Ita Orig. hom. 6 in Levit. Moralia plura de zonâ congressi, Ephes. 6, 14, et Jerem. 13, 4.

OPERE PLURIMUM, opere polymito variorum colorum et figurarum, videlicet eorum quibus ephod erat contextum, uti Exodi 58, v. 28; explicatur. Adde Josephus huic balteo fuisse additas aureas fistulas, ambientes utramque ejus oram. Unde et hoc c. et seq. v. 8, balteus hebr. vocatur *ingeniosa textura*.

VERS. 40. — *PURPURA FILIIS AARON TUNICAM LINEAM PARABAS*. Hæc numerantur vestes minorum sacerdotum. Ipsi enim non omnes illas habebant quas summus pontifex, sed aliquas tantum. Minores ergo sacerdotes quatuor tantum habebant vestes, scilicet primâ, secundâ, tunicam lineam; tertio, zonam; quarto, tiaram; circabant ergo tunicâ hyacinthinâ, ephod rationali, et lamina aureâ cum nomine tetragrammato, quæ habebat pontifex, uti dixi initio capituli.

Nota. Sacerdotes hæc vestes induebant cum ingre-

diebantur tabernaculum sacrificaturi, vel alio munere sacerdotali functuri, non intem cum tabernaculo adibant, ut illud deponerent, ab castrorum metatione; tum enim tam pontifex quam alii sacerdotes illud intrabant suis vestibus vulgaribus induti. Rursus, cum pontifex aliquid munus sacerdotale obibat, octo jam diebus vestibus, alii verò quatuor tantum vestiebantur. Excepe festum expiationis, tum enim pontifex ingrediens Sancta sanctorum, ut omnia expiaret, induebatur ut communis sacerdos quatuor ejus vestibus; erat enim ille dies afflictionis, uti apud nos fit in die parasceves; Levit. 16, v. 4. Ex diebus liquet sacerdotes in templo non nudo capite, sed tiarâ tecto orasse et sacrificasse; illicque orationis et majestatis causâ. Idem fecerunt Romani gentiles, teste Plutarcho, in Quest. rom. ex institutione et imitatione Æacæ. Unde Virg.

Et capite ante aras Phrygiæ velatus arietis.

Nota secundò. Munia communia pontifici et aliis sacerdotibus erant tria: primum, ponere novos panes propositionis, et tollere veteres, quod fit sabbati, Lev. 24, 8; secundum, aptare lucernas candelabris quotidianè mane et vespere, Exod. 27, v. ult; tertium, ponere incensum in altari thymiamatis quotidianè mane et vespere, Exod. 50, 7. Sed, ut dixi, vestibus induebantur: pontifex enim suis octo, alii verò sacerdotes suis quatuor tantum vestibus induebantur. Primum verò erat pontificis, semel in anno in die expiationis ingredi in Sancta sanctorum; alia verò sacerdotum communia munia, ordinatè aliis inferioribus relinquenda; sed tamen, ut ait Josephus lib. 6 Belli, c. 8, ascendebat ipse in templum sabbato, candelis, vel si quando patria festivitas atque auna ab omni populo agebatur.

VERS. 42. — *FACIES ET FEMINALIA LINEA*, ex hoo non quovis, sed byssino, coque retorto, et duplicato firmitatis causâ. Ita disertè Josephus. Feminalia hæc femora tegebant; causam affert S. Hier., scilicet reverentiam et decentiam sacerdotalem; ne, si sacerdotem habi in labore metandi et offerendi victimas contigeret, possit tunicâ lineâ, nuditas ejus videretur. Simili de causâ jussit Deus ne sacerdotes per gradus ad altare ascenderent, Exodi 20, 26.

Tropolog. feminalia, ait Beda et alii passim, significat castitatem intellè in sacerdotale respicitur. Unde et hebr. vocantur *mitanaphet*, à radice *canas*, id est, *collegit*, quasi dicas constrictoria duorum lumborum et femorum. Ita Josephus; hinc sunt è lino variè carminato et præparato; quia castitas eligitur et conservatur per jugem carnis et sensuum mortificationem. Ituram sunt ex lino byssino retorto, quia castitas mollis et delicata est; unde magis quam alia virtutes munitur et conducitur debet, ut sit firma. Feminalibus ergo lineis, à rebus usque ad femora tecti erant sacerdotes, ut significaretur debere sacerdotes novi Testamenti, aut virgines esse, aut contracta cum uxoribus federa dissolvere, inquit Beda.

A REMBUS USQUE AD FEMORA, Inclusive. Feminalia enim, uti docet S. Hier., à lumbis pertingebant usque

ad genua, et à contegendo femur sive fomen, vocabantur feminalia, vel femoralia. Nulla hic caligatur vel imbecillitas fit mentio; unde videtur quod sacerdotes iis carnerint, nullisque potibus ministraverint tabernaculo, de quo c. 59, 19: *Ne iniquitas* (inobediencie contra hoc meum præceptum) *rei moriantur*.

VERS. 45. — *LEGITIMUM SEMPERITENTEM ERAT AARON*, ET SEMPER VIVUS, q. d.: *Volo ut hoc statutum de vestibus sacris servet Aaron, et posteri ejus in perpetuum; quamvis scilicet dumberit sacerdotium Aaronicam, et lex hæc vetus typica*.

Allegor. lex veteris sacerdotii fuit semperiterna, quia significavit rex sacerdotii Christi, qui in æternum durabit. Sic ergo lex illa fuit sempiterna, non in se, sed in veritate Christi, quam adunabavit. Ita S. Aug. q. 124.

Moraliter, hæc omnis ornatus exterior sacerdotum significat qualis debet interior esse ejus ornatus, quænam præ populo eminere et effulgere eum oporteat. Idipsum docet S. Amb. ep. 6 ad Romanos, ubi juxta illud Pythagoræ mandatum, quo discipulos suos communi atque usitatum populo prohibuit ingredi vitam: *Vites*, inquit, *nihil in sacerdotibus plebeis requiri, nihil populare, nihil commune cum multitudine; Sobriam à turbe gravitationem, serium vitam, singularem pondus dignitatis nisi vincat dignitas sacerdotalia. Quomodo enim potest exserari à populo, qui nihil habet secretum à populo, dispart à multitudine? Quid enim in te miratur, si tua in te recognoscit, si nihil in te respiciat, quod ultra se invicem, si qua in se cruciatu, in te, quem reverentiam arbitratur, offendat? Supergravidam igitur plebeis opulentiam et strata quedam gregalis conversationis, et queramus nobis vitam innocens sermonibus insolentium. Et infra: *Sit nostra via angustior, virtus exardensior, trunca prætoris, fides sublimior, cultus ardentior, rigor mentis exundans, sanctorum recte ad exercitum ad singulorum. S. Chrysost. lib. 2 de Sacerd.: Prodamus*, inquit, *(ad functionem pastoralis, ad episcopatum) qui longè omnibus præstant, quippe virtute antea tantum religiose excellant, quantum corporis magnitudine. Nulli Hebræorum gentes excellunt; seu potius multe etiam magis. Ancor imperitico hom. 45: Audiant*, inquit, *te homines porcum multitudine, et gratia videant facientem*. S. Greg. 1 p. Pastor. c. 54: *Sit pastor*, inquit, *operatione præcipuus, at vite vitam subditis vivendo ducantibus; et grex, qui pastoris vocem moreque sequitur, per exempla melius quam per verba gravitatur. Hæc vox libentissimè corda penetrat, quam dicentis vita commendat; et optima oratione potesta sunt exempla pastoris. Talis fuit S. Malactias archiep. Hieronim. qui S. Bernardo teste dicere solebat suis: *Non recuso mori, ut vos vivo meo tenatis exemplum*. Erat enim ipse, inquit Bern., *regula fratrum; legabat in vita ejus quomodo conversarentur. Sibi pauper, sed dives erat pauperibus; pater erat orphanorum, maritus viduarum, pius ad compatiendum, ad corripiendum liber, etc.***

4. Sed et hoc facies, ut mihi in sacerdotio consecrator. Tolle vitulum de armento, et arietes duos immaculatos,

2. Panesque azymos, et crustulam absque fermento, que conspersa sit oleo, lagana quoque azyma oleo lita; de simila triticea cuncta facies,

3. Et posita in canistro offeres; vitulum autem et duos arietes.

4. Et Aaron ac filios ejus applicabis ad ostium tabernaculi testimonii. Cunctaque laveris patrem cum filiis suis aqua,

5. Indues Aaron vestimenta suis, id est, lineâ et tunica, et supernumerati et rationali, quod constringens hâleto.

6. Et pones tiaram in capite ejus, et lambdam sanctam super tiaram.

7. Et oleum unctionis fundes super caput ejus: atque hoc ritu consecrabitur.

8. Filios quoque illius applicabis, et indues tunicis lineis, cingisque hâleto,

9. Aaron scilicet et liberos ejus, et impone eis mitras: eruntque sacerdotibus tibi religione perpetua. Postquam initiaveris manus eorum.

10. Applicabis et vitulum coram tabernaculo testimonii. Imponente Aaron et filii ejus manus super caput illius,

11. Et mactabis eum in conspectu Domini, juxta ostium tabernaculi testimonii.

12. Sumptione de sanguine vituli, pones super cornua altaris digito tuo, reliquum autem sanguinem fundes juxta basim ejus.

15. Sumes et adipem totum qui operit intestina, et reticulum jecoris, ac duos renes, et adipem qui super eos est, et offeres incensum super altare.

14. Carnes vero vituli et corium et fimum combures foris extra castra, eò quòd pro peccato sit.

15. Unum quoque arietem sumas, super cujus caput ponent Aaron et filii ejus manus,

16. Quem cum mactaveris, tolles de sanguine ejus, et fundes circa altare.

17. Ipsum autem arietem scabis in frosta: lotaque intestina ejus ac pedes pones super concias carnes, et super caput illius.

18. Et offeres totum arietem in incensum super altare: oblatio est Domino, odor suavissimus victimæ Domini.

19. Tolles quoque arietem alterum, super cujus caput Aaron et filii ejus ponent manus.

20. Quem cum immolaveris, sumes de sanguine ejus, et pones super extremum auriculæ dextere Aaron et filiorum ejus, et super pollices manuum eorum ac pedes dextræ, fundesque sanguinem super altare per circuitum.

21. Cùmque tuleris de sanguine qui est super altare,

1. Voici ce que vous ferez pour consacrer prêtres Aaron et ses fils: Prenez dans le troupeau un veau et deux bœufs qui soient sans tache et sans défaut.

2. Des pains sans levain, des gâteaux aussi sans levain arrosés d'huile, des tourteaux de même sans levain, sur lesquels on aura versé de l'huile: vous ferez toutes ces choses de la plus pure farine de froment.

3. Et les ayant mis dans une corbeille, vous me les offrirez vous-même avec le veau et les deux bœufs.

4. Et vous ferez en même temps approcher Aaron et ses enfants de l'entrée du tabernacle du témoignage. Et lorsque vous aurez lavé avec de l'eau le père et ses enfants,

5. Vous revêtirez Aaron de ses vêtements, c'est-à-dire, de la tunique de lin avec la ceinture en broderie, de la robe de couleur d'hyacinthe, de l'éphod et du rational, que vous lierez avec les rubans d'hyacinthe, qui seront comme la seconde ceinture.

6. Et vous lui metrez la tiare sur la tête, et la lame située sur la tiare.

7. Vous lui dresserez ensuite la tiare, et vous répandrez sur sa tête de l'huile de consécration, et il sera sacré de cette sorte.

8. Vous ferez approcher aussi ses enfants, vous les revêtirez de leurs tuniques de lin, et vous ceindrez de leurs ceintures, et vous les consacrez.

9. C'est ce que vous ferez à Aaron et à ses enfants. Vous leur mettez la mitre sur la tête, et ils seront mes prêtres pour me rendre un culte perpétuel et qui durera autant que leur sacerdoce. Après que vous aurez consacré leurs mains par l'unction,

10. Vous amèneriez le veau devant le tabernacle du témoignage; et Aaron et ses enfants lui mettront les mains sur la tête, comme pour le substituer à leur place, et le dévouer à être immolé pour l'expiation de leurs péchés.

11. Vous le sacrifierez devant le Seigneur sur l'autel des holocaustes qui sera dans le parvis; à l'entrée du tabernacle du témoignage.

12. Vous prendrez du sang du veau que vous mettez avec le doigt sur les cornes de l'autel, et vous répandrez le reste du sang au pied du même autel.

13. Vous prendrez aussi toute la graisse qui couvre les entrailles, et la membrane qui enveloppe le foie avec les deux reins et la graisse qui les couvre, et vous les offrirez en les brûlant sur l'autel.

14. Mais vous brûlerez hors de l'enceinte du camp toute la chair du veau, la peau et les excréments, parce que c'est une hostie pour le péché.

15. Vous prendrez aussi un des bœufs pour en faire un holocauste; et Aaron et ses enfants lui mettront les mains sur la tête, comme pour le charger de leurs péchés.

16. Et lorsque vous l'aurez immolé, vous en prendrez du sang et le répandrez autour de l'autel.

17. Vous couperez ensuite le bœuf par morceaux, et en ayant lavé les intestins et les pieds, vous les mettez sur les parties de son corps que vous aurez ainsi coupées, et sur sa tête.

18. Et vous offrirez le bœuf en le brûlant tout entier sur l'autel; car c'est l'oblation du Seigneur, et une hostie dont l'odeur lui est très-agréable.

19. Vous prendrez aussi l'autre bœuf pour en faire un sacrifice pacifique; et Aaron et ses enfants lui mettront les mains sur la tête, comme pour s'unir à lui dans l'immolation qui va en être faite au Seigneur.

20. Et l'ayant égorgé, vous en prendrez du sang, et en mettez sur le bas de l'oreille droite d'Aaron et de ses enfants, sur le pouce de leur main droite et de leur pied droit, pour les faire souvenir qu'ils doivent toujours être prêts à écouter le ordre de Dieu et à le exécuter, et vous répandrez le reste du sang tout autour de l'autel.

21. Vous prendrez aussi du sang qui est coulé de

de

et de oleo mitionis, asperges Aaron et vestes ejus, et filios et vestimenta eorum. Consecratisque ipsis et vestibus,

22. Tolles adipem de ariete, et caudam et arivnam, que operit vitula, ac reticulum jecoris, et duos renes, atque adipem qui super eos est, arivnamque dextrum, eò quòd sit aries consecrationis;

23. Tortaque panis unius, crustulam conspersam oleo; lagannum de canistro azymorum, quod positum est in conspectu Domini;

24. Ponesque omnia super manus Aaron et filiorum ejus, et sanctificabis eos, elevans coram Domino.

25. Suscipiesque universa de manibus eorum: et incendes super altare in holocaustum, odorem suavissimum in conspectu Domini, quia oblatio ejus est.

26. Sumes quoque pectusculam de ariete, quo initiatus est Aaron, sanctificabisque illud elevatum coram Domino, et cedet in partem tuam.

27. Sanctificabisque et pectusculam consecratam, et arivnam quem de ariete separasti,

28. Quo initiatus est Aaron et filii ejus, cedentque in partem Aaron et filiorum ejus jure perpetuo à filiis Israel; quia primitiva sunt et initia de victimis eorum vocatis que offerunt Domino.

29. Vestem autem sanctam, que utetur Aaron, habebunt filii ejus post eum, ut ungantur in eà, et consecrentur manus eorum.

30. Septem diebus utetur illi qui pontifex pro eo fuerit constitutus de filiis ejus, et qui ingredietur tabernaculum testimonii, ut ministret in sanctuario.

31. Arietem autem consecrationis tolles, et coques carnes ejus in loco sancto,

32. Quibus vescetur Aaron et filii ejus. Panes quoque, qui sunt in canistro, in vestibulo tabernaculi testimonii comedent,

33. Et sit placabile sacrificium, et sanctificentur efferebant manus. Alienigena non vescetur ex eis, quia sancti sunt.

34. Quòd si remanserit de carnibus consecratis, sive de panibus usque mane, combures reliquias igni: non comedentur, quia sanctificata sunt.

35. Omnia que precepi tibi, facies super Aaron et filios ejus. Septem diebus consecrabis manus eorum.

36. Et vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiationem. Mundabique altare, cum immolaveris expiationis hostiam, et unges illud in sanctificationem.

37. Septem diebus expiabis altare, et sanctificabis, et erit Sanctum sanctorum: omnis qui tetigerit illud, sanctificabitur.

38. Hoc est quòd facies in altari: agnus anniculos duos per singulos dies jugiter.

39. Unum agnum mane, et alterum vesperè.

dessus l'autel et de l'huile de consécration; vous en ferez l'aspersion sur Aaron et sur ses vêtements, sur ses enfants et sur leurs vêtements, et après les avoir consacrés avec leur vêtements, dont ils seront actuellement revêtus,

22. Vous prendrez la graisse du bœuf, la queue et la graisse qui couvre les entrailles; la membrane qui enveloppe le foie, les deux reins et la graisse qui est dessus, et l'épanle droite, parce que c'est un bœuf de consécration.

23. Vous prendrez aussi une partie d'un pain, un des gâteaux frottés d'huile, un tourteau de la corbeille des azymes qui aura été exposé devant le Seigneur;

24. Vous mettez toutes ces choses sur les mains d'Aaron et de ses fils, et vous les sanctifiez, en élevant par leurs mains ces dons devant le Seigneur.

25. Vous reprendrez ensuite toutes ces choses de leurs mains; et vous les brûlerez sur l'autel en holocauste, pour répandre une odeur très-agréable devant le Seigneur, parce que c'est son oblation.

26. Vous prendrez aussi la poitrine du bœuf qui aura servi à la consécration d'Aaron; et vous la sanctifiez en l'élevant devant le Seigneur, et elle sera réservée pour votre part du sacrifice.

27. Vous sanctifiez aussi la poitrine qui a été consacrée, et l'épanle que vous aurez séparée du bœuf,

28. Par lequel Aaron et ses enfants auront été consacrés; et ces endroits de la victime pacifique vous offriront pour cette fois, et dans la suite ils seront réservés des obligations des enfants d'Israël, pour être la part d'Aaron et de ses enfants par un droit perpétuel, parce qu'ils sont comme les premières et les premières parties des victimes pacifiques qu'ils offriront au Seigneur.

29. Les enfants d'Aaron porteront après sa mort les saints vêtements qui lui auront servi, afin qu'en étant revêtus, ils reçoivent l'unction sainte, et que leurs mains soient consacrés au Seigneur.

30. Celui d'entre ses enfants qui aura été établi pontife en sa place, et qui entrera dans le tabernacle du témoignage pour exercer ses fonctions dans le sanctuaire, portera ces vêtements pendant les sept jours que durera la cérémonie de la consécration.

31. Vous prendrez aussi le bœuf qui sera offert pour la consécration du pontife, et vous en ferez cuire la chair dans le lieu saint,

32. Dont Aaron mangera avec ses enfants. Ils mangeront aussi à l'entrée du tabernacle du témoignage les pains qui seront demeurés dans la corbeille.

33. Afin que ce soit un sacrifice qui leur rende Dieu favorable; et que les mains de ceux qui les offrent soient sanctifiées. L'étranger qui ne sera point de la race d'Aaron ne mangera point de ces viandes, parce qu'elles sont saintes et consacrées au Seigneur.

34. Que s'il demeure quelque chose de cette chair consacrée, ou de ces pains jusqu'au matin, vous brûlerez au feu tous ces restes: on n'en mangera point, parce qu'ils sont sanctifiés, ayant été offerts pour la consécration des prêtres; au lieu qu'on mangera encore le lendemain des sacrifices pacifiques qui seront offerts pour le peuple.

35. Vous aurez soin de faire tout ce que je vous commande touchant Aaron et ses enfants. Vous consacrez leurs mains pendant sept jours, en renouvelant tous les jours les mêmes cérémonies.

36. Et vous offrirez chaque jour un veau pour l'expiation du péché. Lorsque vous aurez immolé l'hostie de l'expiation, vous purifierez l'autel, et vous ferez les unctions saintes pour le sanctifier de nouveau.

37. Vous purifierez et sanctifierez l'autel pendant sept jours, et il sera très-saint. Quiconque le touchera se sanctifiera impurement, et il recevra par cet allouchement une nouvelle sanctification.

38. Voici maintenant ce que vous ferez sur l'autel pour le sacrifice perpétuel: Vous sacrifierez chaque jour, sans y manquer, deux agneaux d'un an,

39. Un le matin et l'autre le soir.

40. Decimam partem simila consperse oleo tuso, quod habeat mensuram quartam partem hin, et vinam ad libitum ejusdem mensuram in agno uno.

41. Alteram vero agnam offeres ad vesperam juxta ritum matutinae oblationis, et juxta ea quae diximus, in odorem suavitatis;

42. Sacrificium est Domino, oblatione perpetua in generationibus vestras, ad osium tabernaculi testimonium coram Domino, tibi constitutum et foveae ad te.

43. Ibi quoque precipium filijs Israel, et sanctificabunt altare in gloria mea.

44. Sanctificatio et tabernaculum testimonium cum altari, et Aaron enim filius tuus, ut sacerdotio fungatur tibi.

45. Et habitatio in medio filiorum Israel, eroque eis Deus;

46. Et sciet quia ego Dominus Deus eorum, qui eduxi eos de terra Aegypti, ut amarem inter illos, ego Dominus Deus ipsorum.

COMMENTARIUM.

Vers. 2. — **CARSTELAM**, furtum, vellitidam, vel placentiam, hoc enim est hier. *challot*.
QUE CONSERSA SIT OLEO, Hebraei, quae commixta sit oleo; quia cum pinguetur frum, oleo subigebatur, idque ad invocandam unctionem Aaronis, hoc enim significat gratiam *regnoles*, apud Septuag.

LACRATA DEQUE OLEO ERIT, *Lagana* sunt illa tegula, haec enim significat Hebraei *resid*: lagana haec aqua erant commixta cum pinguedine, sed cum offerrentur, oleo frangebatur, hoc enim significat Hebraei *mezeche zemen*, id est, oleo sita vel uicta, puta ut de frangat. Ita *Abulensis* et *Oliverus*.

Vers. 3. — **VITULUM ALTUM ET DUOS ARIETES**, scilicet, offeres, id est, sistes et applicabis ad tabernaculum, ut postea v. 10 immolentur. In vitulo, sive tauro, inquit *Lipoman*, notatur cervix superbia, in arietem datus regnum signatur. Sacerdotes ergo qui futuri sunt populi pastores; jubentur tumolare laurum et arietem, ut per huc symbolice admonerentur habere quicquid tumulum de superbo doceri sapientiam; atque sanctificari per 7 dies, ut monentur in sanctitate per omnem vitam persistere.

Vers. 5. — **INDES AARON, etc., LINA** (quae Hebraei *keson* dicitur) ET **USUCA**, scilicet byacinthina. Feminalium nulli hic fit mentio, quia ea jam induerat Aaron et huius, ut honeste lavarentur. Ita *Beda*.

QUO CONSERSIS BAITO, Hebraei: *Sringae illud ingeniosae texturae ipsius ephod*. Ubi nota. Baitens vocatur textura, aut opus ingeniosum ipsius ephod, quia balteis hic ipsius ephod stringebat, etaque ejusdem materiae cum ephod. Ita *Vatabl*.

Vers. 6. — **ET LAMINAE SANCTAE**, Hebraei *coronum sanctificatis*. Ita vocatur lamina aurea, cui inscriptum erat *Sanctum Domino*, haec enim frontem iustae coram circumcingebat et ornabat.

40. Vous offrirez avec le premier agneau la dixième partie d'un épi de la plus pure farine de froment mêlée avec de l'huile d'olive pilée, plein le quart de la mesure appelée hin, et autant de vin pour l'offrande de l'agneau.

41. Vous offrirez au soir le second agneau, comme un sacrifice d'une excellente odeur, de la même manière que nous avons dit que devait se faire l'offrande du matin.

42. C'est le sacrifice qui, par un culte continué de race en race, doit être offert au Seigneur à l'entrée du tabernacle du témoignage devant le Seigneur; car l'entrée du tabernacle est le lieu où j'ai résolu de vous parler et de vous faire connaître ma volonté.

43. C'est de là en effet que je donnerai mes ordres pour les enfants d'Israël, et l'autel qui sera dressé en mon honneur, sera sanctifié par le feu qui se fera descendre du ciel pour consumer les victimes, et par la présence de ma gloire qui y sera paraître avec éclat.

44. Je sanctifierai aussi le tabernacle du témoignage avec l'autel, et Aaron avec ses fils, afin qu'ils exercent les fonctions de mes sacerdotés.

45. J'habiterai au milieu des enfants d'Israël, et je serai leur Dieu.

46. Et ils connaîtront que je suis leur Seigneur et leur Dieu, qui les ai tirés de l'Égypte, afin que je de meursse au milieu d'eux, moi qui suis leur Seigneur et leur Dieu.

Vers. 7. — **ET OLEUM UNCTIONIS** (oleum quo quis ungitur, est pleominus) **RESERVA SUPER CAPUT EGRIS**. Hoc oleum, ait *Cyprianus* tract. de unctione Christianis, significat primo, spiritum sanctum mysteris inesse pinguedinem; secundo, quod, sicut oleum liquidis omnibus superinfundit, ita sacerdotium dignitatis excellenti omnes status et gradus transcendit, atque regimem et minimis tam activis, quam contemplativis vitae obtinet. Tertio, hoc oleum consecrationis sacerdotum typus erat sacramenti Ordinis, in quo spiritus pinguedo datur ordinis.

POSTQUAM INTIANTERAS (Hebraei, postquam impleveris oleo, id est, unctoris et unguento consecraveris) **ALIAS FORUM**. Per manus significatur potestas res alias consecrandi, quam hic unctione manuum accipiunt hic novelli sacerdotes. Ita S. Augustinus. quest. 122. Manibus enim victimas, resque alias tractare, Deo offerre et consecrare debebant. Hinc moraliter scilicet sacerdos se manus debere habere sanctas, id est, castas et puras, tum à Venere, tum à sanguine, tum ab avaritia. Audi *Philonem* lib. de Victimis: *Postulat, inquit, Deus à sacrificante, primum bonum mentem, sanctam, et in pietate exercitam; deinde vitam bene facta (praesertim de conjugio) continentem; ut dicit manus impenit, possit liberè conculcanda dicere: Manus haec nec numeribus corrupta, nec innocentis sanguine polluta sunt; noxam, injuriam, vulnus, vim intulerunt nemini, nulli rei turpi prohiberent ministerium; sed rebus honestis ac vilibus, quae vixi iusta, honestis, sapientibusque probantur. Igitur sacerdotum omnium manus invocantur; pontifici vero erant peccare ut et caput ejus ungeretur v. 7, ut significaretur quod ab ipso quasi à capite derivaretur potestas offerendi et consecrandi ad alias, hoc autem mystice figurabat pontificem munus legis novae. Ita D. Thomas 1-2, q. 102, art. 5 ad 8. Hinc dicitur psal. 132, 2: Sicut*

unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Vers. 10. — **IMPONENTEQUE AARON, ET FILII EUS MANUS SUPER CAPUT ILLIUS**, ut hoc illi contestentur se peccatores, et peccata sua vitulo imponere, illumque ut victimam pro suis peccatis offerre, ut sic emundati digni reddantur, pro aliorum peccatis intercedant et sacrificent. De hoc ritu plura dicam Levit., l. 4.

Vers. 11. — **ET MACTABIS EUM IN CONSPPECTU DOMINI**. *Mactabis*, id est, occides, 6 Moses. Fungebatur ergo hic Moses munere sacerdotali, adcoque sacerdotes, ipsimque pontificem quasi hierarcha consecrabat. Unde *Nazianzenus*, orat. 22. *Mosem vocat sacerdotem sacerdotum, sic et S. August. quest. 20 in Levit.*, unde psal. 98, 6, dicitur: *Moses et Aaron in sacerdotibus ejus*. Vide Levit. 8. Moses ergo primus populi tam pontifex quam dux et princeps fuit. Verum postquam Moses sacerdotium consignavit Aaroni et posteris, deinceps Moses posteri non inter sacerdotes, sed inter Levitas annuerantur, ut patet 1 Paralip. 23, v. 14.

Vers. 15. — **SIMUS ET ADIPEM, AC DEOS RENES, etc., ET OFFERES INCENSUM SUPER ALTARE**, q. d.: Haec omnia instar thuris accendes et adolebis, ut evaporent in fumum, et incendantur in honorem Dei; adeps ergo et renes hic vocantur *incensum*, id est, victimam incensa. Patet ex Hebraeo.

Notant Hebraei Deum potissimum exigere pro suo sacrificio animalia illa et membra, quae concupiscentiis subjunguntur; requirit renes, quae concupiscentia prima sunt officina; vult habere hepar, quod roborat libidinem; et adipem, qui effrenam facit concupiscentiam, juxta illud: *Impinguatus est Israel, et recalcitravit*. Haec omnia Dominus vult habere in suo sacrificio; non quod illam delectat renes, sed quod haec significant mortificanda esse membra nostra super terram, idque tunc quilibet, tum maximo sacerdoti, prelati et principi faciendum esse, de quo rusticus v. 23 *Alfonso*, Aragonum rex, dicebat: *Nihil inconvenientius esse, quam si quis aliis imperaret, qui suis affectibus propriis imperare non potest; quomodo enim alios correechit, qui à suis vincitur, hisque indulget? Demosthenes aiebat esse sapientis, nunquam animo conivere, neque affectibus quoquo modo licentibus indulgere, ne effrenatis rationis imperium deserant. Thales rogatus quis esset felix: Qui corpore, inquit, sanus est, et animo castus. Libido enim et concupiscentia sunt animi morbi. Cato, teste Plutarcho, dicebat optimum esse imperatorem, qui suis affectibus imperare posset. Cicero in orat. pro Sylla: *Regnum, ait, est illa vivere, ut non modo homini, sed ne cupiditati quidem ulli servias; contemnere omnes libidines; non auri, non argenti, non ceterarum rerum indigere; populi utilitati magis consulere, quam voluntati; nemini cedere, nullis obistere.**

Vers. 14. — **CARNES VERO VITULI, ET CORIUM, ET FENUM COMBURES FORIS EXTRA CASTRA**; EO QUOD PRO PECCATO SIT. *Extra castra*, ad significandam magnitudinem peccati sacerdotum (utpote qui sanctissimi esse, aliosque verbo, exemplo et sacrificiis sanctificare debent); ad ejus ergo detestationem, cremabantur carnes victimae eorum extra castra. Similiter pro sacerdotum peccatis solum immolabatur vitulus; pro peccatis vero principum et plebeiorum immolabantur minora animalia, puta caprae, arietes vel aves. Tertio, eadem de causa fimum vituli cremabatur, in aliis vero victimis, etiam pro peccato, id non fiebat, excepta vitula rufa, quae pro peccatis omnibus totius populi offerrebat, Num. 19. Vide de his plura Levit. 4, 5 et sequent. Hinc et Christus extra castra, id est, extra Jerusalem, passus est. Vide dicta ad Hebraeos 13, 11.

Vers. 16. — **QUEM CUM MACTAVERIS, TOLLES DE SANGUINE EORUM, ET FUNDES CIRCA ALTARE**, ut significetur quod Deus, qui altari representatur, hinc sanguinem peccatoris pro peccato hominis suscipiat, eoque placetur.

Vers. 18. — **OBLATIO EST DOMINO**. Hebraei *ola*, id est, holocaustum est Domino; holocaustum dicitur *ola*, id est, ascensio, eo quod in illo tota victimae pro ignem et fumum ad Deum ascendat.

OBOR STATUENS VITULUM DOMINI. Hebraei *est odor quietis*; in quo scilicet suavissime et jucundissime odoratus conquiescit; quod Deo hic tribuitur metaphorice, quia sacrificium hoc Deum placatum reddidit (unde Chaldeus vertit, *ut suscipiatur cum benevolentia*), et peccata expiaret pro fidelem in Christum, cujus sacrificium hoc suo, suisque victimis, puta vitulo et arietem, adembrabant. Erat ergo hoc eorum sacrificium Deo gratum et jucundum, non ex opere operato, nisi est sacrificium legis novae, sed ex opere operantis; erat enim actus laetiae et obedientiae.

VITULUS DOMINI. Hebraei *ignitio*, id est, oblatio ignita, est Domino, puta est holocaustum, in quo omnia comburantur et consumuntur.

Nota. In consecratione hanc Aaronis et filiorum in sacerdotem, oblatum fuit omne genus sacrificiorum, scilicet holocaustum, pacificum et pro peccato; ad illa enim offerenda ordinabantur et consecrabantur ipsi. Nam aries unus primario oblatus est in holocaustum, licet et comitatur pro peccatis offerretur; alter aries oblatus est in hostiam pacificam; vitulus denique oblatus est pro peccato. Simili ratione in lege nova, in ordinatione et consecratione sacerdotum et pontificum celebratur et offertur sacrificium Missae, tantquam actus et oblatio ad quam ordinantur sacerdotes.

riete: *Mene, tekt, pharax*; que eadem nocte exitum ei attulit. Vis recentius exemplum? Audi memorabile. Ugolinus, factiois Guelphorum princeps, cum, Gibellinis vel pulsus, vel percussus, omnia reget, die suo natali omnes suos ad convivium invitavit, ubi se sanque fortunam predicans, unum ex suis rogavit, num quid sibi deesset? Ille quasi præssagus respondit: *Sola ira Numinis præci diuque abesse à tam secundis rebus non potest. Itaque, Guelphorum viribus consensentibus, Gibellini armis correptis ades ejus circumstant, oppugnant, unum ex filiis, unumque nepotem vim arcerè conatos occidunt; ipsam et duos filios, tres nepotes in turrim includunt, obseratis foribus, clavibusque in Arnun flumen dejectis. Ibi fame in oculis suis, in gremio suo, charissima pignora parens moriens morientia vidit. Vociferanti exposcuntque, ut humanis supplicii hostes essent contenti, sacra confessionis et sancti vitæ potestas facta non est, ut recet Paulus Æmil. lib. 8. Hist. Francorum.*

Ita S. Ambrosius Mediolano Romam proficiscens, cum in hospitem impium incidisset, qui inter alia affirmabat, adversam fortunam nunquam se esse expertum, ad comites conversus ait: *Propter hinc discedamus, ne divina vindicta hic nos obruat, Deus enim non moratur in hæc arduis. Cùmque paululum cum suis progressus esset Ambrosius, terra dehiscens ades istas cum hospite et totâ ejus familiâ absorpsit.*

VERS. 7. — LOCUTUS EST AUTEM DOMINUS AD MOISEM. Satis patet ex fine præcedentis cap. hæc contigisse post acceptas legis tabulas, cum Moses jam descenderet de Sinâ, atque in ipso descensu hæc ad eum locutum esse Dominum. Ita Cajetan.

PECCAVIT POPULUS TUUS. Tuus, non jam meus, qui tam graviter in me peccavit, qui me relictò ad vitulum accessit. Ita S. Hieron. in c. 9. Daniel. Pro peccavit hebr. est *schichet*, id est, corruptus, infregit, scilicet fœdus meum, se consequenter fidem, viam, vitamque suam.

VERS. 10. — DIMITTE ME UT IRASCATUR FEROR NKUS CONTRA EOS. QUERES, cur, si irasci et punire plebem volebat Deus, Mosi id impediretò revelat? Julianus Apostata ex hoc loco calumniatur, Deum Hebræorum variis esse, inconstantem et penitentem sui consilii. Verum è bene respondet S. Cyrill. lib. 5. contra eum, et Theodor. hic, ac S. Gregor. lib. 9. Moral. 11 et 12, id fecisse Deum non mutabilitate animi, sed primò, ut ostenderet quam faciat sanctos suos et preces eorum: *Sententia enim Dei Sanctorum precebus frangitur*, ait S. Hieron. in 15. Ezechiel. Hoc significat *dimitte me*, id est, ut Chald. veritè, *intermille deprecationem, que sollicitè mihi ligat manus. Secundo, ut ostenderet immensam clementiam suam; non enim absoluta et efficaci voluntate decreverat delere Hebræos, sed conditionatâ, si videlicet nullas se sequestrum et deprecationem pro eis interponeret; quam conditionem ipse poni voluit, ut clementiam suam patefeceret; ideòque Mosi revolvit peccatum populi, ut Moses oraret pro eo, ipsaque exoratus populo parceret. Quod est aliud, ait S. Gregor., *dimitte me, quam**

*deprecandi ansam præbere, et, ut Theodor. dicit: Prohibe me? Vult hic vos docere Deus, ut in ira nihil precipitanter agamus, cuius non possea penitentia, sed sinamus esse subsidere, animamque ad quietem et clementiam componamus, antequam aliquid dicamus vel agamus. Ita Athenodorus ob senium valdeicentis Augusto Casari, hoc ei monitum reliquit: Cùm irascaris, Auguste, nihil ante vel dixeris vel feceris quam tecum viginti quatuor litterarum elementa reperiteris. Mox Augustus manu ejus arrepta: *Etianniam, inquit, tuâ mihi opus est presentia, ac per totum porrò annum eum secum detinuit, dicens: Silentium intum est præmium. Tesis est Plutarch. in Apophtheg. Roman. Non ergo mutatur hic Deus, sed res ab eo disposita mutantur, juxta ipsius providam dispositionem; neque rursum mutatur Dei sententia, in peccatores eorum, in ipsomet Deo, cum illa in Deo æterna sit ipsique essentialis, sed mutatur ipsa in ipsis peccatoribus, puta in eorum penâ, ad quam eos damnaverit, absorptione; idque fit non vanitate vel levitate iudicij, sed deprecatione sanctorum, vel conversione eorum in quos lata fuit hæc sententia. Itaque S. Hieron. in 5. Daniel. et S. Gregor. lib. 20. Moral. c. 24. *Consistum, inquit Gregor., Deus non mutat, sed rem.***

Nota. Ira, furor, indignatio, atque passiones eorum in Script. tribuuntur Deo, non significant ullam perturbationem, sed puram Dei operationem et energiam. Ita S. August. lib. 1. contra advers. legis. c. 20: *Penitentia Dei, inquit, non est post errorem; ira Dei non habet perturbatî animi ardorem; misericordia Dei non habet compunctiois misarum cor, unde in latini linguâ nomen accipit; zelus Dei non habet mentis licentiam; sed penitentia Dei dicitur, rerum in ejus potestate constitutarum, hominibus incipientia mutatio; ira Dei est vindicta peccati; misericordia Dei, est bonitas optulantis; zelus Dei, est providentia, quâ non sinit eos quos subditos habet, impudè amare quod prohibet.*

FACILIQUE TE IN GENTEM MAGNAM, non tam ex te nascituram, quam tibi subijciendam, et te duce gubernandam. Id patet Num. 14, 12, ubi similis promissio iteratur Mosi; ut patet ex Hebræo; ergo in gentem, idem est quòd *super gentem*. Ita Abulens.

VERS. 11. — MOYSES AUTEM ORAVIT. Tale, inquit S. Chrysost. hom. 12. in c. 1. S. Joan., esse oportet eos, quibus animarum cura commissa est, ut perire malint cum his qui sibi crediti sunt, quam sine illis salvi esse. S. Ambros. quoque lib. 2. Offic. cap. 7, miratur mansuetudinem Moïsi, primò, absorbentis, devorantis et obliviscens omnes injurias sibi à populo illatas; secundo, respicientis ducatum alterius gentis majoris à Deo sibi oblatum; tertio, orantis tunc enicò pro ingratis Hebræis; idque factum ait, ut Hebræi eum plus ob mansuetudinem diligerent, quam ob facta et portenta admirarentur. Nam, ut ait S. Gregor. 27. Moral. 7: *Charitas in sancto ejus pectore ex prosecutione ignescit magis, ac velut per antipræstans magis se accendat, sicut se acuit et intendit calor eum à frigore cingitur et oppugatur. Similis fuit charitas Abrahamis monachi et episcopi, qui pro afflictionibus se infidel-*

des intercessit et fideiussit, uti refert Theodor. in Philothae, cap. 17. Et religiois insontis, qui ut fratrem suum luciferaeret, cum eo poenitentiam egit, de quo Rufinus, lib. 3 in Vitae Patr. n. 12. Et alterius, qui, ut fratrem à lapsu preservaret, ei mira levitate per omnia obsecutus est, de quo ibidem, lib. 5, c. 5, n. 28. Et Serapionis Sincronita, qui, teste Pallad. in Lausiac. cap. 85, Manichaeo cumdam nobili in servum se vendidit, ut eum cum tota familia ab heresi converteret, quod et intra biennium praestitit. Et sancti illius monachi, qui ut fratrem lapsum et assidue fornicantem converteret, longam pro eo subivā poenitentiam, de quo Joannes Moschos in Praxi spir. c. 17.

VERS. 12. — *CALLIBI* (hebr. cum multitudine aut malignitate, id est, callidus et dolosus) raptus eos, ut scilicet eis malificeret, eosque disperderet in deserto.

ESTO PLACATUS, hebr. *pacatus te super malo*, id est, mitis et revocatus sententiam, qui decrevisi Hebraeis malam inferre, consueque ob idolatriam punire.

VERS. 14. — *PLACATUSQUE EST DOMINUS*, ne scilicet dederet populum, uti deservierat; sed ut alia plaga eum castigaret, de qua v. ult. Vide quid minus Moses preces hic apud Deum effecerit, que tantus populi salutem impetrarunt. Augustus Caesar, teste Plutarcho, capta Alexandria, cum civis extrema expectarent, urbi se perire dixit: primo, propter ejus magnitudinem et pulchritudinem; secundo, propter conditorem Alexandriam, tertio propter Ariam amicum. Praeclaris longe hic Deus tui populo peperit, propter amam Moscm, amicum suum.

VERS. 15. — *ET REVERSA EST MOYSES DE MONTE* Hebraice, *et reversi, vel et reversi se, decondente de monte*. Unde videtur quod Moses prius colloquens cum Deo, impetravit jam populo veniam et finem colloquii, ad montem et populum respectu, vultuque faciem ad descensum.

PORTANS DEAS TABULAS TESTIMONI IN MANU SUA SCRIPTAS EX UTROQUE PARTE, hebr., *scriptas à duobus lateribus hinc et hinc*; erant enim parvae tabulae, utpote quas Moses manu gestaret, et quae in arca testamenti exigua depositae, neque magne, neque graves esse poterant; alias perfergissent cum sensum suo pondere; hinc verò tabularum erant magne, ut quibus legi possent à populo, idcircoque ab utraque parte tabularum scribendum fuit, ut in is integer Decalogus scriberetur. Ita Abulens. Alii putant in tabulis hisce bis scriptum fuisse Decalogum, scilicet ab utroque latere semel, ut Decalogus in tabulis scriptis, ab utraque parte à consistentibus utriusque legi possent, ita Lipman.

VERS. 18. — *NON EST CLAMOR AMORANTUM AD PUGNAM, NEQUE CORPELLENTUM AD FUGAM*. Chald., *non est vox clamantis: Fortiter, neque clamantis: Debilitat*; vel: *Neque volutarum eorum, qui vincunt, neque debilitum eorum, qui vincuntur, clamor est*. Qui enim proelio vincunt letas instantibus plene jam victoria voces edunt; qui vincuntur, tristes, incoaditos et loquaces ejulant; dum alii vulnarunt, alii animam agunt, alii pedibus prosterantur, alii alios in fuga protrudunt; unde dicit R. Salomon veritas: *Vox haec, non sit rriorum*

clamantium: Victoria, victoria; neque debillum ror, roccierantium: Vox, vox! aut: Fugite, fugite: Septuag.: Non est vox praecipientium pugnam, nec praecipientium fugam; Oleaster: Non est vox respondentium fortitudinem, id est, factantium suas vires, neque respondentium succisionem, id est, se esse succisos. Quasi ergo vox est: sed vocem, ait, clamantium; Chald.: Inductum; Septuag., praecipientium vitium ego unilo.

VERS. 19. — *INATOSQUE VALDE PROPRIT DE MANU TABULAS, ET CONFRUIT EAS*. Fecit hoc Moses incitatus sancto zelo adversus publicanā impietatem, absurdum ratos à legem Dei populo ebrio, legeque tam nefaria per sumum idolum infringenti offerret. Ita S. Chrysost. Illic, lib. 2 contra Jovin. et Ambros. lib. de Eliā et Jojūno, cap. 6: *Tabulas, inquit, legis quas accipit obstantiam, ceteri fecit ebrietas. Mystice significabat priorem legem, veterem videlicet, abotendam esse, succedente alia, puta lege evangelicā. Ita S. Ambros. in Psal. 28, August. q. 144, et alii.*

Ob hanc tabularum legis contractionem iudicium postea Judaeis statumque fuit jejunium 17 die quartimensis, quo hinc contractio contigit; ut patet ex calendario Hebraeorum, quod Generatibus in latinum translitit, suisque comment. in Psalmis praefixit; quod enim illo die hinc contractio contigerit, patet ex eo quod Moses statim à promulgatione legis, quae per angelum in Sinā facta est sexto die mensis tertii, ut ostendit cap. 19, v. 11 et 16, ascendit in montem, illuc manserit 40 diebus; unde sequitur eum descendisse de monte ad populum, ac consequenter tabulas confregisse 17 die mensis quarti; numera enim 40 dies à die sexti mensis tertii, pervenit ad decimum sextum diem mensis quarti: postero autem die, puta 17, descendit Moses, tuncque confregit tabulas. Hinc S. Hieron., Hieron., Ribera et alii, illud Zachar. 8, 19: *Jejunium quarti, et jejunium quinti, et jejunium septimi, et jejunium decimi erit domui Juda*, ita interpretantur, ut jejunium quarti mensis fuerit id, quod Judaeis indictum est ob tabulas legis contractas; jejunium quinti indictum fuerit, eo quod quinto mense Hebraei jussi sint montem non ascendere, sed per 40 annos longis ad terram sanctam, circumcursu, ut omnes qui murrarunt in sollitudine morerentur, Num. 14. Jejunium septimi fuerit id, quod indictum est ob eodem Godolae, de quo 4 Reg. 25, 25. Jejunium decimi indictum fuerit, eo quod illo mense Ezechiel et ceteri, qui erant in captivitate babilonica, audierint Jerusalem esse captam, templumque incensum.

VERS. 20. — *ADRIPIENSQUE VITULUM QUEM PREGRAVAT, COMBESSIT*, conject titulum in ignem certis admixtis herbis, ut liqueretur in massam, et quasi in carbonem redigeretur.

ET CONTRIVIT, hebr., *et moluit usque ad tenuitatem*, s. d.: *Moses carbonem illum, vel massam igne extructam contudit et contrivit in minutum pulverem.*

QUEM SPARSIT IN AQVAM, ET DERIT EX EO POTUM FILIIS ISRAEL. Moses pulverem vituli auroi sparsit in torrentem qui descendebat de Sinā et transibat per castra Hebraeorum, eo tempore quo veniebant Hebraei ut

inde hauserint aquam, adeoque in ipso aqae haustu, qua, ut videtur, etiam coegit eos inde libere. Fecit id id eos ex zelo, ut idolum suum vorent apostate, et ut in temere discant apud in secessum projecti vident, ut S. Hieron. ad Babolam.

MYSIQUES S. AUG. LIB. 22 contra Faustum, c. 95: *Vitulum, ait, est idololatria gentium, quae per ignem zeli Christi Doctini, et aciem verbi, et aquam baptismi, ab eis potius quos absorbere conatur, puta à genibus ipsis, absorpta est.*

VERS. 22. — *TU ENIM MOSTI POPULUM ISTUM, QUOD PROSES SIT AD MALUM*. Sept., *ut ipse ait: res sunt eorum ad spem, id est, ut nosti populi hujus impetum, aviditatem et quasi furentem impetum, cui scilicet ego tuus resistere non potui.*

VERS. 24. — *PROFICI ILLE IN INEREM* (ut inde liquefacta fuerit in fornaco forsoria vituli), exarsesque EST ER VITULUS. Non ergo negat Aaron crimen, sed verbis extenuat, ut leniat fratris iram.

VERS. 25. — *VIDENS ERGO MOYSES POPULUM QUOD ESSET NUDATUS*. Targum Hierosolym. sic verit: *Videns Moses quod Hebraei nudati erant coronā aureā, quae fuerat in capitibus coronam eum nomine tetragrammato, quasi libertatis et obedientiae insigne. Videntur enim Hebraei, maxime principes, post legem acceptam in Sinā, in signum fidei et obedientiae Deo promissae, orasse capita sua coronis decoris, cum nomine tetragrammato illis inscripto; quod anno sequenti, cum erectum est tabernaculum, soli Aaroni concessum est, ut praeciperat Dominus Mosi in monte, Exodi 28, 38. Ita R. Salomon, et Hier. Pradi in 24 Ezech. p. 512. Nudatus, ait, id est, exarsissimus, spoliatus sua cesaric, privatus sua coronā et diademate, quae gestarat quasi libertatis insigne.*

Verum hoc est divinare, inquit Abulens. Script. enim harum coronarum, habentium nomen tetragrammaton, nullam fecit mentionem; imò nomen tetragrammaton soli pontifici consignat in lamina, illique soli hoc nomen tribuerunt Hebraei omni tempore. Secundo ornatus hic quo nudati fuerunt Hebraei, fuit ablatas ab Aaronē uti sequitur, ait enim: *Spoliaverat enim cum Aaron, Aaron autem cum abstulit Hebraeis coronas, sed inuans ad vitulum efformandum. Tertio, Hebraei post peccatum non deposuerunt suam ornamtum, ergo nec coronas, si quas haberunt; nam ornamtum hunc demum jubente Deo deponunt, cap. seq. v. 6. Rursum Vatabl. verit, videns Moyses quod detectus esset populus, id est, quod detecta esset ejus infamis idololatria, qui Deum suum eductorem et protectorem deseruerant, apud gentes vicinas, quae proinde Hebraeos invadere et opprimere potuissent. Verum et haec expositio minus congrua est, minusque respondet Hebraeae parat, quod non detegere, sed nudare, emervare, imbellem et infirmum efflores significat.*

Dices ergo nudatum fuisse populum tum suis inuans, quas dederat Aaron ad faciendum vitulum, tum consequenter et potius (inamritum enim parva erat jactura) honorare, atque ope et auxilio Dei, quem per hoc scelus suum deseruerat; ita ut si hostes in eum

tunc irruissent, Deo irato subducente suum patrocinium, prostratus sine dubio et cæcus fuisset populus uti accidit, Num. 14, v. 45. Atque facile id fieri poterat, cum vicini hostes scirent Hebraeos jam per hunc vitulum deseruisse suum Deum, ac proinde ab eo viciniam esse desertos, à quo tam miraculose educti et protecti semper fuerant; idcirco facillime eos à se posse prosterni, vinciri et deleri.

SCOLIABAT ENIM EUM AARON (tum inamritus, ut dixi, tum ope Dei), **PROPTER IGNORIAM SORDIS**. Hebr. *in distributione hostibus suis*. Hebr. enim vox *scintilla* significat sibilum, susurrum, irrisorem, ludibrium. In Septuag. Noster interpret utrumque malum quod populo ex vitulo Aaroni obvenit, distinctius explicat, dicitque primo quod propter sordem, id est, idolum hoc suum vituli (Hebraei enim idola vocant *giltim*, id est, stercorea, sicut et sordes et stercorea abominanda sunt, uti dicitur Deut. 7, vers. ult.) spoliatus erat populus honorē pristino, qui erat, quod populus hic esset et haberetur populus Dei. Honor enim jam per vitulum versus erat in ignominiam, ita ut Hebraei jam ludibrio forent vicinis hostibus. Dicitur secundo, quod populus hic desertus à Deo, quasi nudus et inermis inter tot et tam divites hostes consisteret. Unde ait: *Et tunc hostes radium constituerat.*

VERS. 26. — **STANS IN FORTE CASTRORUM**, in ingressu castrorum; nec enim castra Hebraeorum erant muro circumdata instar urbis, ut proprie dictas haberent portas.

Att: Si quis est Dominus, jungatur vobis, q. d.: Qui non est vituli, sed Jehova, id est, Domini, servus et cultor, quique zelum habet Domini, ut injuriam illi per hunc vitulum illatam ulciscatur, hic mihi societur.

CONGREGATIQUE SUNT AD EUM OMNES FILII LEVI. Hinc videtur, quod plerique Levite non consenserint in populi peccatum, et cultum vituli, quodque file eis displicerit. Imò R. Salomon et Abulens. putant nullum ex tribu Levi consensisse huic idololatrie. Sed hoc falsum est; nam Aaron consensit, fecitque vitulum; Aaronem autem quasi caput tribus Levi multi ex Levitis secuti sunt. Rursum multi Levitae hie à suis oculis sunt; ergo haerant illi particeps criminis et vituli. Antecedens patet, v. 29, ubi Moses Levitis altioribus dicit: *Consecratis manus vestras hodie Domino, unusquisque in filio, et in fratre suo, ut detur vobis benedictio.*

Dices: Quomodo ergo hie dicuntur congregati ad Moscm omnes filii Levi, si aliqui ex eis occisi sunt? — Respondetur: dicuntur omnes, id est, plerique omnes, penè omnes; permulti congregati sunt ad Moscm. Vox enim *omnis* in Scripturis subinde non absolute omnes, sed magnum multitudinem significat, ut patet, Judic. 20, 11, ubi dicitur universus Israel congregatus, cum tamen deessent viri Jabes Gabaad, uti dicitur cap. seq. v. 8. Simile est 2 Reg. 10, et c. 17, 14.

Nota hic zelum Moscm et Levitarum pro gloria Dei, contra idolum et idololatrias. Similis fuit, sed in modo dispar, zelus multorum christianorum, quos Julianus Apostata dolo ad idololatriam veluit inducere. Omnia

enim eos iuvaret, ut de manu sua munus acciperent, utique procedentes thuris grana quadam, honoris gratia, in focum coniecerent coram se et suis, qui caeremoniam hanc et idolis factam, et Christianismi abjurationem tacitam interpretabantur; milites hi, mente imperatoris et fraude post factum comperit, frementes Julianum adierunt, exclamaruntque: *Non dona accepimus, imperator, sed morte damnati sumus; non honoris causâ vocati, sed ignominia notati sumus. Da hoc beneficium nullibus tuis; Christo nos macta atque obranca, cuius unius imperio subjicimur. Ignem igni repende; pro illo in cinerem nos redige. Manu amputa, quas sceleratè porrextimus; pedes, quibus male cucurimus. Alios nunc dona, quos recepisse postea non possint. Nobis satis est pergit et Christus, quem instar omnium habemus. Julianus est accessus, invidiosusque eis martyrii gloriam, eos exilio multavit. Item fusc narrat Nazianzenus, orat. 4 contra Julianum. Simili zelo Godeon exortit altare Baal, Judic. c. 6. 31. Gedeonem imitatus est Wulfredus, martyr Suedie, qui concionatus ad populum: Si, inquit, potens est Deus vester Tostan, te vindicet; et accepta securi simulacrum in frusta concidit; quare ab astantibus mille confossus gladiis, occubuit. Ita Grantzus, Metropolit. lib. 4, c. 8.*

VERS. 27. — HEC DICIT DOMINUS DEUS ISRAEL. Habebat Moses, ut populi rector et dux, potestatem gladii in eum, idque a Deo; ab eo enim, non autem a populo constitutus erat dux; sed accedat hic voluntas et jussio Domini, ut ea magis incitet Levitas ad offensam Dei vindicandam.

OCCIDAT UNUSQUE FRATREM, etc., q. d. Occidat quisque quemlibet occurrentem, etiam si rectissime sibi conjunctum; plerique enim omnes in populo rei et consensu erant idololatrii vitii, idque satis tibi vocatum oritur, tum choretis, tum ebrietate, aliisque modis probebant. Alii apud Rupert. et Abulens. volunt nocentes ab innocuis fuisse discretos potu cineris vituli; nec enim noxios auream barbam, vel aurea labra, alios etiam morbum contraxisse. Sed hæc Judæorum sunt fabulamenta.

Ecco quomodo Moses, mansuetissimus mortalium, pro Deo severitatem et iram induit, ut paucorum poena Deum toti populo reconciliet. Hæc est enim sancta ira, quæ irascitur peccato. Ira enim est *cor virtutis; et mentem non habet, qui iram non habet*. Ita Archidamus laudant Clarissimum, quod ex reo omnibus esset mitis: *Qui potest, inquit, justè laudari, qui etiam malis se mitem præbet?* Vide S. Basil. serm. de ira, et Greg. 20 Moral. 6, et p. 3 Pastor. c. 27: *Eccc, inquit Gregor. qui (Moses) vitam omnium eum sub morte petiit, paucorum vitam gladio extinxit; insus ignibus amoris, foris accensus est zelo avertitatis; utrobique legatus fortis, causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gladiis allegavit; intus amans divinam iram supplicando obtulit, foris savientem culpam feriendo consumpsit. Succurrit ceteris omnibus in offensâ paucorum; sed idcirco Deus eum civitas undique agentem pro populo, quia vidit quid super populum acturus esset pro Deo. In regimine ergo populi strisimque Moses nituit,*

ut nec disciplina deesset misericordia, nec misericordia disciplina.

Topolog. S. Ambros. ad Romulum: *Ille, ait, est verus Levita, Dei altor et vindex, qui carnem et passionem ac vitiorum corpus interimit, ut servet animam, ut non non sit caro peccati, sed Dei. Quis enim magis frater aut proximus est animæ, quam caro?* Et paulo ante: *Sanctiora ceteris ad hoc eliguntur ministeria Levitarum, quarum portio Deus. Nesciant enim suis parere, qui nihil suum norunt; quoniam sanctis omnia Deus est.*

VERS. 28. — CECIDERUNT IN DIE ILLA QUASI VIGINTI TRIA MILLIA HOMINUM. Ita constanter legunt Biblia romana, et passim antiquiora latina; item S. Greg. in 1 Regum 14, Rupert. et omnes penè post S. Hieron. Veteres commentatores. Ita quoque legit S. Paulus, 1 Corin. 11, unde verisimile est et Septuaginta (hos enim sequi solet Paulus) ita legisse, videlicet *ecce reperi, quod pro eis ceciderunt, uti jam legitur; et certe in tantâ turba peccantium pauci sunt tria millia, presertim cum alibi, ut Num. 25, ob similem idololatriam cæsa sint 24 millia.*

E contrario *tria millia, non autem 25 milia, legitur Hebr. Chabris. Latina Complutens. et Regia, Tertull. Scorpiaci 3, S. Ambros. epist. 56 ad Romulum, Isidor. Rabanus et Philo. Unde varietas aut error incidit incertum est. Lyranus putat, quod noster interpret complexus sit eos, qui, v. 25, dieuntur à Domino percussi, eosque fuisse viginti milia. Sed hoc est divinare, neque interpret noster hic illum locum veritatis, sed hunc præsentem, in quo Hebræi jam habent tantum tria millia; illi enim, v. 25, non hæc die, sed postea percussi sunt. Forte in hebræo primitus inde error acciderit, quod scriba aliquis pro viginti scripserit per compendium litteram 2 caph, que est nota vicinarii apud Hebræos, quod caph alii postea quasi notam similitudinis acceperint pro quasi.*

Vide hic quid possit unus dux magnanimus. Verè dixit Chabris: *Terribilior est exercitus cervorum. Duce leone, quam leonum ducere certo.* Instar cervi timidus Aaron cessit idololatriæ, castraque perdidit populi fidelis et fortis instar leonum; instar leonem interritus Moses castra invadit, subigit, et 23 milia trucidat, itaque ira Dei restitit, et ex cervis rursus leones effecit. Ita Thebanus quasi cervi timidus, ante et post Epaminondam semper servierunt, sed quando vixit Epaminondas, dux eorum leoninus, aliis dominati sunt; ut unus Epaminondas plaris fuerit quam tota resp. Thebanorum, inquit Plutarchus in ejus Vita. Talis fuit apud Aragonens Alfonso rex, cujus hæc erat vox: *Non abhorreo pericula quantumcumque sine quibus nemo unquam gloriam consecutus est. Ita Panormit. in ejus Vita. Hinc et Heraclius, Patriarcha Hierosol., veniens ad Henricum regem Angliæ, ut eum incitaret ad bellum pro terrâ sanctâ, cum rex ad id ingens et auri pondus offerret, respondit: *Non pecuniam, sed imperatorem nobis opus est; itaque regi suavis, sed non persuasus, ut ipse quasi dux belli preiret ceteris in terram sanctam.* Ita P. Amal. lib. 6 Hist. Francor.*

VERS. 29. — CONSECRASTIS MANUS VESTRAS DOMI-

DOMINO. Hinc Levitæ meruerunt benedictionem et sacerdotium. Anli Deuter. 33, 9: *Qui dixit patri tuo et matri suæ: Nescio vos; et fratris suis: Ignoro illos; et receverunt filios suos: Hi custodierunt eloquium tuum, et pactum tuum servaverunt, iudicia tua; o Jacob, et legem tuam, o Israel; ponent thymiana in furore tuo, et holocaustum super altare tuum. Sic et Phinees ob similem zelum, quo occidit fornicantes et colentes Beelphegor, meruit summum sacerdotium, Num. 25, 15.*

VERS. 30 et 31. — FACTO AUTEM ALTERO DIE, etc., REVERSUSQUE AD DOMINUM. Hinc colligitur Mosem altero die à suo descensu de monte, in quo fuerat per 40 dies, rursus ascendisse in montem, ibique mansisse alios 40 dies, ut secundas legis tabulas acciperet, uti patet e. 34, v. 28.

VERS. 30. — SI QUOMODO QUIVERO DEFRECARI. Nam quod v. 14 dictum est: *Pincatus est Dominus*, intelligo ad hoc, ut non nuda cæde et cinde universum deleret populum, uti cogitatur. Igitur juro metuebat Moses, ne Deus tantæ offensæ memorem, carpiim per partes populum disperderet; quod non faciat, oraturus et deprecatur rursus ascendit in montem. Nota. Moses jure orationis premitit iustitiam, iustitiamque vindictam precatur; hæc enim est effectus dispositio ad exorandum Deum, uti ex S. Gregorio docuit v. 27.

VERS. 31. — AUT DIMITTE EIS HANC NOTAM, AUT SI NON FACIS, DELE ME DE LIBRO TUO QUER SCRIPSISTI. Quæres, quo sensu optari Moses de libro vite deleri, et an hoc votum sit licitum et sanctum? Primò, Cajetanus intelligit de libro, id est, decreto principatus, q. d. Moses: *Aut dimitte, aut dele me de libro tuo, meo que designasti principem alterius gentis, si hæc meam perdis. Secundò, S. Hieron. ad Algas, et Gregor. 10 Moral. 7 acclamant de libro viventium, non in celo, sed in presentis vitæ, q. d. Aut dimitte, aut occide et tolle me de hæc vitâ. Tertio, Hugo Victorina. respondet Mosem hoc dixisse non ex ratione, sed ex impetu humane affectionis; nec enim quis deleri potest de libro vite. Quarto, alii librum legis vel potius legislature accipiunt, q. d. Aut dimitte, aut dele et tolle me de hoc officio, ne scilicet sim legislator populi. Verum hæc non satisfaciunt immensæ tranquillitatis et petitioni Moysi, neque verbis hæc ac sequentibus ipsius responsioni Domini, qui respondet se non Mosem, sed eos qui peccaverint deleturum de libro suo, utique libro æternæ vite et regni ætærorum. Nam liber vite aut liber Dei ubique in Script. significat conscriptionem eorum qui electi sunt vel absoluti, vel inchoatè ad vitam æternam, conscriptionem, inquam, et consignationem in mente et memoriâ divinâ, qui est libro æternæ prædestinationis. Id patet Daniel 12, 1 Apoc. 13, 8, et 17, 8, et cap. 21, 27; Philip. 4, 3. Ita docet S. August. 20 Civil. 15; S. Ambros. in Psalm. 68; Anshertus et Hayne in Apoc. 5; Rupert. hoc; S. Bernard. serm. 12 in Caenica. Quânto ergo S. August. q. 147, Lyran., Abulens., Lipoman. et alii probabilis censent hic esse hyperbolen, que tantum significat vehementem desiderium salutis populi in Moss; perindeque esse, ac si illius videns servum*

sibi charissimum iustè domo efferi, dicat patri: *Noli hunc eijcere, aut si eum eijcis, me quoque eijcto; sic enim et Moses ait: Aut dimitte populum, aut dele me, non quòd verè deleri optet (illud enim erit impossibile), sed ut hæc phrasi desiderium suum ingens aliqua ratione patefaciat, quod aliter efficaciter patefacere non poterit. Unde non ait Moses: Dele me, modò libi dimittas, quasi cuperet commutationem sui facere pro populo populique absolutione; sed, si sit non facis, dele me. Hinc et S. Augustinus q. 147, ait Mosem hoc dixisse securum, q. d. Aut dimitte populo, aut dele me de libro tuo; sed scio quòd me non delebis; ergo restat ut dimittas et parcas populo.*

Verùm patet Rupert. Non debemus, ait, nos serio et gravissimè à Mose dicta in sensum exilem coartare, eò quòd inopes et frigidi nos, divitiis animi Moysi charitate fragrantis ignoremus; nec oportet excessum hunc charitatis Moysi ad nostras ordinarias charitatis et prudentis leges exigere. Dico ergo: Verba Moysi explicitè significant hoc quòd quintâ expositione securum, q. d. Aut dimitte populo, aut dele me de libro tuo, q. d. Si non dimittis populo, dele me de libro tuo; q. d. Si non dimittis, nolo scribi in libro tuo; malo enim deleri quàm populo non dimitti; aut ergo dimitte, aut dele me; nam intolerabile mihi est scribi in libro tuo, et populum meum ex eo deleri; populum enim plaris facio, plus diligo, quam meipsum. Unde implicitè cum Paulo opto fieri anathema pro populo, et deleri de libro tuo, ut illi, remissione à te accepta, in eo scribantur; malo enim ut ego minus delerem, quàm ut totò hominum millibus deleantur. Hic sensus magis ex Hebræo elici potest; sic enim habet: *Si dimittis, et si non, dele me de libro tuo quem scripsisti.* Quæ verba ob vehementis pathos abrupta et concisa, sic expleri possunt: *Si dimittis, dele me de libro tuo, q. d. Opto deleri ut eis dimittas; puni me ut illis pareas; offero me in lytrum et pisculum pro populo meo; et si non dimittis, rursus oro et dico: Dele me de libro tuo; quia non possum videre me scriptum in libro, et populum meum ex eo deleri, ut scilicet ego salver, et populus meus pereat; aut ergo utrumque scribe et salva; aut si alteritrum vis delere et perdere, meo munus potius dele et perde quàm totum populum. Malò enim ut tua gloriâ à toto populo celebratur, quàm à me solo; malo ut tota millia presentium et futurorum ex eis pignoremur te colant, laudent, ament, quàm ego solus per te sim felix; malo etiam totum populum salvari et beari, quàm me solum. Hoc enim quasi dilectissime urget Moyses et penè cogit Deum ut populo dimittat. Vide S. Chrysost. in c. 9 ad Rom. docet Mosem et Paulum transcendisse cognitionem, non tantum omnes presentis vite agones et mortes, sed etiam pro Deo, quem magis quam se ipsam diligebant, oculos et angelos supergrediuntur omnium nobis subilla prævisse, ac pro Dei amore ab ipsa Dei frustione, beatitudine et ineffabili gloria (hanc enim significat liber vite, vel liber Dei) evellere non tantum patuisse, sed reverè et serio optasse, q. d. Moses: Dele me de libro tuo, ut scilicet non perveniam ad*

eternam beatitudinem, ad quam me conscripsisti: inde, inquam, dele me potius quam populum hunc tuum et meum deleas et perdas. Ita S. Chrysost., Theophyl., Oecumen. in cap. 2 Epist. ad Roman., Cassian. collat. 25, cap. 6, S. Bernard. serm. 13 in Cantica.

Dices: Optare privati aeternam beatitudinem est contra charitatem, esque peccatum; ergo id non optavit Moses. Antecedens probatur, quia optare carere beatitudine et visione Dei, est implicitè optare carere amore beatifico, seu optare minus amare Deum, minusque ei placere, minus eum laudare; hæc enim sequuntur ex carentiæ visionis Dei; nam charitas patriæ excedit omnem charitatem viam. Adde, charitas valde ioculatur ad presentiam et fruitionem sui amati, puta Dei; ergo hoc votum Moysi fuit præter vel contra inclinationem charitatis; ergo fuit inordinatum. Respondet, Moysen hic tantum comparasse suam gloriam, ut sua propria erat beatitudo et bonum, cum gloria Dei et salute tantæ populæ, maluisseque suâ carere quam Dei gloriam periclitari, cum apud Gentiles, qui populo et Deo obtrectassent, si Deus populum suum in deserto delevisset; tum apud ipsos Hebræos, qui omnes in aeternum perissent, blasphemiscentique Deum in inferno, neque alteribi quid spectavit Moyses, sed totus abreptus charitatis Dei et gloriæ ipsius, non considerabat alia linc suæ voto auctori, vel certe si id quod obijcit considerabat, cogitabat charitatem in viâ eandem esse que in patriâ, neque illic essentialiter fore perfectiorem aut intensiorem quam sit illic accidentalem autem charitatis perfectionem ex Dei fruitione manantem, ut et inclinationem ad Deum fructum seponeret, neque se hoc voto suò exciditæ permittebat, utpote pro qua reponeretur tum silo major gratiæ et claritatis essentialis, per istum actum tum heroicum, quo contempserat Deum diligebat; nec dubitabat quin Deus eum per aliam gratiæ copiosissimam remuneraretur; tum etiam reponeretur major gloria Deo, per tot millia hominum spargenda, quam proinde à Deo ferivè desiderabat, ut ad illius, et simul populi, cuius pro Deo dux erat constitutus, incohumitem, à Deo impetrandam, cuperet suâ beatitudine privari, imò, ut ait Chrysost. homil. de Cruce et Latrone, participes esse cuperet supplicii idololatrarum populo irrogandi, perquæ cum his optaret, ut idem ait homil. de Amore erga persequentes, q. d. Moyses: Aut dimitte populo, aut si eum à te domoque tuâ ejcis, ejice me simul cum ipso; non enim possum à populo hoc meo et tuo avelli aut separari; videre non possum ut populus hic meus et tuus pereat; quia si perit, cum eo peream et ego, ut ita lester charitatem quam erga populum tuum, et consequenter erga te, ô Domine, in pectore meo incensam gero. Hoc ergo Moysi votum manavit ex charitate, putabatque Moyses charitatem tam Dei quam populi hoc votum à se quasi efflagitare. Moyses enim hoc votum suum dirigebat ad hoc, ut per illud veridiam populo inaperiret, itaque magis Dei gloriam in populo promoveret, ideoque illud ipsum ipsimet

Deo placitum non ambigebat. Itaque nullum id fuit peccatum; licet enim Moyses petierit implicitè carere amore beatifico, non tamen amicitiam cum Deo aut charitatis immutationem petiit, quin verò hæc ejus preces maxime charitatis indicium et incensum desiderium ostendunt. Aliqui tamen hic quærent, scilicet ad gratiæ immutationem, vel privationem, votum Moysi extendunt. Dicunt enim licuisse ei optare privati suâ unius gratiâ, ut per hoc tot millia populi gratiâ donarentur. Charitas enim inclinat ad majorem Dei gloriam petendam et procurandam. Major autem Dei gloria est si multa millia Dei gratiâ potantur, Deumque amant et colunt, quam si ego totus id præstem. Ergo si alterutrum eligendum sit, prius eligendum videtur. Verum quidquid de hæc re, an licita sit rene sit, liber vite in Scripturâ non est ibi gratiæ, sed gloriæ, puta predestinationis ad aeternam felicitatem. Gloriæ ergo, non gratiæ privationem optavit hic Moyses.

Dices secundo, Moyses hic petit rem impossibilem; impossibile enim est aliquid scriptum in libro Dei ex eo deleri. Respondet, primo: Qui inchoatè tantum scriptus est in libro Dei, potest ex eo deleri. Sic omnes justi scripti sunt in libro vite, quia inchoant viam ad beatitudinem, in qua si perseverent, reverè ad eam perveniunt; sed quia multi non perseverant, hinc ex eo delentur. Unde dicitur psal. 68: *Delentur de libro vite*. Verum quia Moyses videtur loqui de scripturâ absoluta et perfecta in libro vite, hinc respondet secundo, formaliter neminem sic scriptum posse deleri de libro vite; sic enim presentia et predestinatione Dei referretur, aut mutaretur; materialiter tamen sive objective aliquem ex eo deleri posse. Sensus ergo est, q. d.: Aut dimitte, aut priva me aeternam beatitudinem, ad quam me conscripsisti et conscripsisti; seposita enim presentia et predestinatione Dea, à qua abstrahat Moyses, absolute possibile erat Moysen privati suâ beatitudine quod est deleri de libro vite.

Dices tertio: Hoc votum Moysi videtur inordinatum et imprudens; nam privatio beatitudinis sue non erat medium ordinatum ad remissionem peccati et salutem populi. Respondet: Moyses tantum rei, puta medi inique naturam in se spectavit, non autem consideravit an medium illud esset congruum et aptum ascendendum ordinem et dispositionem jam à Deo constitutam; hoc enim positivum erat ex liberâ electione Dei, quæ reum naturam non mutat. Licet ergo carentiâ beatitudinis neque ex se, neque ex Dei dispositione esset medium ordinatum ad gratiam populo impetrandam, non tamen in se sibi que naturâ erat illicitum, aut impossibile, aut peccatum. Unde Moyses illud optavit non ut medium constatale et ordinarium, sed quod et libera juretas, et arcta necessitas, amoreque populi suggererant. Necessarium enim putabat summâ vi comiti apud Deum: videbatur enim salus populi apud eum in summo esse discrimine, cumque aliud efficacius medium ad eam tuendam non occurreret, hoc usus est, excessu summi amoris ac cæcæ ejusdem charitatis, qui communes ordinariæ prudentiæ leges transcendit.

Hoc autem non erat peccatum, sed maxime heroica virtus. Hinc patet, quam gloria Dei nostris commodis ipsique beatitudinis nostris antefenda sit, quamque peccatum quodvis lethale ipsi è diametro repugnans, magis detestandum sit quam privatio beatitudinis, aut ipse etiam ignis infernalis; rursùm, quanti cum Mose faciendâ et procurandâ sit animarum salus. Sic similitè modo ac motivo qui Moyses optavit Paulus pro Iudeis fieri anathema à Christo, Rom. 9, 5. Ex diebus sequitur, licitum, plium ac sanctum fuisse hoc votum Moysi, ac consequenter laudare eumque illud ipsum concipere et imitari, uti docet Lud. Molina. Vide dicta ad Rom. 9, 5, sub finem.

DELE ME DE LIBRO VITÆ QUÆ SCRIPTUS, in quo scilicet me cum aliis electis, absolute et perfecte scripsisti; hoc enim significabat illa iteratio et inculcatio, *quoniam scripsisti*. Unde videtur quod Moyses acceperit revelationem de sua electione et beatitudine; atque hæc de causâ tam identiter cum Deo, inquam amicum cum amico exposulat. Moysi charitatem et zelum imitari sunt heroes Gentilium, sed eam minime assequi et adæquare potuerunt, quia corpus tantum pro populo et patriâ ad temporalem mortem doverunt. Ita se devovit Codrus, rex Atheniensium; cum enim oraculum edixisset eos victores fore contra Thracos, si rex caderet, Codrus vii amicum inegitulos ad hostes venit, falcem gerens, et uno interfecit, mox ab alio occisus est: Hæcque viciorum Atheniensium. Ita P. Decius romanus contra Albanos belligrans, per quietem imaginatus est, se suâ morte Romanis vires additurum; itaque in medios hostes irruit, multisque occisis, interfecit est. Eodem modo filius ejus Decius bello gallico rem romanam conservavit. Ita Junius Brutus duos suos filios securi perenti jussit, quod cum Tarquinio contra patriam et libertatem romanam conspirasset. Ita tergentini Horatii pro patriâ domo se offerentes, in eoque tergentinos Curiales Albanos trucidantes, imperium Romæ in Albanos asseruerunt. Mem prorsus fecerunt tergentini Togatæ pugnantes in tergentinos Phœnatas. Ita Curtius rom. in hiatum armatus juxta oraculum insillens, patriam calamitate liberavit. Idem prorsus apud Græcos fecit Ancluros, Ita Horatius Cocles salus impetum hostium sustinuit, dum sui pontem in Tibiri rescinderent, hostemque transitu prohiberent. Ita trecenti Fabii duce Fabio Maximo in castra Annibalis irrucunt, nullisque cæsis occubuerunt. Ipse dux in Annibalem irruit, diadema ei detrahit, eum quoque mortuus est. Ita Leonidas cum trecentis Spartans in innumerabilem exercitum Xerxis irruit, atque in ipsum Xerxem contendit, eique diadema avellit, cum eoque hastis confixus occubuit.

CAPUT XXXIII.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Vade, ascende de loco isto tu, et populus tuus quem eduxisti de terrâ Agypti, in terram quam juravi Abraham, Isaac et Jacob, dicens: Semini tuo dabo eam.

2. Et mittam præcursorum tuum angelum, ut efficiam

Agesilau, Themistocles filius, se pro patriâ devovit, ac castra Xerxis ingressus Mardonium interfecti, putans esse Xerxem: errore cognito manum igni imposuit, cruciatumque absque ullo pertulit gemitu. Veneris proinde solutus, dixit: *Tales sunt omnes Athenienses; quod si non creditis, eam sinistram imposero*. Xerxes metu concepto, eam in custodia jussit assequi. Idem pro Romanis fecit Mutius Scævola apud Porsennam, regem Etruscorum. Hæc omnia enarrat Plutarchus, in Parallelis. Verum quid hi ad Moysen, qui non corpus tantum, sed et animam pro populo devovit, cupivique deleri de libro vite, ac in aeternum affigi? Similis Moysi fuit S. Paulus, optans anathema fieri pro fratribus; et beatus Iacoponus, qui ex amore Christi desiderabat sustinere in hac vitâ omnes labores, arummas, angores et dolores, qui verbis exprimit, aut animo concipi possunt; quinimo post hanc vitam iradi in infernum, ut ibi sua, et hominum, etiam damnatorum et demorum (si fieri posset) peccata lucret et expleret. Quid nos ad hæc?

Laudamus veteres, nos nostra utimur auctis.

Vers. 54. — TU ATTEM VADE, q. d.: Non cures de eo quod petisti pro populo, sed obtinera hinc mandato meo. Hinc videtur non omnino populo reconciliatus fuisse Deus hæc vice, cum ad huc se ultimum mitteretur; in fine 40 dierum, quibus Moses cum Domino secundo fuit in monte, eumque pro venia oravit, placatus fuit Dominus, ut patet Deuter. 9, 19, et hic cap. seq. v. 44.

ANGELUS REUS FRACERET TE, in columnâ ignis et nubis, quam movet, quique vobis quasi dux viam præstet et ostendit.

EGO ATTEM IN DIE ULTIMIS VISITATO ET HOC PECCATUM FORTE. *In die ultionis*, non captivitatibus babilonicæ, aut romani sub Tito, non etiam in die judicii, aut alias, quando alia Hebræorum peccata Deus punivit, non etiam hoc ipso die quo læc dixit Deus; sed eo die de quo proxime sequitur, dñm ait:

Vers. 55. — PRÆCURSOR ERGO DOMINUS FORTE. Hinc verisimile est, Deum paulo post ob idolum vituli, Hebræis consistentibus adhuc in Hæreb, plagam aliquam, v. g. pestem, immississe. Hæc enim est ulla, quam ipse r. præcedenti comminatus est, et sic optime respondet hie versus præcedenti, tanquam executio sua sententia et comminationis; nam aliqui rumpitur hie series orationis Domini; que enim cap. sequenti de colloquio Moysi cum Domino narratur, eadem verè cum colloquio Moysi et Dei, quod hic recensetur, uti colliguntur, pertexenda et connectenda sunt. Ita R. Salomon et Ablens.

CHAPITRE XXXIII.

1. Le Seigneur parla ensuite à Moïse, et lui dit: Allez, sortez de ce lieu, vous et votre peuple, que vous avez tiré de l'Égypte, et allez en la terre que j'ai promise avec serment à Abraham, à Isaac et à Jacob, en disant: Je donnerai cette terre à votre race.

Et j'enverrai in ange pour vous servir de pré-

eternam beatitudinem, ad quam me conscripsisti: inde, inquam, dele me potius quam populum hunc tuum et meum deleas et perdas. Ita S. Chrysost., Theophyl., Oecumen. in cap. 2 Epist. ad Roman., Cassian. collat. 25, cap. 6, S. Bernard. serm. 13 in Cantica.

Dices: Optare privati aeternam beatitudinem est contra charitatem, esque peccatum; ergo id non optavit Moses. Antecedens probatur, quia optare carere beatitudine et visione Dei, est implicite optare carere amore beatifico, seu optare minus amare Deum, minusque ei placere, minus eum laudare; hinc enim sequuntur ex carentia visionis Dei; nam charitas patriae excedit omnem charitatem viae. Adde, charitas valde ioculatur ad presentiam et fruitionem sui amati, puta Dei; ergo hoc votum Moysi fuit praeter vel contra inclinationem charitatis; ergo fuit inordinatum. Respondet, Moysen hic tantum comparasse suam gloriam, ut sua propria erat beatitudo et bonum, cum gloria Dei et salute tantum populi, maluisseque sua carere quam Dei gloriam periclitari, cum apud Gentiles, qui populo et Deo obtrectassent, si Deus populum suum in deserto delevisset; tum apud ipsos Hebraeos, qui omnes in aeternum perissent, blasphemiscentique Deum in inferno, neque alterius quid spectavit Moyses, sed totus abreptus charitati Dei et gloriae ipsius, non considerabat alia hinc suo voto auerit, vel certe si id quod obijcit considerabat, cogitabat charitatem in via eandem esse que in patria, neque illic essentialiter fore perfectiorem aut intensiorem quam sit illic accidentalem autem charitatis perfectionem ex Dei fruitione manantem, ut et inclinationem ad Deum fructum seponeret, neque se hoc voto suo excidit periclitari, utpote pro qua reponeretur tum sibi maior gratia et claritas essentialis, per istum actum tum heroicum, quo contempserat Deum diligebat; nec dubitabat quin Deus eum per alias gratias copiosissime remuneraretur; tum etiam reponeretur major gloria Deo, per tot millia hominum spargenda, quam proinde a Deo ferivisse desiderabat, ut ad illius, et simul populi, cuius pro Deo dux erat constitutus, incommunitatem, à Deo impetrandam, exeret sua beatitudine privari, imò, ut ait Chrysost. homil. de Cruce et Latrone, participes esse cuperet supplicii idololatrum populo irrogandi, peridque cum his optaret, ut idem ait homil. de Amore erga persequentes, q. d. Moyses: Aut dimitte populo, aut si eum à te domoque tua ejcis, ejice me simul cum ipso; non enim possum à populo hoc meo et tuo avelli aut separari; videre non possum ut populus hic meus et tuus pereat; qui si perit, cum eo peream et ego, ut ita lester charitatem quam erga populum tuum, et consequenter erga te, o Domine, in pectore meo incensam gero. Hoc ergo Moysi votum manavit ex charitate, putabatque Moyses charitatem tam Dei quam populi hoc votum à se quasi efflagitare. Moyses enim hoc votum suum dirigebat ad hoc, ut per illud veridam populo inaperiret, itaque magis Dei gloriam in populo promoveret, ideoque illud ipsum ipsimet

Deo placitum non ambigebat. Itaque nullum id fuit peccatum; licet enim Moyses petierit implicite carere amore beatifico, non tamen amicitiam cum Deo aut charitatis immutationem petiit, quin verò haec ejus preces maxime charitatis indicium et incensum desiderium ostendunt. Aliqui tamen hinc quod, sciunt ad gratiae immutationem, vel privationem, votum Moysi extendunt. Dicunt enim licuisse ei optare privati suam unius gratiam, ut per hoc tot millia populi gratiam donarentur. Charitas enim inclinat ad majorem Dei gloriam petendam et procurandam. Major autem Dei gloria est si multa millia Dei gratiam potantur, Deumque amant et colunt, quam si ego totus id praesens. Ergo si alterutrum eligendum sit, prius eligendum videtur. Verum quidquid de hac re, an licita sit coena sit, liber vite in Scriptura non est ubi gratia, sed gloria, puta praedestinationis ad aeternam felicitatem. Glorie ergo, non gratiae privationem optavit hic Moyses.

Dices secundo, Moyses hic petit rem impossibilem; impossibile enim est aliquid scriptum in libro Dei ex eo deleri. Respondet primo: Qui inchoat tantum scriptus est in libro Dei, potest ex eo deleri. Sic omnes justi scripti sunt in libro vite, qui inchoant viam ad beatitudinem, in qua si perseverent, revera ad eam perveniunt; sed quia multi non perseverant, hinc ex eo delentur. Unde dicitur psal. 68: *Delentur de libro viventium.* Verum quia Moyses videtur loqui de scripturae absolutae et perfectae in libro vite, hinc respondet secundo, formaliter neminem sic scriptum posse deleri de libro vite; sic enim praesentia et praedestinatio Dei falleret, aut mutaretur; materialiter tamen sive objective aliquem ex eo deleri posse. Sensus ergo est, q. d.: Aut dimitte, aut priva me aeternam beatitudinem, ad quam me conscripsisti et conscripsisti; seposita enim praesentia et praedestinatio Dei, à qua abstrahat Moyses, absolute possibile erat Moysen privati suam beatitudinem quod est deleri de libro vite.

Dices tertio: Hoc votum Moysi videtur inordinatum et imprudens; nam privatio beatitudinis suae non erat medium ordinatum ad remissionem peccati et salutem populi. Respondet: Moyses tantum rei, puta medi inique naturam in se spectavit, non autem consideravit an medium illud esset congruum et aptum ascendendum ordinem et dispositionem jam à Deo constitutam; hoc enim positivum erat ex libera electione Dei, quae rem naturam non mutat. Licet ergo carentia beatitudinis neque ex se, neque ex Dei dispositione esset medium ordinatum ad gratiam populo impetrandam, non tamen in se habere naturam esse illicitum, aut impossibile, aut peccatum. Unde Moyses illud optavit non ut medium constatale et ordinarium, sed quod et libera jure, et aeterna necessitate, amoreque populi suggererent. Necessarium enim putabat summum tui comiti apud Deum: videbatur enim salus populi apud eum in summo esse discrimine, cumque aliud efficacius medium ad eam tuendam non occurreret, hoc usus est, excessu summi amoris ac caecae ejusdem charitatis, qui communes ordinariae prudentiae leges transcendit.

Hoc autem non erat peccatum, sed maxime heroica virtus. Hinc patet, quam gloria Dei nostris commodis ipsique beatitudinis nostris antefrenda sit, quamque peccatum quodvis lethale ipsi è diametro repugnans, magis detestandum sit quam privatio beatitudinis, aut ipse etiam ignis infernalis; rursùm, quanti cum Mose facienda et procuranda sit animarum salus. Sic similitudo ac motivo quo Moyses optavit Paulus pro Iudeis fieri anathema à Christo, Rom. 9, 5. Ex diebus sequitur, licitum, plium ac sanctum fuisse hoc votum Moysi, ac consequenter laeare cujque illud ipsum concipere et imitari, uti docet Lud. Molina. Vide dicta ad Rom. 9, 5, sub finem.

54. Si quando nubes tabernaculum deseruabat, proficiscerentur filii Israel per terminas suas :

55. Si pendebat desuper, manebant in eodem loco.

56. Nubes quippe Domini inebat per diem tabernaculo, et ignis in nocte, videntibus cunctis populis Israel per cunctas mansiones suas.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — LOCUTUSQUE EST DOMINUS AD MOYSEN. Hoc eodem primo anno egressus Hebræorum ex Aegypto, cum adhuc Hebræi migrarent in Sinâ, eumque jam quasi completum esset fabrica tabernaculi, puta sub finem anni primi, et instante anno secundum, Ita Abul.

VERS. 2. — MENSE PRIMO. Intelligit secundum annum egressus ex Aegypto, ut patet v. 18.

ERIGES TABERNACULUM TESTIMONIUM. Hebr. *erigeh mison ohel*, id est, tabernaculum testimonii: *mison* enim, id est, tabernaculum, vocatur in eodem sensu picturatum, quod supra se habebat *ohel*, id est, tentorium, sive tegum et pellibus capris.

Alleg. tabernaculum erectum est, cum corpus Christi in utero B. Virginis informatum, et post 33 annos rursus à mortuis exortum est, inquit S. Cyril. lib. 4 in Joan. 28; rursus cum Ecclesia Christi formata et collecta est. Vide dicta c. 20, 4.

VERS. 4. — CANDELABRUM STANTIUM ERIGENTIS SUIS. Pro *stanti* hebr. est *hantata*, id est, ascendere facies, quod Septuag. et noster vertunt: *Elevabit*, ut stet erectum in altum. Secundò, Chald. et recentiores vertunt: *ascendens*; id quod apertum est, si intelligas, *ascendens*, scilicet vespere, juxta illa quod præceptum est cap. 27, 11: utrumque enim factum est à Moise; sic et mensa posita est cum suis pedibus. Vide Num. 3, initio.

VERS. 5. — TENDENTEM (id est, velum) ET INTROITUM TABERNACULI POSUIT. Puta ante Sanctum, de quo c. 26, 36; passim enim hic tentoria vocantur vela, ut v. 8, 26, 34.

VERS. 15. — INTROITUM ERGUM IN SACERDOTIUM SEMPTIENUM PROFICIAT, q. d.: Ista consecratio facit eos sacerdotes quandoque viventi, sicut in novo Testamento sacerdotes per characterem Ordinis, quem semel in consecratione accipiunt, permanent sacerdotes in æternum. Ita Abulensis, unde Sept. et Hebræa pro *proficiat*, habent *erit*; Chald. vertit: *Dirige enim, sanctificabis illum, ut ministret coram me.*

VERS. 15. — MENSE PRIMO ANNI SECENTI, PRIMA DIE MENSIS COLLOCATUM EST TABERNACULUM. Nota. Moses descendit de monte cum tabulis legis die 28 mensis quinti anni primi egressus ex Aegypto, ut ostendi c. 34, 28; ab illa ergo die usque ad finem anni pro septem mensibus fabricavit Moses tabernaculum cum suis vasibus, Ita ut initio sequentis anni, puta primo die, creverit tabernaculum.

Nota secundò. In hac collocatione sive erectione tabernaculi finitur Exodum: unde patet Exodum finire et terminare historiam Hebræorum in anno secundo, *primoque* primo, egressus eorum ex Aegypto, cum ipsi

54. Quand la nuée se retirait du tabernacle, les enfants d'Israël partaient et marchaient en ordre par diverses landes :

55. Si elle s'arrêtait au-dessus, ils demeurèrent dans le même lieu.

56. Car la nuée du Seigneur se reposait sur le tabernacle durant le jour, et une flamme y paraissait pendant la nuit, tous les peuples d'Israël la voyant de tous les lieux où ils logèrent.

COMMENTARIUM.

versarentur in 12 mansiones in Sinâ, quod fuit. mundi 2450 à diluvio an. 798.

VERS. 17. — TECTUM. Secundum alexum caprinum, quod hebr. vocatur *ohel*, et super istud stravit tertium tabernaculi operimentum ex pellibus, quod hebr. vocatur *nische*.

VERS. 18. — POSUIT ET TESTIMONIUM (id est, legem, puta tabulas legis) IN ARCA.

VERS. 24. — POSUIT ALTARE ARGENTI SUB TECTO TESTIMONII. Sub lecto continente arcam, in qua erat testimonium, id est, lex, sive tabula legis.

CONTRA VERBUM. Gravis hic est questio, ubi nam situm fuerit altare hoc aureum, puta thymiamatis, an intra Sanctum sanctorum, an extra? nam fuisse intra Sanctum sanctorum censet Orig. hom. 9 in Lev.; S. August. quest. 173, et alii quos sine nomine refert Theop. in c. 9 ad Hebr. Unde S. Aug. et contra velum ita accipit ac si dicitur esset, *intra velum*. Et probatur primo ex eo quod c. 50, 10, dicitur: *Et deprecabitur Aaron super eorum qui altaris thymiamatis semel per annum in sanguine*; hoc autem videtur accipiendum de Sancto sanctorum: nam in illud semel tantum in anno ingrediebatur pontifex, in Sanctum vero quotidiè. Secundò, quia 5 Reg. 6, 22, dicitur: *Sub et totum altare oraculi tenuit ante*, quod non aliud esse potest quam altare thymiamatis; erat ergo hoc altare oraculi, id est, intra oraculum, et Sanctum sanctorum. Tertio, Hebr. 9, 5, Sancta sanctorum dicitur habuisse aureum thuribulum; hoc autem non videtur aliud esse quam altare thymiamatis, nam Apostolus hujus altaris alio nomine non meminit, cum describit ea que erant in tabernaculo; nec Moses thuribulum istius meminit, quod ab altari thymiamatis distinctum, positum fuerit intra Sanctum sanctorum.

Accipit et ratio: altare enim illud factum erat ad thymiamata coram Deo adolendum; ergo ponendum erat intra Sancta sanctorum ante arcam, ubi maxime Deus suam præsentiam exhibebat.

Verum dico cum S. Hieron., Theop. in Hebr. 9, 5, lib. 5 de Tab. cap. 11 et 12, S. Tho. 1-2, quest. 102, art. 4, ad 5.—Lyrani, Abul., Cajet., Lippow., Ribera et alii, altare thymiamatis fuisse extra Sanctum sanctorum, ideoque inter illud et altare hoc medium fuisse velum. Est hæc expressa sententia Josephi 5 Ant. 7 et 8, cap. 2. Probatur primo ex eo quod cap. 50, v. 6, dicitur: *Pone altare contra velum, quod ante arcam pendet*, ubi hebræicè est, *coram velo, vel ante velum*, non autem, *intra velum*. Secundò, quia hoc c. 40, v. 4 et 5, ubi ordo tabernaculi describitur, dicitur quòd Moses posuit arcam in tabernaculo, et apposuit ante eam velum, deinde posuit mensam

in tabernaculo, et candelabrum, et altare thymiamatis contra velum: ergo non erat hoc altare post velum, intra Sanctum sanctorum, sed ante, videlicet cum mensa et candelabro. Tertio, quia, ut c. 50, v. 8, dicitur, quotidiè debebat adolere sacerdos incensum in hoc altari; Sanctum vero sanctorum tantum semel in anno ingredi poterat: ergo hoc altare non erat intra Sanctum sanctorum. Unde Lev. 16, 18, loquens de die expiationis (de qua et cap. 30, v. 10, loquitur Moses) quando sacerdos post ingressum in Sanctum sanctorum, expiabat altare thymiamatis, sic ait: *Cum autem exierit (Sancto sanctorum), ut altare quod coram Domino est*; ergo egredi debet ex Sancto sanctorum ad altare thymiamatis: non ergo altare hoc erat intra Sanctum sanctorum. Quarto, in Sanctum sanctorum ingredi tantum licebat summo sacerdoti: atqui ad altare incensum ingrediebantur et apponebant incensum minores etiam sacerdotes, ut patet de Zacharia 4, 18, qui cum esset de vice Abia, quæ erat octava sors sacerdotum, 1 Paralip. 14, de qua non erat summus sacerdos, sortè exiit et poveret incensum. Quod enim dicitur aliqui semel introisse pontificem in Sanctum sanctorum cum effuso sanguine, alias verò sæpe introisse, sed eo non effuso, planè repugnat Apostolo ad Hebr. 9, vers. 6 et 7, et Levit. 16, 2. Ad primum respond., non loqui Dominum de incenso quod adolatur quotidiè, sed de expiatione altaris thymiamatis, quod, ut dixi argumentò tertio, semel in anno cum universa tabernaculo, post ingressum in Sanctum sanctorum, à sacerdote expiatur. Ad secundum resp. dicit altare oraculi, quia factum erat ad hoc ut incensum evaporaret versus oraculum: unde et velum, quod interpositum erat inter Sanctum sanctorum et Sanctum, non pertinebat à decorum ad tectum omnino, sed superne aliqua pars relinquebatur facta, quæ fumus aromatum ingrediebatur oraculum: quantum et altare oraculi dicit possit, quia contiguum erat oraculo, non verò dissitum ab eo, ut erat altare holocaustorum, imò altare hoc thymiamatis planè respondens erat oraculo, soloque velo ab eo dissidebat. Clarius id Hebræa insinuant, quæ habent, *altare ad oraculum*, quod Septuag. vertunt: *altare ante faciem oraculi*. Ad tertium, interpretès multi, ut Anselmus, S. Thom. et Lyrani in 9 ad Hebr., thuribulum de quo Apostolus, esse voluit illud quod pontifex intrans Sanctum sanctorum adolere incensum; sed S. August. et Orig. hom. 9 hic bene docent thuribulum hoc non aliud fuisse quam altare thymiamatis, idque valde congruat Abul. quest. 6; nam præter illa que argumentum proposuit, si illud thuribulum pontificis intrantis Sanctum sanctorum erat in Sancto sanctorum; ergo ter, ut minimum, ingrediebatur pontifex Sanctum sanctorum, videlicet primo, ut efferret thuribulum; secundò, quando cum eo thure et igne impleto redibat, ut adolere incensum et suffumigaret in Sancto sanctorum; tertio, cum rursus egrediendum illi erat ad cineres et ignem exponendum, et regrediendum ad reponendum thuribulum, cum tamen tantum semel illi liceret ingredi Sanctum sanctorum, idque non

nisi cum thuribulo et sulfure; nam mortuos aliqui erat pontifex, qui sine his ingrederebat, ut patet Levit. 16, v. 12 et 15.

Resp. ergo, thuribulum hoc esse idem cum altari thymiamatis: neque mirum altare thuribulum dici, quia magis thuribulum instat erat, nec aliam habebat usum quam thuribulum, videlicet ut contineret ignem et incensum. Clarius hoc est in Græco ad Hebr. 9, nam ibi hoc thuribulum dicitur *thymiamatis*, quo prorsus eodem nomine, Josephus altare thymiamatis nominat, lib. 5 Antiq. 7 et 8 Belli 6; et, si etymon spectes, suffraginatorium sonat, quod tam de thuribulo proprio dicitur quam de altari accipi potest. Simili terminatione *thymiamatis* altare dicitur, quasi sacrificatorium.

Ad argumentum respondeo: Quod dicit Apostolus, Sanctum sanctorum habuisse aureum thuribulum, id est, altare thymiamatis, intellige non intra se, sed extra velum habuisse illud sibi obversum, et ob sui cultum et reverentiam erectum, unde et altare oraculi dicitur, ut dixi in responsione ad secundum. Varii enim sunt habendi mox, ait Aristot. in Postpredicamentis: sic domus habet altum, flumen habet ripam, templum habet turrem, non utique intra se; vide Ribera lib. de Templo c. 7. Erat ergo hoc altare coram velo directè versus oraculum, ait Cajet., ac consequenter erat in medio latitudinis tabernaculi, ita ut sacerdos super illud incendens thymiamata et orans, faciem suam directè haberet ad propitiatorium, intercedere tantum velo, ut sit se quasi Deo obverseretur. Vide Vilalpandus p. 341.

Ad quartum respondeo, erectum esse hoc altare ad adolendum thymiamata coram Deo, sed non à laicis in celo in clarâ Dei presentia, qui significabantur Sancto sanctorum, sed ab Ecclesiâ militante, quæ per sanctum significatur: hæc enim per velum in æternitate Deum cognoscit, colit et adorat, unde in Sancto, id est, Ecclesiâ militante, non verò in Sancto sanctorum, id est, in celo, constituendum fuit hoc altare.

VERS. 51 ET 52. — POSTQUEM OMNIA PERFECTA SUNT, OPERUIT NUBES TABERNACULUM TESTIMONIUM, ET GLORIA DOMINI IMPLEVIT ILLUD. Gloria Domini vocatur angusta illa nubes, quæ licet esset densa, erat tamen laicida et consparsa. Deique majestatem quasi velabat et significabat. Ita S. Aug. quest. 173. Sic gloria per nubem, claritate et splendore sæpe accipitur, ut Exodi 24, 17; et c. 33, 18 et 22. Levit. 9, 23. Num. 4, 10. 5 Reg. 8, 11. Ecclesiastici 43, 5. Ezech. 44, 4.

VERS. 53. — NEC POTERAT MOYSES UERTI VERTER FORIBUS, TUM OB REVERENTIAM MAJESTATIS DOMINI, INQUIT CAJET., TUM QUIA NUBES ILLA DEUS OMNIA OPERIEBAT, ITA UT MOYSES NUBES NON POSSET. Simile accidit in dedicatione templi, 5 Reg. 8, 11. Idque primò tantum vice factum est, cum deliceretur tabernaculum; nam alias illud ingressus est Moses.

Allegoricam causam dat S. August. et Raban.: Moses enim iudiciorum personam gereret, quibus gloria Domini, quæ in tabernaculo est, id est, gratia Christi

que in Ecclesia est, tanquam nubes opponitur, ut eam non intelligant, non credant, ac proinde nec capiant, nec in eam intrent.

VERS. 34.—PROFICISCENTUR FILII ISRAEL PER TURMAS SUAS. Hebr. per profectioes suas, quibus scilicet turmatim sive per turmas proficiscerantur.

QUANDO NUBES TABERNACULUM DESEREBAT, PROFICISCENTUR FILII ISRAEL. Hebr. est, si quando nubes accendebat, et elevabatur supra tabernaculum: tum enim ipsa nubes, puta columna nubis, prima iter inibat, illudque Hebraeis praecibat, ut ipsi eodem sequerentur, de quo plura Num. 9.

Mysticè, columna haec dux viae, non in Chanaan, sed in caelum, est fides, gratia et illuminatio Spiritus sancti; hanc fixè intueamur, hanc studiosè nocte et die sequamur, ut ea nos illustret in caeleste et aeternum Dei regnum deducat. Zelixis, celebris pector, rogatus cur tam morosè et exactè suas imagines qua-

aversum depingeret, respondit: Pingo aeternitatem. Et nos ergo studiosè et exactè per omnia vitam nostram depingamus. Pinge, imò vive Deo, vive colè, VIVE AETERNITATEM.

O stupor, ô amentia, ô insaniam filiorum Adae! Ad aeternorum infidelitatumque bonorum possessionem conditi estis; ut quid vos tanto affectu ad fugaces vanissimasque reulas abijcitis? Deus vos coeli haeredes, aeternitatis possessores scripsit; quid tam avidè terram, temporanea et caduca affectatis? Sapite, sapite, VIVITE AETERNITATEM.

Vos, ô praecones verbi Dei, satores, inquam, aeternitatis, clamate, quasi tuba exaltate vocem, vocate omnes ad aeternitatem, insonate cum Christo: *Poenitentiam agite, appropinquet regnum caelorum*; appropinquet AETERNITAS, et vita aeterna: *ut quid diligitis vanitatem? VIVITE AETERNITATEM.*

DOXOLOGIA DEI SALVATORIS, EX GESTIS ET EPITOME EXODI.

Lauda, Jerusalem, Dominum; lauda Deum tuum, Sion.

Quis loquetur potentias Domini; audias faciet omnes laudes eius?
In exitu Israel de Aegypto; domus Jacob de populo barbaro;

Facta est Iudaea sanctificatio ejus; Israel potestas ejus.

Intravit enim Israel in Aegyptum; et Jacob accolam fuit in terrâ Cham.

Auxit ibi Deus populum suum vehementer; et firmavit eum super inimicos ejus.

Convertit cor eorum, ut odirent populum ejus; et dolam facerent in servos ejus.

Misit ad Pharaonem Moysen servum suum; et Aaronem electum Domini.

Posuit in eis verba signorum stultorum; et prodigiorum in terrâ Cham.

Convertit aquas eorum in sanguinem; et occidit pisces eorum.

Edidit terra eorum ranas; in penetralibus regum ipsorum.

Dixit, et venit oeconomia; et cinipides in omnibus finibus eorum.

Posuit pluvias eorum grandinem; ignem comburentem in terrâ ipsorum.

Et percussit vineas eorum, et ficulneas eorum; et contrivit lignum finium eorum.

Dixit, et venit locustas; et bruchus, cujus non erat numerus.

Et comedit omne fenum in terrâ eorum; et omnem fructum terrae eorum.

Misit tenebras; et obscuravit; percussit eos igne, et spectris in nocte horrendâ.

Percussit omne primogenitum in terrâ eorum; primitias omnis laboris eorum.

Eduxit Hebraeos cum argento et auro; quibus spoliaverunt Aegyptum.

Egressus est populus Dei in exultatione; et electi ejus in Iustitiâ.

Leta est Aegyptus in profectioe eorum, quis incubuit tumor eorum super eos.

Expandit Dominus nubem in protectionem eorum; et ignem, ut lateret eis per noctem.

Audivit Pharaon eos concludi mari Rubro; dixit: Persequar, et interficiet eos manus mea.

Ingressus est post eos cum curribus, et equibus suis in mare; et reduxit super eos Dominus aquas maris.

Filii autem Israel ambulaverunt per siccum, in medio ejus, quasi in deserto.

Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est: equum et ascensorem deiecit in mare.

Beatus es tu, Israel; quis similis tui, popule, qui salvaris in Domino?

Ascensor coeli auxiliator tuus; ipse est secutum auxilium tui, et gladius gloriae tuae.

Dominus quasi vir pugniator; Omnipotens nomen ejus.

Curus Pharaonis, et exercitum ejus projecit in mare; electi principes ejus submersi sunt in mari Rubro.

Abrasi operuerunt eos; descenderunt in profundum quasi lapides.

In Spiritu furoris tui, Domine, congregata sunt aquae; stetit unda fluens utrinque instar mirrorum, donec petrasisset populus tuus, quem possidisti.

Flavit spiritus tuus, et operuit Aegyptus mare submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortibus, Domine? quis similis tui? magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis et faciens mirabilia.

Maria prophetissa duxit chorum mulierum, eis quo cum tympano praecinit: Cantemus Domino gloriosè.

Preclusit illa B. Marie Deiparae, matri Jesu, qui nos inferno liberavit; quam proinde beatam dicit omnes generationes.

Feterunt Hebraei carnes, et venit coturnix; dedit eis Deus manna, et pane coeli saturavit eos.

Panem angelorum mandavit homo; cibaria misit eis in abundantia.

In Raphidim eduxit aquam de petra; et adhaevit eos, velut in abyssu nulli.

Venit Amalec, pugnans contra Israel; orante Moese, contrivit eum Josue.

In Sinâ descendit Deus in igne, fumo, procellis et buccina; voce tabali Decalogum promulgavit.

Dedit Mosi praeccepta, iudicia et caeremonias, quibus foedus sancit cum Hebraeis.

Jussi fabricare arcam foederis, cherubim, et propitiatorium; mensam panum propositionis, et candelabrum aureum.

Tabernaculum, cortinas, veetes, atrium; et in eo altare holocaustorum, cum labro aeneo.

Altare quoque thymamatis, cum incenso; Aaroni dedit sacerdotium gentis.

Circumcinxit eum zonâ; et induit eum stolam gloriae.

Femoribus, tunica, humerali, et rationali vestivit eum; posuit in eo duodecim gemmas, quasi stemma, et signacula tribuum Israel.

Urin et tummin insculpsit ei; ut veritas doctrinae et perfectio vitae conderentur in pectore sacerdotis.

In veste poderis totus erat orbis terrarum; cinxit illum tintinnabulis aureis, plurimis in gyro.

Dare sonitum in incessu suo, auditum facere pulsum in templo, in memoriam filius gentis suae.

Coronam auream dedit super mitram ejus; expressam

signo sanctitatis, et gloriae honoris; Sanctum Domino.

Heec omnia operati sunt Beseleel, et Ooliab; quos implevit Dominus spiritu sapientiae ad fabricandum ea.

Tardante Moese in Sinâ, Hebraei fecerunt vitulum aureum; et adoraverunt sculptile.

Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vitali comedentis fenum.

Oblitus sum Deum, qui salvavit eos, qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terrâ Cham, terribilia in mari Rubro.

Et dixit, ut disperderet eos, si non Moeses electus ejus stetit in contractione, in conspectu ejus.

Dicens: Dimitte eis hanc noxam; aut dele me de libro tuo operi scripsisti.

Stetit Moyses in petra; vidit tergum et gloriam Domini.

Corona Incis affavit ei Dominus; dedit ei duas tabulas inscriptas Decalogo.

Fecit Moyses tabernaculum cum vasis suis; erexit illud in templum Domino.

Laudate Dominum de coelis; laudate eum in excelsis.

Laudate eum in tympano, et choro; laudate eum in chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis jubilationis; omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto; sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.

IN LEVITICUM COMMENTARIUM. Argumentum.

Dicitur hic liber hebraicè *vaicera*, id est, et vocatur, à suo exordio; Graecis et Latinis vocatur Leviticus, à materiâ quam tractat; tractat enim de sacrificiis aliisque munitis Levitarum. Nam Leviticus, id est, qui erant prognati ex patre et tribu Levi, electi fuerunt à Deo ad munus sacerdotale, et ad ministrandum ei in tabernaculo; sed hac partitione, ut Ananiam, sive posteri Amram, hoc est, Aaron ejusque filii, sacerdotio fungerentur, solique sacrificarent; ceteri, puta posteri Caath, Merari et Gerson (qui omnes fuerunt filii Levi) hinc subservirent, ut sacerdotibus nostris diaconi. Vide e. 5 et 4 Numer. Quod factum est ut priores, sacerdotes, posteriores, Levite, nomine communi inferioribus appropriato, vocarentur; solet enim species imperficior sibi nomen generis appropriare; sic bratum vocamus animal. Hic tamen contrarium accidit; nomen enim generis datur hic dignioribus; nam per Levitas hic sacerdotes intelliguntur, cum Leviticum vocamus hunc librum.

Leviticus ergo idem est quod sacerdotalis, aut sacrificatorius; continet enim praeccepta caeremonialia, quibus propriè Israeliticus populus Deo, Deique familiae et cultui allectus est, circa oblationes et sacrificia, qui excellentissimi sunt cultus quos exterius Deo deferimus. Quare prima causa sancientorum horum sa-

crificiorum, fuit debitus Deo exterior cultus et veneratio. Secunda; ut à perniciosissimo otio et idololatrà hac ratione Judaeos pio occupatos semper Deus avocaret. Hanc causam dat S. Clemens lib. 4 Recog. sub medio, Chrysost. homil. 6 in Matth., Hieron. in 1 Isaia, et Tertull. lib. 2 contra Marcion. e. 18, ubi sic ait: *Per sacrificiorum opera, et operationum ac oblationum negotiosas scrupulositates, religio sine vobis Deus attingeret, ne simulacris faciendis delinquerent.* Tertis, ut variis typis dignitatem, variamque rationem sacrificii Christi in cruce peracti, adumbrarent. Omnia enim haec sacrificia Christum adumbrasse, Christiane impolutionem, docet S. August. lib. 4 contra adversar. legis et Prophet. c. 48, et l. 17 de Civit. e. 2, Euseb. l. 4 Demonst. 10, Conc. Trident. sess. 22, c. in fine, et S. Leo serm. 8 de Passione, ubi sic ait: *Nunc carnalium sacrificiorum varietate cessante, omnes differentias hostiarum una corporis et sanguinis Domini implet oblatio; ut sicut, unum est pro omni vicium sacrificium, ita unum de omni gente sit regnum.* Unde et in Collectâ Ecclesiae dicitur: *Deus, qui legatum differentium hostiarum unum sacrificii perfectione sancisti.* Quarta, ut significarent ea quae nos agere convenit, itaque mores nostros instruerent, ut docent S. August. 40 Civit. 3, Clemens Alexandr. lib. 5 Strom., Theod. lib. de Sacri-

facis, ante medium, et alii. Hinc patet, vetera hæc sacrificia fuisse bona et sancta, Deoque placuisse, utpote ab eo instituta, et in honorem illius oblata; erant enim actus religionis et latras.

Dices: S. Cyrill. lib. 9 contra Julian. ante finem, S. Hier. Rupert. in c. 1 Isaiæ, Tertull. lib. 2 contra Marcion. c. 18 et 21, Chrysost. orat. 1 contra Judæos, et alii videntur dicere, hæc sacrificia non fuisse grata Deo, nec ejus destinata voluntate fuisse instituta, sed tantum ad vitandam majus animam, ne scilicet Hebræi in Ægypto sacrificiis assueti, ad ea relaberentur, æque Apri aliisque idolis adhererent. — Respondet Iste Patres tantum dicere voluisse, ea non fuisse grata Deo secundum se, sive quatenus externa erant sine cultu interno; opponunt enim ea sacrificio Christi, et actionibus virtutum, quæ seculariter se Deo placent. Atque hoc est quod alii theologi sacrificia et Sacramenta novæ legis Deo placere, nosque iustificare ex opere operato; vetera verò id fecisse ex opere operantis; unde displicerent illi Deo, si impuro corde à sceleratis offerantur. Et hoc est quod ait Deus Isaiæ 41: *Quis nisi multitudinem victimarum nostrorum? plenas enim, holocausta arborum, et adipeis pinguium, et sanguinem vitularum et caprarum et hircorum volas; incensum oblationis est milti: quia scilicet à vobis impis impio corde milti adoleat; vos enim in externis illis sacrificiis omnem sanctitatem ponitis, itaque internam sanctitatem, quæ vera est, negligitis, et rapinis, stupris, aliisque sceleribus vos impunitis.*

Leviticum in tres sectiones partiri possumus: prima agit de ipsis sacrificiis, eorumque varietate et distinctione, à cap. 1 ad 8. Secunda agit de personis offerentibus, eorumque preparatione et dispositione, à cap. 8 ad 25. Tertia agit de temporibus oblationum destinatis, puta de festis, à cap. 25 ad finem, cui nonnulla de omnia etia dicta sunt in duodecima mansione Hebræorum in deserto, puta in monte Sinai, ut dicitur in fine hujus libri. In Sinai totum gesta sunt omnia quæ narrantur à cap. 19 Exodi ad finem Exodi; quæque toto Levitico et Numeris narrantur ad cap. 10 NARCAPUT PRIMUM.

1. Vocavit autem Moysen, et locutus est ei Dominus de tabernaculo testimonii, dicens:

2. Loquere filiis Israel, et dices ad eos: Homo, qui obtulerit ex vobis hostiam Domino de pecoribus, id est, de bobus et ovibus offerens victimas,

3. Si holocaustum fuerit ejus oblatio, quæ de armento, masculinum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonii, ad placandum sibi Dominum;

4. Ponetque manum super caput hostiæ, et acceptabilis erit, atque in expiationem ejus proficiens.

rantur. Num. enim 10, 44, ex Sinâ moverunt Hebræi castra; precepta tamen hæc Levitici non in ipso monte Sinâ, sed in tabernaculo recens fabricato, Mosi data sunt à Deo, ut patet c. 1, 4.

Hinc sequitur Leviticum Mosi à Deo dictatum esse anno secundo egressus Hebræorum ex Ægypto, quod fuit anno mundi 2455, à diluvio 798 (quod fuit ante nativitatem Christi 1498 annis), imò totus Leviticus uno mense, puta primo anni hujus secundi, dictatus est à Deo, quod clarè videbis si Levitici initium et finem conferas cum cap. ult. Exodi v. 48, et cum cap. 1 Num. v. 1. Ex quo patet Numerorum librum, qui Leviticum sequitur, incipere à die primo mensis secundæ. Certè non potuisse Leviticum dictari post vigintiannam diem mensis secundæ, certum est, nam ultra illam diem non fuerunt Hebræi in Sinâ, ut patet Num. 10, v. 41. Nota hæc Levitici precepta non fuisse simul uno die data, sed successivè per varios mensis primi dies, ut patet c. 9, v. 1, c. 10, v. 1 et 2, c. 16, v. 1.

Leviticum mysticè explicavit primò, Origenes, rursus in Leviticum exstant sexdecim homilia. Eadem referuntur inter opera S. Cyrilli, et non homilia, sed libri vocantur. Verùm eas non esse Cyrilli, sed Origenis, patet tum ex stylo, tum quia in quibusdam rotulantur errores Origenis, tum quia ab olim Origeni semper subscripti sunt. Secundò, scripsit in Leviticum Iseychius presbyter Hierosolym. S. Gregorii Nazianz. discipulus. Clariss. hic sub Honorio imp. sub annum Domini 400. Tertio, scripsit in Leviticum S. Cyrillus lib. 17 de Moratione in spiritu et veritate, quibus plerique Levitici mysteria interpretatur, et Christianis tropologicè adaptat. Edidit eos nuper Romanus Antonius Agellius anno Domini 1588. Quartò, egregiè in Leviticum scripsit Rudolphus monachus Flaviensis, vel, ut alii volunt, Fuldensis, sub annum Domini 910. Fuit vir solitè doctus; imitatur phrasin S. Gregorii, aptè que singula explicat sensu mystico et tropologico. Hinc secundo in Leviticum scripsit tunc mysticè quam litteraliter Petrus Serranus, canonicus Complutensis.

CHAPITRE PREMIER.

1. Moïse ne pouvant entrer dans le tabernacle, parce que la majesté de Dieu le remplissait tout entier, le Seigneur appela Moïse, et lui parlant du tabernacle du témoignage ou il étoit élevé en gloire, il lui dit:

2. Vous parlerez aux enfans d'Israël, pour les instruire des sacrifices qu'ils doivent offrir, et de la manière dont ils le doivent faire, et vous leur direz: Lorsque quelqu'un d'entre vous offrira au Seigneur une hostie de bêtes à quatre pieds, c'est-à-dire, de bœufs, de chèvres, et de brebis: lors, dit-il, qu'il offrira ces victimes, qui sont les seules qu'on doit offrir.

3. Si son oblation est un holocauste, ou si pour reconquies la souveraineté domine que j'ai sur toutes les créatures, la victime doit être toute consacrée en mon honneur, et que ce soit un bœuf, il prendra un mâle sans tache, c'est-à-dire, sans défaut, l'offrira à la porte du tabernacle du témoignage, pour se rendre favorable le Seigneur.

4. Il mettra la main sur la tête de l'hostie, comme pour la charger de ses crimes et pour la consacrer au Seigneur, et elle sera reçue de Dieu, et lui servira d'expiation pour le purifier de ses péchés.

5. Immaculabitque vitulum coram Domino, et offerent filii Aaron sacerdotes sanguinem ejus, fundentes per altaris circuitum, quod est ante ostium tabernaculi.

6. Detrahetque pelle hostiæ, artus in frusta concident.

7. Et subjiciet in altari ignem, strus lignorum ante compositi;

8. Et membra quæ sunt cæca, desuper ordinantes, caput videlicet, et cuncta quæ adherent jecori;

9. Intestina et pedibus lotis aquâ; adolebitque ea sacerdos super altare in holocaustum et suavem odorem Domino.

10. Quod si de pecoribus oblatio est, de ovibus sive de capris holocaustum, masculinum absque macula offeret:

11. Immaculabitque ad latus altaris, quod respicit ad aquilonem, coram Domino: sanguinem verò illius fundent super altare filii Aaron per circuitum;

12. Dividentque membra, caput, et omnia quæ adherent jecori; et ponent super signa, quibus sollicitandus est ignis;

13. Intestina verò et pedes lavabunt aquâ. Et oblatio omnia adolebit sacerdos super altare, in holocaustum et odorem suavisimum Domino.

14. Si autem de avibus holocausti oblatio fuerit Domino, de turribus aut pullis columbe.

15. Offeret eam sacerdos ad altare: et retortio ad collium capite, ac rupto vulneris loco, decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris;

16. Vesiculum super gutturis, et plumas projiciet prope altare ad orientalem plagam, in loco in quo cineres effundit solent.

17. Confriquetque ascellas ejus, et non secabit, neque ferro dividet eam, et adolebit super altare, lignis igne supposito. Holocaustum est et oblatio suavisissimi odoris Domino.

VERB. 1. — VOCATIVUS AUTEM MOYSEM, ET LOCUTUS EST EI DOMINUS. *Locutus est*, non imaginarij, sed sensibili voce, ex tabernaculo procedente, et formati in aere ab angelo. Dei vice loquente: quæ locutio non propria, aut vitialis, humanæ erat locutio, cum angelus corpore et corporeis organis, puta ore, lingua et dentibus ad loquendum necessariis carcat, sed erat ei similis. Unde analogicè locutio dicitur, *Dominus*, id est, angelus. Dominum personam sustinens, ut dixi Exodi 5, v. 2.

DE TABERNACULO TESTIMONII, id est, de tabernaculo in quo erat testimonium, id est, lex sive tabula legis. Vide dicta Exodi 27, v. 20. Potest secundò verti, *de tabernaculo conventus*, ut constitutionis, quod scilicet erat quasi locus statutus conventioni populi et Mosi cum Deo. Ita Vatabl.; utrumque enim significat *hebræum mod.*

VERB. 2. — LOQUERE FILIIS ISRAEL, omnibus, etiam Levitis. Nota. Quando in Scripturâ nominantur filii Israel, si sit sermo de re temporali, excluduntur Levitæ; si de spiritali, comprehenduntur, ut patet

5. Il immolera le veau ou le bœuf, devant le tabernacle du Seigneur; et les prêtres, enfans d'Aaron, qui auront égorgé la victime, en offriront le sang, en le répandant autour de l'autel, qui est devant la porte du tabernacle;

6. Ils ôteront la peau de l'hostie, et ils en couperont les membres par morceaux;

7. Ils mettront le feu sur l'autel après y avoir auparavant préparé le bois;

8. Et avoir arrangé dessus les membres qui auront été coupés, savoir, la tête et tout ce qui tient au foie;

9. Les intestins et les pieds qui auront été auparavant lavés dans l'eau; et le prêtre les brûlera sur l'autel, pour être au Seigneur un holocauste, et une oblation d'agréables odeur.

10. Que si l'offrande de bêtes à quatre pieds est un holocauste de brebis ou de chèvres, celui qui l'offre choisira un mâle sans tache, c'est-à-dire sans défaut:

11. Et il immolera devant le Seigneur, au côté de l'autel qui regarde l'aquilon; et les enfans d'Aaron en répandront le sang sur l'autel tout autour;

12. Ils en couperont les membres, la tête, et tout ce qui tient au foie, qu'ils arrangeront sur le bois, au-dessous duquel ils doivent mettre le feu;

13. Ils laveront dans l'eau les intestins et les pieds; et le prêtre brûlera sur l'autel toutes ces choses offertes, pour être au Seigneur un holocauste et une sacrifice de très-agréable odeur.

14. Que si l'on offre un holocauste au Seigneur des oiseaux, savoir, des tourterelles ou des petits de colombe,

15. Le prêtre offrira l'hostie à l'autel, et lui tournant avec violence la tête en arrière sur le cou, il lui fera une ouverture et une plaie, par laquelle il fera couler le sang sur le bord de l'autel;

16. Il jettera la petite vessie du gosier, et les plumes, auprès de l'autel, du côté de l'orient, au lieu où l'on a coutume de jeter les cendres;

17. Il lui rompra les ailes sans les couper, et sans diviser l'hostie avec le fer, et il la brûlera sur l'autel, après avoir mis le feu sous le bois. C'est un holocauste offert au Seigneur, et une oblation qui lui est d'une odeur très-agréable.

COMMENTARIUM.

Deuter. 37, 13: Apocal. 7, 7, ubi tribus Levi numerantur inter signatas à Deo; Levitis enim et personis sacris incumbit non temporalia curare et sapere, sed spiritalia.

HOMO QUI OFFERTUR, supple sponte; erant enim alia oblationes non spontaneæ, sed præceptæ, ideoque necessariæ. Talis erat oblatio primogenitorum, de qua Exodi 22, 29, et oblatio pro peccato, de qua Lev. 4 et 5, alique hæc quæ necessaria erant, non poterant à quocumque transferri ad alium modum oblationis, ut patet c. 27, 26: *Primogenia, inquit, quæ ad Deum pertinent, nemo auferre poterit, et veteræ.*

HOMO QUI OFFERTUR ET VOBS HOSTIAM DOMINO. Sicut enim Deo est sacrificandum, itaque omnium gentium unus acceptum est, ut scilicet nulli sacrificarent, nisi qui Deus esset, ut Deus ab his haberetur, quemque scirent, putarent, vel fingerent esse Deum, ait S. August. 1. 40 Civ. 4, itaque ob causam quam initio cap. dedi.

DE PECORIBUS. Interpres noster non distinguit inter pecora et pecudes. perinde ut grammatici faciunt, qui

pecudes vocant animalia minora, pecora majora. Interpres enim omnia animalia, tam minora quam majora vocat tam *pecudes* quam *pecora*.

De *notis* et *ovibus* offerens victimas. Sub *ovibus* et *capris* intellige, his enim communis est hebraica *vox nota*. Scilicet sibi hic Dominus in sacrificium, ex animalibus terrestribus bovem, ovem et capram, ex volucribus columbam et turturem; nullam vero piscem. Cujus prima ratio, est libera Dei voluntas, quae ita sanxit. Secunda, quia hoc congruum erat; illa enim animalia magis sunt in communi hominum usu, praebentque homini sua carne et lacte cibum, suo velere et corio vestitum; boves etiam arant et trahunt.

Rursum haec animalia sunt mansueta, ideoque mundiora. Ita Theod. q. 1, et Philo l. de Victimis. In piscibus etiam hoc peculiariter fuit, quod *vix* viventibus addunt, ideoque nec immolari potuissent; utrumque enim verum est illud S. Antonii: *Quod pisci est extra aquam, hoc monachus est extra cellam*. Adde, pisces, quia humore et semine abundant, symbolum esse ignaviae et luxuriae. Petrus vero hierogl. 24, ait pisces esse hieroglyphicum innocentiae, cum omnino sint innocui, nec elementum solum ad insidias atis inferendas transgrediantur; ideoque Pythagoram carissime, abstinentium esse piscibus, ne insidias persequerentur.

Idem docet Lilius Giralduus in Symbolis Pythagorae. Quocirca Pythagoras, teste Plutarcho, a piscatore relictus faciem canisae ferat, ut quidquid piscium eo factu caperet, statim emitteret; quod et fecit. Tertia causa est, quod pisces valde imperfecti et ignobilis sunt animalia. Unde Philonem l. de Vita contemplativa, ait cetera animalia pisces creati sunt, quod eorum videlicet sit anima ignobilissima, ut hominis est acutissima.

Animarum, inquit, aliqua quidem est tardissima, et *verius expressa*, quae generi piscium videtur; aliqua vero acutissima, quae hominis est. Quae autem *intermedia*, terrestribus et volucribus data est. *Magis enim haec sensilis, quam in piscibus; hebetior vero, quam in hominibus. Quomobrem Deus inter animantes pisces primos condidit, magis corporis substantia, quam animae participes, et quodammodo animalia et non animalia, ac mobilia inanimata; atque ad ipsam solum corporis conservationem, Deus illis indidit spiritum animalium, seu, ut dicitur, est carnis inspergitur, ne facili perireant.* Quocirca Aegypti, teste Herodoto, piscibus quasi impuris et inquinatis abstinebant. Quin et cum nefas, inquinamentumque lidem significare voluit, piscem pinguit, quod pisces mutua carne veniuntur, et inter se esca sint, ut florus Aegyptus scribit. Sanè praeter Aegyptios, et Syros etiam piscibus abstinentia legitimus. Unde apud eos Atergnis dea celebratur, quae interpretatur sine pisce: quippe Syrorum lingua, *Ater*, privativa est dictio, et *Catis* piscem significat. Alias tamen gentes de thynno et de anguilla rem sacram fecisse tradit Athenaeus l. 7. Quin et M. Varro l. 3 Rei rusticae, de certis piscibus rem sacram apud Lydicos fieri scribit. Quartam causam dat Abulens. *Voluit, inquit, Deus sibi immolari bovem, ne Hebraei putarent Apim, bovem Aegyptium, esse Deum: arietem, ne Ham-*

nonem Aegyptium, habentem cornua arietis, censerent esse Deum: hircum, quia demones culti ab Aegyptiis, hirci specie capre se videndos exhibebant, uti etiamnum exhibent.

Hinc sequitur, omnia animalia munda ad sacrificium, fuisse quoque munda ad cibum, potuisseque comedi: non tamen è converso. Nam cervus, pyrgas, et caetera erant munda ad cibum et esum, ut patet c. 11, non tamen ad sacrificium; nec enim ea licebat immolare. Ita Abulens.

Allegor. causa fuit, quia haec animalia aptissime significant Christum, qui est unica victima legis novae, ad quam significandam praecipue erant instituta, Hebr. 10, v. 1. Bos enim significabat Christi fortitudinem et labores; ovis innocentiam; hircus formam peccatoris; turtur aeternam cum Deo conjunctionem, pipiones sive pulli columbarum, mansuetudinem. Ita S. Cyrill. lib. 15 de Adoratione in spiritu et veritate p. 304. Procop. in c. 4 Levit., et Beda hic.

Idem significant haec eadem tropol., nam, ut ait Origen. hom. 2: *Offert Deo vitulum, qui carnis asperitatem labore vincit; ovem offert, qui irrationales irae motus insipientiaeque corrigi (nam si ex corde renuitis peccatum fratri tuo, et iracundiae timore depositis, mitem intra te et simplices recolgeris animam, immolare te arietem vel agnum puta); hircum offert, qui lasciviam superat: per turturam, qui motem summi verbo Dei ut conjugii sociat: nullus, qui oculos columbinae sponsae iustitiae. Ita et Isychius, et Radolphus.*

Hinc Philo lib. de Victimis ait animalia haec immolanda debuisse esse integra, illa praeteribit omittis, vitium navis quoque carentia, ideoque sacerdotes solere ea diligenter ante immolationem scrutari, à capite ad pedes usque, ne unquam labem haberet victima: idque ut per hoc monerentur offerentes, nihil ad et immaculatam in conspectu Dei producere animum, eamque cum victimâ suâ Deo offerre.

VEBS. 5. — Si HOLOCAUSTUM FUERIT EFUS OBATIO.

Holocaustum vox graeca est, q. d.: *divis accersere*, id est, totum combustum, quò in eo tota victima Deo comburetur. Unde heb. vocatur *cahil*, id est, totum, vel consummatum, quia totum in Dei honorem igne consumebatur; vocatur et *ola*, id est, ascensus, quò in eo tota hostia per ignem et fumum ascenderet ad Deum. Hinc rursum graecè vocatur *ὁλοκαύτωμα*, quò totum in Dei fructum colescit. Holocaustum ergo erat sacrificium Deo oblatum purè ad laudem Dei, et honorum supremæ maiestatis ejus, atque amorem summe bonitatis ejusdem, etsi ab eâ nihil expectarem gratiae, ait Philo. Hæc enim de causâ in holocausto tota victima, exceptâ pelle, cremabatur, ut per hoc significaretur summum Dei dominium in res omnes, omniaque referenda ad ipsam ipsiusque gloriam. Secundo, offerentes per hoc protestabantur se totos esse Dei, seque quasi cum holocausto totos Deo consecrarent, ut quasi corpore pessumdato, animum cum hostie suo fumo in caelum sustollerent, atque in Deum transferrent. Hinc gentiles graeci, si caelestibus diis immolarent, ita caput victimæ stangebant, ut oculum spectarent:

si verò inferis, ut despiceret terram, ait Gyradius syntag. 17.

Nota primò: victima holocausti debebat esse mascula et immaculata. Divites offerebant bovem, vel vitulum; alii qui vitulum habere non poterant, offerebant agnum aut hircum; denique pauperes, qui nec agnum nec hircum, offerebant turturem aut pullum columbae. Secundo, debebat adduci ad ostium tabernaculi. Tertio, offerens imponeret capiti victimæ manus. Quarto, sacerdos eam mactabat et jugulabat, sanguinem phiala excipiebat, eoque fundebat per altaris circuitum, mox pellem detrahebat, deinde victimam in frusta concidebat, eamque altari imponebat, ac supposito igne et lignis comburebat. In hisce autem sacerdos sacrificans aliorum sacerdotum, et Levitarum operâ juvabatur; nec enim hæc omnia unus sacerdos præstare potuisset; præsertim cum simul multæ victimæ essent offerendæ.

Tropolog. holocaustum, inquit Radolphus, efficitur qui corde et corpore jugiter divinis mancipatur obsequiis; estque triplex, primò, bovis, id est, corpore robustorum, qui labores suos fratris substerminat commodis. Secundo, ovium, id est, eorum qui imbecilles corpore operum innocentia, et morum simplicitate alios pascent. Tertio, avium, id est, eorum qui scientia et contemplationi vacant, ut Deum agnoscant; sic ferè Isychius et Rupert, qui primos comparant cum Job: secundos cum Noë, Noë enim inter peccatores effulsit innocentia: tertios cum Daniele mortalem spirituosissimo. Primò, apponit Ribera l. 4 de Templo, c. 5, per holocaustum vituli accipit Christum, qui, ut ait Paulus, tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo, in odorem suavitatis. Secundo, per holocaustum agni vel hirci, accipit oblationem et mortem martyrum, quæ dignitate fuit proxima victimæ Christi. Tertio, per holocaustum turturis et columbae accipit eos qui per jugem carnis macerationem, et voluntatis abnegationem, se quasi hostias vivas Deo immolant, Rom. 12, 1.

Jam primò, hi omnes sunt masculi per fortitudinem, immaculati per sanctitatem. Secundo, Christus ad ostium tabernaculi, id est, juxta et extra urbem, immolatus est. Tertio, Christus qui simul offerens est et victima (seipsum enim obtulit) Christus, inquam, offerens manus super caput hostiæ imposuit, quia peccata generis humani imposuit super caput suum, ait Origen: Quarto, Christus offerendo se Patri, sanguinem fudit in circuitu altaris, id est, crucis, ut scilicet omnes orbis terræ nationes participes fore crucis et sanguinis Christi: pellis detracta est hostiæ, cum vestibus omnibus spoliatus est Christus: artus in frusta sunt concisi, cum Christi corpus flagris et clavis concisum, in cruce ita distentum est, ut ossa suis locis emota sint, juxta illud psal 21: *Foderunt manus meas et pedes meos, et dimiserunt omnia ossa mea.* Ignis qui immolatus et mystice crematus est Christus, fuit ignis ejus charitas: ligna, misericordiae nostræ, quæ ejus amorem excitabant. De reliquis; puta de ovis et avibus, dicam inferius suis locis.

DE ARMENTO, DE BOBUS. Ita habent Hebraei; aut vitulus, nam ille soli è majoribus animalibus immolabantur.

MASCULUM, quia holocaustum erat nobilissimum sacrificium, quod directè Deo ad ejus honorem et laudem tantum offerretur, nec nobilissimum decebat in eo adhiberi victimam; talis autem est mascula. Secus erat in sacrificio pacifico, quod pro salute alienigenis offerretur; in eo enim, utpote minus nobili, offerri poterat femina. Ita Abulens.

IMMACULATUM OFFERET, bovem, sive vitulum, victimam immaculatam vocat, quæ nullas habet maculas, non coloris (bos enim maculosus, id est, nigro vel varicolori vellere, censebatur immaculatus, poteratque immolari) sed deformitatis et vitii: maculam enim hanc accipit Levit. 22, 22, dicens: *Immaculatum offeret ut acceptabile sit: omnis mascula non erit in eo, si caecum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si pupillam aut scabiem, aut impetiginem: et talis macula intelligitur Cantic. 1, cum de sponsa dicitur: *Tota pulchra es, et macula non est in te.* Unde pro immaculatum hebraicè est *tamin*, id est, perfectum, ut veritè Aguiæ; et integrum, ut Symmach. Has maculas perscrutari solebant sacerdotes, uti superius dixi ex Philone; gentiles verò cornua victimæ insurabant. Unde Ovid:*

Induque cornibus atro

Victima, vota facit.

Et Virg.

Et statim ante aras imratâ fronte juvenem.

Ubi Servius: *Si minor, inquit, hostia esset immolenda, illius de fronte coronabatur, sui sacra fidebant, immolatio infusa et candida citâ circumdata, ante aras nullo vinculo ligata sistebatur.*

OFFERT AD OSTIUM TABERNACULI TESTIMONIUM. Dixi Exodi 26, tres fuisse partes tabernaculi et templi: primam intinam, scilicet Sanctum sanctorum; secundam eî conjunctam, scilicet Sanctum. Hæc duo propriè erant ipsa fabrica tabernaculi; tertium extimam, videlicet atrium quoddam imdique cingens tabernaculum, erantque hæc quasi tria tabernacula, primum pontificis, secundum sacerdotum, tertium laicorum: in hoc enim atrio quasi in templo suo conveniebant laici, in coram comedeabant victimas pacificas. Porrò atrium erat bipartitum: anterior enim pars erat atrium sacerdotum, in quo erat altare holocaustorum; posterior pars septo ab anteriore divisa, erat atrium laicorum. Laici ergo offerentes victimam in holocaustum, eam adhibebant ad ostium tabernaculi, id est, ad introitum atrii sacerdotum; illi enim illi eam excipiebant deebantque ad altare holocaustorum, ubi eam immolabant: nec enim ad hoc altare, vel atrium sacerdotum ingredi poterant laici.

AD PLACANDUM SIBI DOMINUM. Proprius holocausti finis erat colere et honorare Deum, non autem eum placare; hoc tamen ex illo sequitur, etsi offerens nihil de placatione cogitaret. Heb. est *hirsano*, quod recentiores vertunt, *secundum voluntatem suam*, q. d.: *offeret id quod ei libuerit; sed meliùs hirsano*, veritas, ad favorens ejus coram Domino, q. d.: *offeret ad favo-*

esse dubium; nam de reliqua carne manifestum est eam omnem in holocausto comburi debuisse, patet ex Septuag. Hebr. et Chald.

Mysticè, maximè Deo offerre debemus partes vitales, caput et jecur, id est, intellectum et affectum; jecur enim est sedes amoris. Hinc gentiles, putantes singulas in homine partes et membra singulos Deos obtinere, Jovi caput, Minervæ oculos, Junoni brachia, Neptuno pectus, Marti lumbos et cingulum, Veneri renes et inguina, Mercurio pedes attribuerunt, nisi ex Democrito et Placide docet Gyrard. syntagma. 4.

VERS. 9. — IS HOLOCAUSTUM ET SCIAVEM ODORIS DOMINO. Anthropopoeicè hoc de Deo dicitur. Sensus est, ut Chaldaeus vertit, holocausti oblatio est, quæ suscipitur cum beneficio coram Domino. Unde pro odorem suavem vel suavitatis, hebraicè est, odorem quietis, in quo scilicet suaviter quiescit et delectatur Deus, tanquam in sacrificio sibi accepto Abulens. nisi sanguinis ita carniam indorem et fetorem censet divinitus fuisse sublatam, eisque indium fuisse suavem odorem; alioquin enim in continuis sacrificiis fuisset gravissimus odor, et intolerabilis fetor.

Tropologia omnium jam dictorum affert Radolphus: Altare, inquit, est cor nostrum; ligna sunt sancte cogitationes; offeritur hostia ad ostium tabernaculi, id est, ad et propè ingressum caeli; manūs impositio est devotio offerentis; sanguinis effusio est pravarium cupiditatum expulsio; pelvis detractio est inferioris voluntatis examen; membrorum concisio est operum charitatis discretio distributio; ignis est charitas; caput est operis intentio; intestina, id est, animae interiora, et pedes, id est, actiones externae, lavanda et purganda sunt, ut victimæ simus dignæ Deo. Hæc tropologia servit quoque holocausto avium, avium, aliisque sacrificiis, idèque eam deinceps in aliis non repetam.

VERS. 10. — QUOD SI DE RECORDIS ORATIO EST. Pecora vocat pecudes, sive greges ovium et caprarum, has enim significat Hebræorum ton. Transit enim hic Moses à primâ specie holocausti, puta à bobus, ad secundam, scilicet ad oves et capras.

AGNEM MASCULUM ABSQUE MACULA OFFERET. Pro masculum Biblia Platiniana habent amicum. Verum legendum esse masculum, patet ex Hebr., Chald., Septuag. et Roman. Et licet Josephus dicat agnum et hircum amicum, bossem vero licet mactare etiam grandiorum; tamen Scriptura et lex divina nil tale habet; fortè Judæi interpretati sunt talem oportere esse agnum in holocausto, qualis erat paschalis, qui debebat esse amicus, Exodi 12, 5.

VERS. 11. — IMMOLABITQUE AD LATUS ALTARIS QUOD RESPECTU AD AQUILONEM. Jussit id Deus ad hoc, ut mactatio et immolatio hec fieret coram ostio tabernaculi, sive Sancti, quod erat quasi templum et domus Dei. Nam altare holocaustorum erat ostio hule ad meridiem; ergo ut immolatio fieret coram ostio, debebat eadem fieri ad latus aquilonare altaris. Ita Ischimus. Causam allegoricam dat S. Cyrillus l. 16 de Adoratione, scilicet ut significaretur Christi passionem gen-

tibus profuturam; quia enim Judæa erat ad austrum, hinc gentes Judæis oppositæ per aquilonem significatur.

SANGUINEM VERÒ ILLIUS FUNDENT SUPER ALTARE, SUPER LATERA ALTARIS, seu super parietes altaris circumcirca, ut dixi v. 3; nam si super craticulam reticulatam fusus fuisset sanguis, extinxisset ignem illi subjectum.

VERS. 12. — ET PONENT SUPER LEGNA, vel immediate, vel mediante craticulâ, uti dixi Exodi 27, 4.

Tropolog. Ribera hæc omnia que spectant holocaustum ovium, sigillatim adaptat Martyribus. Vide eum. l. 4 de Templo, c. 5.

31. Il en ôtera aussi toute la graisse, comme on a coutume de l'ôter aux victimes pacifiques; et il la fera brûler sur l'autel devant le Seigneur, comme une offrande d'agréable odeur: il priera pour celui qui a commis la faute; et elle lui sera pardonnée.

32. S'il offre pour le péché une victime de brebis, il prendra une brebis qui soit sans tache, c'est-à-dire, sans défaut.

33. Il lui mettra la main sur la tête; et il l'immolera au lieu où l'on a coutume d'égorger les hosties des holocaustes.

34. Le prêtre ayant pris avec son doigt du sang de la brebis, il en touchera les cornes de l'autel des holocaustes, et répandra le reste au pied de l'autel.

35. Il en ôtera aussi toute la graisse, comme on a coutume de l'ôter au bœuf qui s'offre pour l'hostie pacifique; et il la brûlera sur l'autel, comme un encens offert au Seigneur; il priera pour celui qui offre, et pour son péché; et il lui sera pardonné.

q. d. : Qui fecerit aliquid lego prohibitum, sive qui contra legem aliquid fecerit, et peccaverit, vel commissione vel omissione: nam non tantum præcepta negativa, sed et affirmativa, sicut præcipiunt nam quam mandata, ita contrarium ejusque omissionem omnino prohibent; v. g., cum dicitur: *Honora patrem*, præcipitur honor patris, et simul prohibetur contumelia, et ommissio honoris patri debiti.

VERS. 5. — SI SACERDOS, QUI UNCTUS EST, PECCAVIT. Sacerdos, id est, pontifex: nam Sept. habent *ayyga*, et Chald. *acerdos magnus*, illius enim peccatum ob persæpe dignitatem erit maximum. Unde primo loco hic ponitur, et hostia maxima, puta vitulo, explari jubetur.

QUI UNCTUS EST, postquam consecratus est. Ita Sept. qui vertunt *ayyga*: nam si designatus pontifex peccasset antequam consecraretur, tunc victimam peccati sui principis expliat se. Ita Ribera.

DELINQUENT PATENS POPULUM, hebr., *si peccet ad peccatum populi*, ut scilicet suo peccato scandalizet, et peccare faciat populum. Potest sciendo veri, si peccet occidit peccatum populi, vel sciens populus peccare solat: quo tunc significat lex poenitentiam non esse peccare, sed populi; poenitentiam enim est intercedere pro peccatis populi.

VERS. 4. — ET IMMOLABIT EUM DOMINO. Puto ipse met pontifex qui peccavit, ut præcessit: neque enim alius hic nominatur sacerdos inferior qui id faciat, si enim nominatus est c. 1, 5, in sacrificio facti, de quo tamen alius erat dubium, quia per Aaronem et filios ejus fieri debet. Tersim pontifex qui peccaverat, debet imponere manus suas victimæ, ut sequitur, et eandem immolare: omnia enim hæc eodem spectant, et eundem pontificem qui peccavit respiciunt. Ita ex Philone Ribera contra Abulens.

Moraliter. Origenes: Admonetur, inquit, hic pontifex infirmitatis suæ, et humiliter agnoscat et intelligat peccatum suum; nunquam enim se emendat, qui peccasse se non putat. Simil docteur facillè indulgere peccatis, nam, ut ait Dido.

Non ignara mali miseris succurrere disco.

VERS. 6. — ASPERGET EO (sanguine vituli) si se et pro se immolati) SEPTIES CORAM DOMINO CONTRA VELUM SANCTUARIUM. Puta, contra velum Sancti sanctuarii, ubi presentiam suam exhibet Deus in propitiario. Aspergendo ergo sanguinem coram velo Sancti sanctuarii, dicebatur eum aspergere coram Domino.

Nota, *asperget septies*, ut scilicet perfecta fiat expiatio. Septenario enim significatur perfectio; sic septem peccata capitalia, omnia peccata comprehendunt.

Nota, multa fuisse peculiariter in sacrificio hoc, uti et in sacrificio pro peccato totius populi, sicut patet textu legendi et conferenti, idque ad hoc, ut per ea significaretur gravitas peccati tum sacerdotis sive pontificis, tum totius populi.

VERS. 7. — IN BASIN (juxta basin, patet v. 18) ALTARIS QUOD EST IN INTROITU (juxta introitum) TABERNACULI.

VERS. 8. — ET ADIPEM VITULI OFFERT. *Corrige auferet*, scilicet à vitulo, et offerat et adoleat eum Deo. Ita Hebr., Chald., Græca, Romana.

TAM EUM QUI VITALIS OPERIT, QUAM OMNIA QUE INTRINSECA SUNT, q. d.: Auferet et offeret adipem omnem, tam eum qui operit vitalia, puta cor et precordia, quam eum qui est intra ipsa vitalia et viscera; Ita Hebræa.

VERS. 10. — SICUT OFFERTUR. *Corrige auferetur*, juxta ea que dixi v. 8.

VERS. 11 ET 12. — PELLEM VERO ET OMNES CARNES, CUM CAPITIS ET PEBRIBUS ET INTESTINIS ET TURO, ET RELIQUA CORPORA EFFERT EXTRA CASTRA IN LOCUM MUNDUM, UBI CINERES EFFUNDI SOLENT, INCENDETQUE EA. Nota. Hic erat ritus hostiæ pro pontificis peccato. Primò, pontifex ipse adducebat ad altare suam hostiam, scilicet vitulum, eique suas manus imponebat, quasi imprecans et imponens ei peccatum suum. Secundo, ibidem eam jugulabat et immolabat. Tertio, crateræ ejus sanguinem excipiebat, quem inferebat in tabernaculum, septies eo aspergens velum oppositum Sancto sanctorum, eodemque lingens cornu altaris thymiamatis, reliquum vero sanguinem referebat in atrium, eumque effundebat juxta basin altaris holocaustorum. Quarto, in altari holocaustorum cremabat adipem et renes hujus hostiæ, puta vituli. Quintò, reliquum hostiæ, puta totum vitulum, cum pelle, intestinis et limbo ferebat extra castra, eaque omnia cremabat in loco mundo, ubi cineres victimarum effundi solebant.

Quæres, cur jussit Deus hunc vitulum oblatum pro peccato pontificis, uti et vitulum oblatum pro peccato totius populi, totum cum pelle comburi, non in altari, sed extra castra? — Resp. Litteralis causa hujus ceremoniæ fuit, primò, ut illa excitaret in Judæis ingenium peccati odium et horrorem: tacite enim significabat, quòd, sicut victima pro peccato extra castra cremabatur, ita nihil magis peccatum ipsum, et peccatores extra mundum cremandi essent in inferno.

Secundò: Nemo, inquit Philo l. de Victimis, est pontifex aut toto populo præstantior, qui pro eo peccate deprecatur apud Deum allegari possit, ut hæc ratione ex lege qua hic c. 6, v. 25, prescribitur, eorum victimas pro peccato comedat: restat ergo ut illic extra castra cremetur. Addit Theodoret, qu. 5, totam hostiam cum pelle comburi, ut demonstretur sacerdotem, sive pontificem non aliquatenus, sed totum se omnique sua dedidisse Deo universorum, cumque pro peccatum aliquod sui Deo subtraxerit, hinc pro se totum vitulum Deo consecrare et immolare. Tertio et proprie, hæc ceremonia tacita erat oratio, quâ pontifex rogabat Deum ut peccata ista pontificis, vel totius populi, id est, pæne peccatis eorum debita, ipsum populum non tangerent nec lederent, sed eum victimâ hirci et vituli quasi extra castra populi efferrentur, cremarentur et abolerentur. Ubi nota, peccata pontificis, utpote personæ communis, et principis totius populi, aquiri peccatis totius populi; nam tam victima pro peccato pontificis, quam victima pro peccato populi cremanda erat extra castra, ut significaretur peccatum pontificis, quasi principis, tota populi castra contaminare; alia enim peccata peccatorum hominum expiabantur victimâ immolâtâ in ipsis castris, et in ipso atrio tabernaculi, neque consuebant tota castra contaminare, maculare aut polluere.

Causam allegoricam hujus ceremoniæ dat Apostolus Hebr. 15, 12, scilicet hæc ceremoniâ significatum fuisse, quòd Christus extra castra, id est, extra portam urbis Jerusalem (castra enim habebat suas portas, erantque quasi urbs cum suo tabernaculo et templo antilapsus et mobilis per desertum) torquendus erat in cruce, et absolito castrorum Judaicorum tabernaculo et templo, Ecclesiam gentium per totum orbem diffundendam morte sua erat instituturus: hoc est enim quod ait S. Leo ser. 9 de passione: Nec intra septa civitatis ob meritum sui sceleris dirivendus, sed foris et extra castra crucifixus est Christus, ut veterum victimarum cessante mysterio, nova hostia et novo imponeretur altari, et crux Christi non templi esset ara, sed mundi. Unde et S. Joan. c. 11, 53, ait Christum morti destinatum esse pro gente Judaica, et non tantum pro gente, sed ut filius Dei qui erant toto orbe inter gentes dispersi, congregaret in unum. Denique sanguis victimarum expians Sanctum et Sanctum sanguinem, ut patet c. 16, 15, significabat Christum sanguine suo expiaturum Ecclesiam, et eadum ipsum; non quasi eadum in se immundum sit, sed quòd legaliter et symbolice consecraretur immundum, et quasi aspergine quâdam peccati (peccatum enim moralis quâdam estimatione censetur, et in Scripturâ dicitur contaminare ipsam terram, eorum, totumque mundum) maculatum, ideoque clausum perinde ac templum pollutum, clauditur; Christus ergo suo sanguine peccata nostra expians, eam eodem ipsum peccatis nostris quasi contaminatam, quodammodo explâsse et reconcillâsse censetur, dum illud nobis aperuit et reservavit. Ita Radulph. hic in cap. 16.

Tropologicam causam hujus ceremoniæ dat Apostolus Hebr. 15, v. 13, scilicet hæc ceremoniam significasse, nos omnes qui ad Christum et altare eucharisticum accedere cupimus, extra debere extra castra pompæ, voluptatum, luxûs et legum tabernaculi, id est, mundi hujus caduci et mobilis, ut portemus improprium crucis Christi, imitando scilicet et voluntarie amplectendo Christi ignominiam, paupertatem, abstinentiam, humilitatem, contemptum, persecutiones, tormenta et martyrium; hæc enim verbis Apostolus excitat Hebræos, ut Judæorum persecutiones, contumelias, et dira quæque pro Christi fide fortiter sustineant, et in his glorientur, tanquam qui cum Christo extra castra Judæis, et mundanae felicitatis egredientur portantes improprium crucis ipsius. Sic Apostolus ibidem gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habitus sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Exeamus ergo et nos emulati approbris, conspui, milleque probris oppleti, portantes crucem nostram cum Christo: exeamus, inquam, læti, fidentes et animosi, tanto doce Christo nobis præeunte, dicamusque cum Paulo: *Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.* Ita Procop. et Cyril. lib. 15 de Adoratione, atque Theodor., S. Thom., Ansel. et Theophyl. in c. 13 ad Hebræos.

Anagogicam causam dat ibidem Paulus v. 14, scilicet hæc ceremoniâ adumbratum fuisse, quòd in hæc vita et mundo non habeamus manentem civitatem, sed quòd in eo degamus quasi in castris et tabernaculis, ut scimus nos hic esse peregrinos et milites, qui futuram civitatem in caelis inquirere, et pro eâ genere contra carnem, mundum et demonem dimicare, ad eamque omnibus viribus tendere et conitari debeamus. Addit Bedæ: Christus, ait, in exilio oblatus est pro numero angelorum et beatorum, quos visione suæ humanitatis et divinitatis beat; in terris verò oblatus est pro peccato, id est, passus est extra castra angelorum et beatorum, de quibus dixit Jacob: *Castra Dei sunt hæc*, Gen. 32, 2.

VERS. 12. — EFFERTUR EXTRA CASTRA IN LOCUM MUNDUM. Licet enim hoc sacrificium esset pro peccato pontificis, ideoque victima cremaretur extra castra, tamen quia sacrificium hoc expiatorium, sanctum et mundum erat, hinc locus mundus debebatur ei, victimæque cineres, quasi reliquæ sacrificii, mundo loco erant reponendi, ne à populo calcarentur, vel irreverenter tractarentur.

Ubi CINERES EFFUNDI SOLENT. Nota. Cineres victimarum primò in atrio, juxta altare holocaustorum effundebantur, indeque ad locum mundum, de quo hic agitur, extra castra efferbantur, in quo vitulus hic pro pontificis peccato jugulatus jubetur cremari.

Tropolog. significatur hic non licere peccata sacerdotum in publicum jetare, neque in locum immundum, id est, in detractorem contenticula et in profanas ac maledicas linguas, sed curandum esse ut taceantur, et omnes eorum reliquæ charitatis igne consumantur, ac perpetuo silentio contegantur; quodque nihil remaneat quod trahi possit in exemplum. Ita Ribera lib. 4 de Templo, c. 7, qui cætera

omnia tropologicè applicat, et sigillatim adaptat.

VERS. 15. — QUOD SI OMNIS TERRA ISRAEL IGNORAVERT, q. d.: Si totus populus Judæorum, vel cetera maxima ejus pars peccaverit per ignorantiam. Est hæc secunda hostia pro peccato, scilicet totius populi.

Nota. Eadem præscripta est hostia in peccato populi, que præscripta est in peccato pontificis; puta vitulus. Idemque erat ritus immolandi utriusque, quem descripsi vers. 11, quòd in peccato populi, tunc pontifex, sed seniores populi pro toto populo manus hostiæ imponebant.

VERS. 15 ET 16. — IMMOLATQUE VITULO IN CONSPPECTU DOMINI, INFERT Sacerdos qui UNCTUS EST, PUTI pontifex; nam peccatum totius populi erat valde grave: hinc illud solus expiabat pontifex, maximè quia hoc sacrificium pro peccato populi typus erat expiationis culpe totius generis humani, quam solus potuit facere Christus pontifex noster.

VERS. 18. — ALTARIS QUOD EST CORAM DOMINO, PUTA altaris thymiamatis, quod in Sancto obversum erat propitiarium, in quo residet Deus.

QUOD EST IN OSTIO (in, id est, juxta ostium) TABERNACULI.

VERS. 20. — ROGANTE PRO HIS SACERDOTE (pontifice), PROPITIUS ERIT, IS DOMINUS, q. d.: Dominus placatus hoc sacrificio, non infertur populo penam in hæc vitâ, quam aliqui inflixisset; nam quoad culpam et penam alterius vite, hæc non tollebat sacrificio aut prece sacerdotis, sed contritione eorum qui peccaverant: cujus contritionis signum et protestatio erat hoc sacrificium, quòd pro peccato suo offerebant.

VERS. 21. — IPSUM ALTARE VITULUM EFFERTUR EXTRA CASTRA, ATQUE CONCRET: quia est pro peccato multitudine, q. d.: Si hæc victima fuisset oblata pro peccato principis, aut private persone, non cremaretur extra castra, sed de more in altari holocaustorum. Rursus, non inferebatur ejus sanguis in tabernaculum, ut eo aspergeretur altare thymiamatis: hæc enim duo tantum fiebant in peccato pontificis et totius populi. Et hoc est quod ait Apostolus Hebr. 15, 11: *Quorum animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra.* Vide dicta v. 11.

VERS. 22. — SI PECCAVIT PRINCEPS. Est hæc tertia hostia pro peccato, scilicet principis. *Princeps* hic vocatur is qui erat dux, caput et primus in familia, aut tribu, aut exercitu; hunc enim significat *hebr. nisi*, id est, elevatus, qui dignitate inter suos eminet, et poterit Num. 1, v. 4, et c. 7, v. 2.

Principis peccati et hostiæ legem specialem Deus hic sanxit, ut sciatur principes se homines esse, errare et peccare posse, dicatque: Homo sum, humani à me nihil alienum puto; ac proinde si quid malo promiserint, fidem rescindunt: si quid mali inpertrint, retractent, nec mordicis in eo quod semel stauerunt, persistent, sive fas sit, sive nefas. Ita Ageilaus rex Lacædæmon. urgens verbum regis, dicebatque: *Assensus es: Jurando, inquit, assensus sum, si res justa est: sin minus, dixi: Sanè, verum: assen-*

ene non sum; inferonlique: At verò rex par est im-
plere quod capta numerini, respondit: Non magis,
quàm equum est ut qui regem accedant, petant, liceant
que justa, considerato quòd occiso et decoram regis fe-
cit. Ita Cato Major nichil à Mulo nullum ob beneficium
collatum gratiam adipisci, quàm ob delictum non dare
penam: omnibusque peccatoribus, me uno excepto,
ignosco. Ita Agesipolis Cleombroti filios objecit,
quòd cum rex esset datus fuisset obsess: Quin, inquit,
justum rectissime est nosmetipsos nostra peccata lacer-
are. Ita Plutarch. in Apophleg.

VERS. 25. — OPERARI BUSTAM DOMINO IMPER DE
CAPRIS, hebr. *hircum caprarum*, id est, hircum filium
alienigenæ capræ. Ubi duplex est hebraïsmus: prior,
quòd numerus pluralis ponatur pro singulari, puta
caprarum pro capræ; posterior, quòd loco præteriti
hebræi significat hircum hircellam, et adhuc matrem
significat: quòd enim animal civitatem additæ
genitivus femininus pluralis, tunc significat animal
illud tenerum esse, ita ut necesse à matre sit avulsam.
Unde Alexander Moscho, quia juvenis erat, vocatur
hircus caprarum, Daniël. 8. v. 21. Similia sunt Gen.
37. 17. 4 Esdr. 6. 17; psal. 115. 4; Ezech. 48. 25,
in hebræo.

Sept. pro hircis et capræ, vertunt *chamaris* et *eli-
mura*, id est, fetus caprarum chamæris, hoc est, hirci;
his enim in auro perita capræ, semel in
estate, semel in hyeme. Per hircum ergo et capram
hebraïcum videtur significari penitentia: ita Isaias
et Isidorus.

Rursum princeps, id est, vir senectis et hereticus,
pro peccato offert hircum, id est, fortem et durum
subit penitentiam: anima verò de populo terræ, id
est, homo infirmus, qui est ex ergo vel face homi-
num, pro peccato offert capram, id est levem, remi-
sam et quasi feminam, quàm sustinere potest, obit
penitentiam; ita Isidorus.

VERS. 24. — CONGERE DIMULATARI (non princeps,
sed sacerdos ad quem spectat humilare) quia pro
peccato est, TIMERE SACERDOS DISTINXIT IN SINGULIS
HOSTIÆ PRO PECCATO, PANGENS UNDE ALIATIS, q. d.:
Si non esset hostia pro peccato, non tangeret sacerdos
sanguine cornu altaris; sicut enim tantum tantum fe-
bat in sacrificiis pro peccato; altare enim Deum re-
presentabat, itaque tingebat illud sanguine sacerdos,
quasi significans se sanguinem peccatoris Deo de-
ditum, in hæc victimam illi dare, itaque placari
Deum.

Nota, hoc vers. et v. 5, 25, 26, *hostia pro peccato*,
vocatur hebr. *chaffat*, grec. *εὐχρηστος*, id est, peccatum,
metonymicè: peccatum enim hominis, impositione
manus in hostiam, moralis æstimatione quasi transfe-
rebat. Sic Paulus 2 Cor. 5. v. ult.: *Ecce, inquit,*
qui non nocent peccatum (Christum) pro nobis peccatum
(id est, hostiam pro peccato) fecit; ut nos efficeret
justitia (justi) Dei in ipso (per ipsum).

VERS. 27. — QUID SI PECCAVIT ANIMA PER ISO-
RASTIAN DE POPULO TERRÆ. Anima de populo terræ
est homo plebeus, vulgaris et gregarius. Est hoc

quarta hostia pro peccato scilicet plebeis: hujus hostia
erat capra.

Tropolog. Beda: Anima, ait, que peccat est de
populo terræ, quia terrenis bonis inhiat; nam ea que
non peccat est ex iis de quibus dicitur: *Nostra con-
versatio in caelis est.*

VERS. 32. — SI AUTEM DE PECORIBUS, DE PECUDIBUS
(vide dicta c. 1, 10), puta de ovibus; nam de capris
jam præcessit. Unde hebraï clarè habent: *Si enim*
adduxerit oblationem pro peccato, integram adducet
eam.

Notat Philo, principem pro peccato offerre hircum:
plebeium capram, que minoris pretii est victima,
quia magis magistratui, femina plebeo competit; minoris
enim virilitatis et sapientia; habet plebeus, quàm
princeps. Rursus capra et ovis tacite admonent
offerentes ut in posterum innocenter student, da-
rentique operam ut quibus injuria aliqua, aut exem-
plis nominant, omni ratione processerit; sic enim
ovis et capra suo lacte, lana, carne, corio omnibus
prestant.

VERS. 35. — DIMULATAM EAM (pòr sacerdotem) IN
LOCO, etc., NOLOCATUM, scilicet juxta altare, ubi
immolari solent hebræica. Ita Sept.

VERS. 35. — CURRERE SUPER ALTARE IN INGRESSUM
DOMINI, id est, ut hebræa habent, *adollet sacerdos ea ad*
incensum; vel *in incensum, Daniël*; ut scilicet sint in-
censum Domini. Hæc sicut in victimis pacificis, sic et
in hostiis pro peccato, solus adeps cum renibus et
sanguis Deo cedebat. Quid faciesandum sit de carnibus
hujus hostiæ pro peccato plebei, aut et hostiæ pro
peccato principis, dicit Moses c. 6, v. 26.

Nota. In sacrificio pro peccato, uti et in quolibet
alio, victimæ imponitur sal, uti præscriptum est
cap. 2, v. 15. non verò alia libamina vini, olei et far-
ris: hæc enim tantum addebantur holocausto, et
victimæ pacificæ: ejus differentia causam assignat
Num. 15. 5. Hinc sequitur, nec thus impositum fuisse
victimæ pro peccato. Thus enim non victimæ, sed
ejus libamini, puta farri, imponebatur, ut patet Le-
vit. 2, v. 4. Sacrificium autem pro peccato non habet
libamini farri, uti jam dixi: ergo nec thus, sed si
debetur victimæ, offerenda esset similia, sive far
pro peccato, illi non imponitur thus, uti disertè præci-
pit Deus c. 5, v. 11.

Denique audi hæc decem miracula in sacrificiis, que
recensent Iudei. Primum, inquit, erat quòd cum
status factis innumera vis hominum ad templum con-
fluere, nulli unquam defuerit hospitium. Secundum,
cum in templo starent, se invicem comprimebant:
cum verò in terram procumbent confessionem pec-
catorum facturi, omnis satis spatii habebant, quòd non
alius alium suis delicta contententem audiret, quator
cubitorum esse oportebat. Tertium, ignis sacrificii cum
esset sub dio, nunquam à pluvia fuit extinctus.
Quartum, fumum victimarum nulli venti dimoveræ
poterat, quin semper recta in celum ascenderet.
Quintum, nunquam natus casus aliquis crederet summo
sacerdoti in die expiationis. Sextum, nullum unquam

vitium inventum fuit in panibus propositionis, vel
primitiarum. Septimum, nulla unquam mulier gravida
abortiit, ob odorem carum sanctificatarum. Octavum,
nunquam fatuit caro sanctificata. Nonum, nulla inuusa
visa fuit in eo loco, ubi mactabantur victimæ. Deci-
mum, nullus unquam lesus fuit à serpente, vel à scorpione.
Verum hæc crassa miracula illis fabulosis
reliquoimus.

Mysticè, sacrificium pro peccato est penitentia et
contritio. Ps. 50: *Sacrificium Deo spiritus contribu-
latus; cor contritum et humiliatum Deus non despicies.*
Baruch. 2, 18: *Anima que tristi est super magni-
tudine mali, et incedit curva et infirma, et oculi deficientes*
(lacrymalis, jejuniis et vigiliis) et anima curiosa dabit
tibi gloriam et justitiam Domino. Dan. 5: *In animo*
contrito et spiritu humilitatis suscipiamur, sicut in holo-
causto arietum, etc., sic fuit sacrificium nostrum. Ad pen-
itentiam, ait S. Aug. lib. de Penit., *agendum non suffi-
ciunt mores immutare in melius, nisi etiam de his que facta*
sunt, satisfaciatur per penitentiam dolorem, per humilitatis
genium, per contritum cordis sacrificium, cooperantibus
elemosynis. Notent hoc Lutherus et novantes; qui
penitentiam aliam non agnoscent quàm respicientiam
et novam vitam. Adject. S. Aug.: *O humilis lacryma,*
tuum est regnum, tua est potentia, aspectum
judicis non terretis; inimicis accusantibus silentium im-
ponis. Sola intras ad regem, sed sola non recedis; vincis
invincibilem, et ligas omnipotentem. S. Greg. 1. 21 Mor.
Quæ uberior, aut culpa fletur, et altior cognitio veritatis
attingitur: quis ad videndum internum lumen, polluta
dulium conscientia, lacrymis baptizata renovatur. Et
mos: *Vis punitionis poros cordis aperit, et pennis*
virtutum fundit: et quæ se studio meo de pigra ve-
rustate redarguit, alacri novitate juvenescit. Idem. 1. 3
Dialogorum docet punitionem hæc primùm ex
timore gehennæ, deinde ex amore Dei et regni ejus
promerare: *Qui prius, inquit, fletur, ne duceretur ad*
supplicium, postea amarissime flere incipit, quia differ-
ret à regno. S. Bern. in Cant. serm. 10: Unguentum,
inquit, est contritio, est unguentum devotionis, est

unguentum pietatis; primum pangitrem, dolorem faci-
ens; secundum temperatum, dolorem leniens; tertium
concomitem, morbum expellens. S. Chrys. 1. de Com-
punctionis cordis: *Sola, inquit, compunctio est, quæ*
facit animam horrore purpureum, desiderare cælitum,
amare lacrymas, fugere risum. Sicut impossibile est, ut
ignis infusumetur in aquâ, ita impossibile est compunc-
tionem rigere in delictis. Illa enim mater est flatus, lac-
rima: illa cor constringit, ita dissolvit. Scimus quàm
Christo gratum fuerit sacrificium compunctionis Mag-
dalena, S. Petri, S. Pauli, S. Matthæi, S. Mariæ
Ægyptiacæ, S. Pelagiæ penitentis, et S. Thaidis, que
penitens triduo cella se inclusit, dixitque: *Testor*
Deum, quia ex quo hic ingressa sum omnia peccata
mea, velut sarcinam statim ante oculos meos, et fletum
semper illa conspiciens. Unde Paulus discipulus S. An-
tonii vult lectum pretiosum in celo illi præparatum;
quem tres virginæ claræ facie fulgentes custodiebant.
Hoc meruit ejus humilis penitentia, quæ ex institutio-
ne B. Paphnutii, non aulebant Deum nominare, nec
manus in celum expandere, sed una ejus vox hæc
erat: *Qui plasmasti me, miserere mihi.* Meritò dixit
Abbas thebanus: *Ut umbra corpus, sic compunctio*
te ubique comitetur. Et alius: *Filius Israel post quadra-*
ginta annos intraverunt in terram promissionis. Lacryma
tunc terra promissionis, ad quam si perveneris, jam non
timebis bellum.

Nota est contritio Arsenii assiduo lacrymantis, et
Fabiolæ publicæ penitentis, apud S. Hier. et alterius
apud Rufin. lib. 2, c. 1, qui sepulcro se inclusit, et
tantquam vivens sepulchro, de inferno mugitum cordis
continuoque assidue edebat: unde audivit demones
clamantes: *Vivatis, vivatis.* Verè ergo, ait Damascen.
in Vita Bartham, *contritio et fons lacrymarum est bap-*
tismus. Narrat Palladius in Lausiaca c. 46 de quodam
monacho lapsu, qui in se reversus splemna se inclu-
sit, sibique sacrum et cinerem substravit, nec prius à
terrâ surrexit, nec cessavit flere, quàm angelum audivit
dicentem: *Accepti Deus penitentiam tuam, et tui*
miseratus est: sive ne deinceps decipiaris.

CAPUT V.

CHAPITRE V.

1. Si peccaverit anima, et audierit vocem jurantis,
testificaverit quòd aut ipse vidit aut conscius est, nisi
indicaverit, portabit iniquitatem suam.

2. Anima que tetigerit aliquid immundum, sive quod
occisum à bestia est, aut per se mortuum, aut quod
libet aliud reptile: et oblita fuerit immunditia sua, rea
est, et deliquit;

5. Et si tetigerit quiddam de immunditia hominis,
juxta omnem impuritatem quæ pollui solet, oblitaque
cogoverit postea subjacebit delicto.

4. Anima, que juraverit, et protulerit labiis suis, ut
vel malò quid faceret, vel bonè, et idipsam juramento

1. Si un homme pêche, eues qu'ayant entendu quel-
qu'un qui faisoit un pacte avec un autre, et le confirmoit
par serment, et pouvant être témoin de la chose, ou
pour l'avoir vue, ou pour en être très-assuré, il n'aura
pas voulu en rendre témoignage devant le juge qui l'in-
terroge sur ce fait, il portera la peine de son iniquité, et
sera puni très-sévèrement du refus qu'il a fait de décou-
vrir la vérité.

2. Si un homme touche à une chose impure, comme
serait un animal tué par une bête, ou qui soit mort de
soi-même, ou un reptile, encore qu'il ait oublié cette
impureté, il ne laisse pas d'être coupable, et il a
commis une faute dont il doit se purifier dès qu'il vient
à s'en souvenir.

2. Et s'il a touché quelque chose d'un homme qui
soit impur, selon toutes les impuretés dont l'homme peut
être souillé, et que, n'y ayant pas pris garde d'abord, il
le reconnaisse ensuite, il sera coupable de péché, et il
doit avant tout de s'en purifier.

4. Si un homme a juré par et juronné de ses lèvres,
et s'il a tenu sa parole, et qu'il se soit tenu à sa parole,
et qu'il se soit tenu à sa parole, et qu'il se soit tenu
quelque chose de bien ou de mal, l'oublié ensuite,
et après cela se ressouvent de la faute qu'il a

et sermone firmaverit obliqua postea intellexerit delictum suum.

5. Agat penitentiam pro peccato.
6. Et offerat de gregibus agnam sive capram, orabitque pro eo sacerdos et pro peccato eius;

7. Sin autem non poterit offerre pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarum Domino, unum pro peccato, et alterum in holocaustum.

8. Habitque eos sacerdoti qui primum offerens pro peccato, retorquebit caput ejus ad penulas, ita ut collo heryat, et non penitus abrumpar.

9. Et asperget de sanguine ejus parietem altaris, quidquid autem reliquum fuerit, faciet distillare ad fundamentum ejus, quia pro peccato est.

10. Altarium vero nihil erit in holocaustum, ut fieri solet: rogabitque pro eo sacerdos et pro peccato eius, et dimittetur ei.

11. Quod si non quiverit manus ejus duos offerre turtures, aut duos pullos columbarum, offeret pro peccato suo similita partem epli decimam non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est.

12. Tradetque eam sacerdoti, qui plenum ex ea pugillum hauriens, cremabit super altare, in monumentum ejus qui obtulerit.

13. Rogans pro illo et expians, reliquam vero partem ipsæ habebit in munere.

14. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

15. Anima, si prævaricans carcerem pro errore, in his que Dominus sinit sanctificata peccaverit, offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus, qui emi potest duobus siclis, juxta pondus sanctuarii;

16. Ipsaque quod intulit damni restituat, et quintam partem ponet supra, tradens sacerdoti, qui rogabit pro eo, offerens arietem, et dimittetur ei.

17. Anima si peccaverit per ignorantiam, feceritque unum ex his que Domini lege prohibentur, et peccati rem intellexerit iniquitatem suam.

18. Offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, juxta mensuram aestimationemque peccati: qui orabit pro eo, quia nesciens fecerit, et dimittetur ei.

19. Quia per errorem deliquit in Domino.

VERS. 1. — SI PECCAVIT ANIMA, eo modo quo sequitur. Casus et leges hujus capituli et sequentis ad omnes, etiam pontifices, pertinere videntur; nulla enim hic fit personarum distinctio, uti facta est cap. 4. Et audivit vocem jurantis. *Jurantis*, hoc est, ut Chald., Vatabl. et alii vertunt, *adjurantis*, puta judicis. Unde et nonnulla Biblia manuscriptorum legunt, *adjurantis*; quin et Radolph. utramque lecturam, scilicet *jurantis* et *adjurantis*, adfert et exponit. Vitalpando quoque in c. 17 Ezech. p. 5, *jurantis*, ait, id est, judicis prævio juramento interrogantis, q. d.: Si quis testis

commisit, sicut in ne *faisant pas le bien qu'il avoit promis, soit en jurant de faire le mal qu'il ne devoit pas faire.*

5. Qu'il fasse pénitence pour son péché;

6. Et qu'après l'avoir confessé au prêtre, il prenne dans les troupeaux une jeune brebis ou une chèvre, qu'il offrira, et le prêtre priera pour lui et pour la rémission de son péché;

7. Que s'il n'a pas le moyen d'offrir, ou une brebis ou une chèvre, qu'il offre au Seigneur deux tourterelles ou deux petits de colombes, l'un pour le péché, et l'autre en holocauste;

8. Il les donnera au prêtre, qui, offrant la première pour le péché, lui fera retourner la tête du côté des ailes, et la coupera; au sorte néanmoins qu'elle demeure toujours attachée au cou, et qu'elle n'en soit pas tout-à-fait arrachée.

9. Il fera ensuite l'aspersion du sang de l'hostie sur les côtés de l'autel, et il en fera distiller tout le reste au pied, parce que c'est pour le péché.

10. Il brûlera l'autre, et en fera un holocauste, selon la coutume; et le prêtre priera pour cet homme et pour son péché, et si lui sera pardonné.

11. Quo s'il n'a pas le moyen d'offrir deux tourterelles ou deux petits de colombes, il offrira pour son péché la dixième partie d'un épli de fleur de farine; il ne l'arrosera point d'huile, et ne mettra point d'encens dessus, parce que c'est une oblation pour le péché, ou la douceur et les délices ne doivent point se rencontrer.

12. Il la présentera au prêtre, lequel en prendra une poignée, la brûlera sur l'autel en mémoire de celui qui l'aura offerte.

13. Priant pour lui et expiant sa faute, et il aura le reste, comme un don qui lui appartient.

14. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit:

15. Si un homme pèche par ignorance contre les cérémonies qu'on doit observer dans les choses qui sont sanctifiées et consacrées au Seigneur, soit en ne payant pas les dîmes et les prémices, soit en employant à son propre usage les victimes ou les oblations destinées aux prêtres, il offrira pour sa faute un bœuf sans tache, c'est-à-dire sans défaut, pris dans les troupeaux, qui peut valoir deux sicles, selon le poids du sanctuaire.

16. Il restituera le tort qu'il a fait, en y ajoutant par dessus une cinquième partie, qu'il donnera au prêtre, lequel, offrant un bœuf, priera pour lui, et son péché lui sera pardonné.

17. Si un homme pèche par ignorance, en faisant quelque une des choses qui sont défendues par la loi du Seigneur, et qu'étant coupable de cette faute, il reconnaisse ensuite son iniquité.

18. Il prendra des mâles du troupeau un bœuf sans tache, qu'il offrira au prêtre. Le bœuf sera plus ou moins cher, selon la mesure et l'estimation du péché; le prêtre priera pour lui parce qu'il a fait cette faute sans la connaître, et elle lui sera pardonnée.

19. Parce qu'il a péché par ignorance contre le Seigneur.

COMMENTARIUM.

à judice adjuratus, ut verò dicat id quod vidit, aut scid de re in judicio controversa; si is. cam. non indicet, sed palliat vel neget, dicatque se nihil de illa re scire, hic portabit iniquitatem suam. Secundo, *es jurantis simpliciter et proprie accipi potest.* Hebraice enim est *ala*, id est, *juramenti*, præsertim execratorii, q. d.: Si quis audivit vocem jurantis, id est, juramento aliquid confirmantis, puta promittentis rem aliquam, aut contractum aliquem inemptis, aut quid aliud asserentis et stabilientis juramento (Hebraei enim juramento suos contractus et promissa firmabant), hujusque rei testi-

citatus sit in judicio, ut dicat id quod de re vidit aut cognovit; si is juridicè requisitus ad testandum veritatem, eam non indicet, hic portabit iniquitatem suam. Ita S. Aug. q. 4; Procop., Isychius, Origen., Radolphus et Abulens. Aliter exponunt Rabbini aliqui, quasi hic loquatur Scripturæ de eo qui audit aliquem dejectionem, execrationem, maledictionem et abutentem nomine Dei, et non indicat illud magistratui, ut is puniatur; illum enim remm fieri, et debere pro hoc suo silentio, quasi delicto, offerre oblationem hic præscriptam.

Nota hic execrationem et perjurium conscientiam faciunt, nisi jurent manu imposita super librum legis; quòd si alio ritu jurent, audacter juratum falsum. Quare imprudentem cum magnâ Christianorum injuriâ faciunt magistratus, qui Judæos in rebus forensibus ad jurandum contra Christianos admittunt. Quam perfidiam eum Noribergenses, aliæque Resp. olim intellexissent, Judæos ad nullum admitterent juramentum, nisi adnotâ manu ad librum legis sue Synagoge jurerent. Adde quòd ipsi in die expiationis à Rabbini suis ab omnibus votis et juramentis, si que malignis fecerunt, absolventur. Denique Judæus licitum sibi putat, christianis homini, quæcumque ratione possit, damnum inferre. Unde et quædam eorum magnus Rabbi sic scribit: *Optimus qui inter gentes est dignus est, ut caput illi conteratur tanquam serpenti.*

PORTABIT INIQUITATEM SUAM. *Iniquitas* hic ponitur metonymicè pro peccati iniquitatis; quasi dicat: Talis punietur à Deo, etiamsi scelus perpetuò lateat homines: talis sustinebit penam iniquitatis sue, quam tamen amoliri poterit penitentia, et sacrificio quòd præscribitur v. 6. Illa enim sanctio quæ habetur v. 6, ad omnes casus præcedentes referenda est. Deo enim per hoc sacrificium satisfiebat; proximo tamen, si is læsus esset, nihilominus damnum omne arciendum erat.

VERS. 2. — ANIMA QUÆ TETIGERIT ALIQUID IMMUNDUM, etc., AUT QUOD LIBRET ALIUD SEPTILE (omnia enim reptilia ex lege Levit. 11, v. 42, erant immunda) ET ORBITA FERRET IMMUNDUM SEU (ac consequenter neglexerit eam tollere per sacrificium à lege statutum) HÆC EST. Hebr. *immunda vel polluta est*, quia videlicet rem immundam tetigit, idcirco rea est, quia contra legem Levit. 11, v. 45, que vetat tangi immundum, fecit.

ET DELIQUIT, quia immunditiam hanc per sacrificium, sive iustificationem lege præscriptam, non expiavit. Ita Abulens. Theodotion et Aquila vertunt: *Anima quæ se inquinavit verbo impuro*, id est, re impura vel immunda, rea est. Verbum enim *saspè* pro re sumitur metonymicè.

Tropol. Procop. Qui alium quam Dei sectatur sermonem (hic enim solus parus est, ceteri sunt impuri), reus est et deliquit.

VERS. 3. — ET SI TETIGERIT QUODCUMQUE DE IMMUNDITIA HOMINIS, JUXTA OMNEM IMPURITATEM QUÆ POLLUI SOLET (id est, de omnibus illis in quibus homines ex lege Mosis pollui solent, sicut v. 5 legaliter polluebatur is

qui tangebat mortuorum) SUBJACENT DELICTO. Hebr. *deliquit*, idcirco peccat, uti et culpa, rea est et subiecta, ac consequenter tenebitur ad sacrificium v. 6 præscriptum, ut se expiet.

VERS. 4. — ANIMA QUÆ JUREVERIT, etc., UT VEL MALÈ QUOD FACERET. *Malè facere* Hebr. est affligere. Unde ipsi per *malè facere* hic intelligunt se jurare. Ita S. Greg., Cajetan., Vatabl. et alii; jejunium enim est carnis afflictio. Verum quia *malè facere* hic opponitur *benefacere*, hinc melius hæc non ad ipsum jurantem, sed ad tertium referas, q. d.: Homo qui juravit aliquem affligere, intellige justè, ut cum parentes jurant se castigaturos filios; loquitur enim Deus hic de malo peccatè, non culpa; nam malum culpa non est materia juramenti, quòd tamen hic requiritur, ut patet ex Hebræo, qui sic habet, *ad omne quod loquitur homo in juramento, vel effusit; buta enim effusit, vel temerè et inconsideratè proloqui significat.*

ORBITAQUE (ita ut non impleverit juramentum) RESTA INTELLIGERIT DELICTUM SUUM, juramenti sui obliiti et neglecti. Hebr. est, cum cognoverit quòd deliquerit in aliquo horum. Unde patet sacrificium quòd sequitur, ad omnes præcedentes casus referendum esse, idque docet S. August. q. 1.

VERS. 5. — AGAT PENITENTIAM PRO PECCATO. Ut scilicet illud agnoscat, de eo doleat et contrahat; alioquin enim sacrificium quòd offert parum ei proderit, sed ut ei prosit, ex contritione procedat necesse est. Unde idem intellige in omnibus aliis sacrificiis; etiamsi non exprimitur. Hebræus et Chald. habent, *confiteatur peccatum in quo peccavit.* Unde Hebræi tradunt speciem hinc requisitam fuisse peccati confessionem; istam videlicet, ut offerens manus suas habens inter victimæ coram diceret. *Obsecro, Domine, peccavi, iniquè egi, prævaricans sum, sic et sic feci, ecce pavit me, et quid me operum meorum, nunquam revertar ad rem istam.* Traduntque nihil professæ sacrificia, nec expiassè peccata, nisi *tecula vitidui*, id est, penitentia et confessio hæc accessissent, juxta id quòd præcipitur Num. 5, v. 7: *Confitebitur peccatum suum quod fecerunt.* Hebræi etiam unum hæc speciem peccatorum confessionem faciunt in die expiationis; et loco satisfactionis sibi pægas infligunt uti ex ipsismet audivi. Vile ergo quam porticularis fuerit Judæorum confessio, quam hæretici apud Christianos generaliter esse voluit.

VERS. 6. — OFFERAT DE GREGIBUS AGNAM SIVE CAPRAM, etc.; SIN ALIUM NON POTUERIT OFFERRE PECUS (peccatum, hebr. est, si manus ejus non poterit tangere immunditiam ovis, id est, si tui pauper sit ut non suppetat ovis), OFFERAT DUOS TURTURAS, VEL DUOS PULLOS COLUMBARUM DOMINO, UNUM PRO PECCATO, ET ALTERUM IN HOLOCAUSTUM.

Nota. Prins debet offerri turtur unus pro peccato, deinde alter in holocaustum, quia non est speciosa laus Dei in ore peccatoris. Carnes turturis immolati pro peccato cedebant totæ sacerdoti, nihil Deo, uti fiebat in aliis sacrificiis pro peccato, ut patet Levitic. 6, v. 26. Ita Abulens.

Teopolog. S. Gregor., Ischybius et Radulphus per ovem, turturem, columbam, variis penitentia mandos accipiunt. Si pecus, aium, offerre, id est penitere in carnis afflictione nequea, da turturem, id est, contritionem et gemitum, quod non possis digni satisfactionem percipere: da duas gallas columbarum, id est, consero mentem tuam contemplationi, et caritati conversationi, ne pleuitudine te Deo tradas: et utique corpus ut collo hercat; quia qui vitam in difficultate agit, si uisus vicinam et quiete fessam vanitatem studiorum suorum intelligit, si iam scit plangere quod vitam perdidit, caput à corpore acceruat, mentis sollicitudo iactantiam à procandis carnis voluptatibus auerit: ecce tamen et per ipsum peccatis abrenunciandi est: quia curi quod carnis desideria negatur, insatiationis necessitas debetur, inquit Radulph.

Paulo aliter hoc accipimus. S. Gregor. 1. 20. Moral. 2. Iumentum, aut, proferant, ut nos vota sicuti in animalibus alligare; et cum bona opera prouidimus, non debet fecere spontaneus; cum vero oblationem cruciatumque carnis nostrae resertur, meli ad prorsus non habet facere iuramus; sed quia nullus quantilibet deus est, qui inter tanta sua vota non peccet, ut peccato cognat, id est, aditum vite innocentiam, offerat, ut capere que in iuribus peccatur, ut aut, ad prorsus contemplationis se accipiat. Si hoc non possit, dei duas turturea, vel duas gallas columbarum, id est, duplitem penitentiam quantum, quia scilicet et recte non facit, et prorsus operatus est.

VERS. 11. — Quid si non conuertit manus eius operibus virtutum, etc. OPERIS PRO PECCATO SUO SIMILE PARTEM EPULI REGIAM. Decima epi est porcum, que erat mensura quotidiani victus et minima, ut dixi Exodi 16, r. ult. Hæc aqua ad omnes preecedentes hæc exite exis pertinet, ut superius dixi.

Allegor. Christus est decima epi, seu tritum modiorum: quia Christus habet in se SS. Trinitatis plenitudinem, sed ut decima, quia humanitas multo minor et inferior est deitate. Bursium in decima, quia Christus perfectissimè decalogum adimplevit, inquit Ischybius.

Tropolog. Radulphus per decimam epi accipit integrum peccatorum confessionem: denarius enim est numerus plenus et perfectus.

NON MITTET IN PAN OLEUM, quod de more ex lege Levit. 2, v. 1, in mica, id est, sacrificium simile, immittit solet. Velatur ergo hic oleum in sacrificio pro peccato: cuius sanctionis, ut et aliterum ceremoniarum causa prima fuit, voluntas et alio Dei. Secunda causa mystica fuit, ut scilicet significaretur peccatorum expertem esse latitudinem et lucis: oleum enim latitudo et lucis est symbolum. Ita Theod., Procop. et Cyrill. 1. 15 de Adoratione in spiritu; nam, ut ait Cyrillus. ser. 5 de lapide: Hæc sunt peccata lapsa, quod grande fragibus, quod turbidum sidus arboribus, quod arumis pestilentibus vultibus, quod nauis aera tempestas. Et S. Martialis ep. ad Burdgal. : Peccata, ait, sunt spina, que per multas amaritudines, turpiditas

et dolositas, non sicut pavidum et oleum Spiritus S in vobis dominari. Aliter Ischybius et Radulph. : Peccator, ait, non debet se multare oleo, id est, non debet presumere de peccati vitiis et indulgentia, sed anxius et timore ne forte eam non assuatur.

Nec turris aliqua imponit, quia pro peccato est. Thus hic velatur in victimis pro peccato, ut per hoc designetur peccatum non bonis ut aliis, sed pessimo alere, et esse abominabile curam Deo. Ita S. Cyrillus 1. 15 de Adoratione, Procop. et Theodor. Secundo, deat hic thus, id est, oratio, quia, ut inquit Radulph. : Peccator liberò fronte vultum petere non debet, cui dignum non exhibent satisfactionem: petat, quia non delendo; aperit, sed quasi desperando, dum et se indignum vultu conficitur, et tamen solò Dei misericordia fieri posse credit, ut aueretur. Unde Ecclesia orans Deum nos docet, ut dimittit nos concisionem mentis, et adificet qui gratia non peramulit. Et Ischybius: Thus, ait, hic non operatur, quia nescit peccator utrum dea odoris sit olea gratia, quum frequenter peraruitas est. Unde Joel c. 2. Conuertimini, ait, ad Dominum, quia benignus est; quia: et si conuertatur et signat, et reliqua que post se benedictionem?

VERS. 12. — In iumentum eius qui obtulerit. Ut scilicet deus recedat offerentis. Vide dicta cap. 2, vers. 2.

VERS. 13. — ROGANS ET EXPLANS, TORQS UT PENITENTIA ET, PARTI EX HEBRÆO.

RELIQUA VERO PARTEM (ex similitudine oblati pro peccato) vni (sacerdotis offerens) HABENT IN MENSEM. Hæc, sicut magis, quo scilicet sum vult remunerat Deus, pro labore et ministerio toleranti: mica enim Hæb. subinde quantum oblationem, et quodvis Iohann. significat. Septem, vertunt: Reliquia erit sacerdoti, sicut sacrificium simile, quod scilicet ex lege ei credere debet, de quo c. 6, v. 16.

VERS. 15. — ANIMA SI PREVARICANS CEREMONIAS PER EGERET. Nam si scienter cas prevaricatus esset, non expiatur per sacrificium arietis quod hic prescribitur, sed morte puniatur, ut patet Numer. 15, 5. Unde r. 18 hic dicitur: Orit pro eo, quia nesciens fecit. Pari modo gentium hæc erat sententia: Sacerdos, quocumque animalium qui elapsit superbie, pernicidat eum, ut refert Cicero l. 2 de Legibus.

IN HIS QUÆ DOMINO SUNT SANCTIFICATA, V. G., si hinc comedat de carnibus Deo immolatis, ut dicitur, c. 22, v. 14.

OFFERTUR PRO DELICTO SUO ARIETEM, QUI ENI POTEST DUBIOS SACRIS. Hæc, iuxta estimationem, vel pretium argenti siclorum, puta minimum duorum. Ita Vatabl. Adde, verisimile esse, in Hebræo non legendum esse in plurali scilicet, id est, siclorum, sed in duali scilicet, id est, duorum siclorum. Sicut continet 4 regales Hispanicos; duo ergo sicut argenti scilicet 8 regales Hispanicos, id est, duos Borenos Brabanticos. Radulphus asserit Septuag. vertisse arietem pretii 50 siclorum, idque ad mysterium, inquit, ut scilicet significaretur confessionem fidei: quum sicut significat, qui aries, id est, Christus, acquiritur per

quingagesimam, id est, Spiritum S. in pentecoste effusum, hominibus dari. Verùm Græca, Regia et Romana carent iam omni numero; et certum est eò 50 irreppisio: nisi enim tale habent Hebræa, Chald. et Latina: et constat 50 sicut non arietem, sed bovem tunc emi solitum. Ariem enim duobus sicut emi poterat, ut dicitur hoc versu.

JUXTA PONDS SANCTARI, id est, justi ponderis, ut sicut qui in sanctuario asservatur, tanquam iustissimi ponderis, acquiponderet, ut dixi Exodi 30, 24; et patet Levit. ult. v. 25, ubi dicitur: Omnis estimatio siclo sanctuarii ponderabitur.

VERS. 16. — ISCHYBES QUOD INTULIT DAMNI RESTITUIT, ET QUINTAM PARTEM PONES SUPRA. Ut scilicet hæc quinta pars superaddita, sit in compensationem injuriæ, quam præter damnum irrogavit Domino, eiusque sacræ. Hinc patet, si quis per errorem usurpasset res sanctificatas et oblatas Deo, patrum carnem vel adipem, qui soli Deo in victimis cedebat, hic debet primo offerre arietem in sacrificium. Secundo, restituere rem usurpatam, et insuper quintam, ut, v. g., si quingue usurpasset, restitueret sex: Deus enim hic privata persone vicem subit; hæc enim sanctificata Deo specialiter, quasi privata persone erant propria, erantque quasi peculium Dei. Unde restitutio eorumdem eidem erat debita. Hæc ergo prescribitur hic, addita insuper multa loco quintæ parte.

Nota. Hæc restitutio faciendæ erat in pecuniâ, que ereditur sacerdotibus (hæc enim Dei vicem in terrâ gerunt), idque insinuat hic; nam alioqui si qui holocausti partem per errorem comedisent, debuissent integrum animal restituere, quod Deo offerretur in holocaustum; nec enim pars animalis offerri poterat in holocaustum, sed totum animal: ergo ne totum animal restituere cogenterent, partis usurpatæ pretium persolvebant sacerdoti. Ita Abul. Græce pro quintam partem, est intertextum, quod nos, ait Orig., possumus dicere super quintas, nisi diceretur istud speculis cuiusdam numeri apud illos esse vocabulum, quo indicaretur pro quingue alios quingue dandos, et unum super, ut verbi gratia, intelligatur qui, factus sit vel usurpatus in necessitate quingue numerus de sanctis, ipsos quingue

CAPUT VI.

CHAPITRE VI.

1. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens:
2. Anima que peccaverit, et contempto Domino, negaverit proximo suo depositum quod fidei eius creditum fuerat, vel si aliquid extorsit aut calumniam fecerit.
3. Sive rem perditam invenerit, et inficiens insuper peccaverit, et quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus solent peccare homines.
4. Convicta delicti, reddet
5. Omnia que per fraudem voluit obtinere, integra, et quintam insuper partem domino cui damnum intulerat.
6. Pro peccato autem suo offeret arietem immacu-

retuere, et insuper alios quingue, uno etiam super addito. Verùm Latios et Hebræos, exponas iuxta Hebr. Chald. et Latinos, que habent quintam partem: loquitur enim Moses de panâ non facti, de quo Exodi 23, v. 1. Sed abusus sanctificationum.

VERS. 17. — ANIMA SI PECCAVIT PER IGNORANTIAM, PECCAVIT UNUS EX HIS QUÆ DOMINI LEGE PROMITTUNTUR, omitendo in sacræ ceremoniam aliquam nulli damnosam: de hoc enim casu hic agi patet ex eo quod subditur, Deliquit in Dominum; et ex eo quod peccans iuxta mensuram peccati jubetur arietem majorem, vel minoris pretii offerre. Ita Cajetan. Hæc ergo lex distinguitur à præced. v. 15, quod illa agat de sacrificiis sive oblatas Deo; hæc agat de ipsis sacræ et ceremoniis. Distinguit etiam ab illâ c. 4, vers. 27, quia illa generalis est, agitur de quibuslibet peccatis contra præcepta Dei commissis: hæc vero specialis est.

VERS. 18. — JUXTA MENSURAM ESTIMATIONISQUE PECCATI, q. d.: Pro majore peccato meliorem et pretiosorem offeret arietem; pro minori vero minoram et vilioris pretii. Aliter Abulens, q. d.: Tantus erit valor istius arietis qui offertur, quanta fuit assumptio, vel mensura posita in arietem pro peccato, id est, duorum siclorum. Sed non advertit Abul. ubi pretium duorum siclorum constituitur, non addi, juxta mensuram estimationis peccati: quia jam per legem certum pretium definitur: hic vero, ubi dicit: Juxta mensuram estimationis peccati, non constituit, sed definitur pretium duorum siclorum, sed illud arbitrio et estimationi sacerdotis relinquit, ut ipse pro majore peccato majorem pretii arietem, pro minori minoris pretii injungat. Ita Ribera. Unde hebræice est, juxta estimationem tuam, scilicet, ô Moses, et consequenter tunc, ô Aaron et Sacerdos: hæc enim sacra spectant ad Moysen, quatenus ipse erat princeps sacrorum et sacerdos. Unde in his Aaron et sacerdotis et successerunt.

ORABIT PRO EO, QUI NESCENS PECCAVIT, q. d.: Orabit pro eo, dicens: Parce, Domine, inmie, qui deliquit in adhibendis ceremoniis à te prescriptis, quia nesciens id fecit.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit: 2. L'homme qui aura péché, en méprisant le Seigneur, et refusant de rendre à son prochain ce qui avait été commis à sa bonne foi, ou qui aura par violence ravi quelque chose, ou qui l'aura usurpé par fraude ou par tromperie: 3. (Si qui ayant trouvé une chose qui était perdue, le nie, et y ajoute encore un faux serment, ou qui aura fait quelque autre faute de toutes celles de cette nature que les hommes ont coutume de commettre; 4. Cet homme, dis-je, étant convaincu de son péché, par les remords de sa conscience. 5. Rendra ce qui lui est dû, et qu'il a voulu usurper injustement: il donnera de plus une cinquième partie de sa valeur à celui qui en était le possesseur légitime, à qui il avait voulu faire tort, comme pour le dédommager, et pour réparer l'injure qu'il lui a faite. 6. Et il offrira pour son péché un bélier sans tache, pris du troupeau, qu'il donnera au prêtre: et ce bélier

4. Quisquid autem ruminat quidem, et habet ungulam sed non dividit eam, sicut camelus et cætera, non comedetis illud, et inter immunda reputabitis.

5. Chærogryllus qui ruminat, ungulamque non dividit, immundus est.

6. Lepus quoque; nam et ipse ruminat, sed ungulam non dividit.

7. Et sus, qui eam ungulam dividit, non ruminat.

8. Horum carnibus non vescemini, nec cadavera contingetis, quia immunda sunt vobis.

9. Hæc sunt que gignuntur in aquis, et vesci licitum est : Omne quod habet pinna et squamas, tam in mari, quam in fluminibus et stagnis, comedetis.

10. Quidquid autem pinnales et squamas non habet, eorum que in aquis moventur et vivunt, abominabile vobis.

11. Execrandumque erit : carnes eorum non comedetis, et morticinia vitabitis.

12. Cuncta que non habent pinnales et squamas in aquis, polluta erunt.

13. Hæc sunt que de avibus comedere non debetis, et vitanda sunt vobis : Aquilam, et gryphem, et halieetum;

14. Et milvum, ac vulturem juxta genus suum;

15. Et omnes corvini generis in similitudinem suam;

16. Struthionem, et noctuam, et larum, et accipitrem juxta genus suum;

17. Bubonem, et mergulum, et ibin,

18. Et cygnum, et anserotum, et porphyzionem,

19. Herodionem et charadricum juxta genus suum; upapam quoque, et vesperilionem.

20. Omne de volucibus quod graditur super quatuor pedes, abominabile erit vobis.

21. Quidquid autem ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retrò crura, per que salit super terram,

22. Comedere debetis, ut est bruchus in genere suo, et attachus aque ophiomachus, ac loestis, singula juxta genus suum.

23. Quidquid autem ex volucibus quatuor tantum habet pedes, execrabile erit vobis.

CHAPITRE XI.

1. Le Seigneur parla ensuite à Moïse et à Aaron, et leur dit :

2. Déclarez ceci aux enfants d'Israël : Entre tous les animaux de la terre, voici quels sont ceux dont vous mangerez.

3. De toutes les bêtes à quatre pieds, vous pourrez manger celles dont la corne du pied est fendue, et qui ruminent.

4. Quant à celles qui ruminent, mais dont la corne du pied n'est point fendue, comme le chameau et les autres, vous n'en mangerez point, et vous les considérerez comme impurs.

5. Le lapin qui rumine, mais qui n'a point la corne fendue, est impur.

6. Le lièvre aussi est impur, parce que, quoiqu'il rumine, il n'a point la corne fendue.

7. Le porc aussi est impur, parce que, quoiqu'il ait la corne fendue, il ne rumine point.

8. Vous ne mangerez point de la chair de ces bêtes, et vous ne toucherez point à leurs corps morts parce que vous les tiendrez comme impurs.

9. Voici celles des bêtes qui naissent dans les eaux, dont il vous est permis de manger : Vous mangerez de tout ce qui a des nageoires et des écailles, tant dans la mer, que dans les rivières et dans les étangs.

10. Mais tout ce qui se remue et qui vit dans les eaux, sans avoir des nageoires ni d'écailles, vous sera en abomination et en exécration.

11. Vous ne mangerez point de la chair de ces ani-

maux, et vous n'y toucherez point, lorsqu'ils seront morts.

12. Tous ceux qui n'ont point de nageoires ni d'écailles dans les eaux, vous seront comme impurs.

13. Entre les oiseaux, voici quels sont ceux dont vous ne mangerez point, et que vous aurez soin d'éviter : L'aigle, le grifon, le faucon,

14. Le milan, le vautour, et tous ceux de son espèce ;

15. Le corbeau, et tout ce qui est de la même espèce ;

16. L'antruche, le hibou, le larus, l'épervier, et toute son espèce ;

17. Le chat-huant, le cormoran, l'ibin,

18. Le cygne, le bitor, le porphyron,

19. Le héron, la cigogne, et tout ce qui est de la même espèce, la hupe et la chauve-souris.

20. Tout ce qui vole et qui marche en même temps sur quatre pieds, vous sera en abomination.

21. Mais pour tout ce qui marche sur quatre pieds, et qui ayant les pieds de derrière plus longs, saute sur la terre,

22. Vous pouvez en manger, comme le bruchus, selon son espèce, l'attachus, l'ophiomachus et la sauterelle, chacun selon son espèce.

23. Tous les animaux qui volent et qui n'ont que quatre pieds, vous seront en exécration.

21. Et quicumque morticina eorum tetigerit, pollutetur, et erit immundus usque ad vesperum.
22. Et si necesse fuerit ut portet quippiam horum mortuum, lavabit vestimenta sua, et immundus erit usque ad occasum solis.
26. Omne animal quod habet quidem ungulam, sed non dividit eam, nec ruminat, impundum erit; et qui tetigerit illud, contaminabitur.
27. Quod ambulat super manus, ex cunctis animalibus que incedunt quadrupedia, immundum erit; qui tetigerit morticina eorum, pollutetur usque ad vesperum.
28. Et qui portaverit hujusmodi cadavera, lavabit vestimenta sua, et immundus erit usque ad vesperum, quia omnia hæc immunda sunt vobis.
29. Hæc quoque inter polluta reputabuntur de his que moriuntur in terra mustela; et mus, et crocodylus, singula juxta genus suum.
30. Mygale, et chamaeleon, et stallo, et lacerta, et talpa.
31. Omnia hæc immunda sunt. Qui tetigerit morticina eorum, immundus erit usque ad vesperum;
32. Et super quod ceciderit quicquam de morticinis eorum, pollutetur, tam vas lignum et vestimentum, quam pelles et cilia: et in quocumque sit opus, fucigetur aqua, et polluta erit usque ad vesperum, et sic postea mundabitur.
33. Vas autem fictile, in quod horum quidquam intravit ceciderit, pollutetur, et idcirco frangendum erit.
34. Omnis cibus quoniam comeditis, si fusa fuerit super eam aqua, immundus erit: et omne lignum quod habitur de universo vase, immundum erit.
35. Et quicquid de morticinis hujusmodi ceciderit super illud, immundum erit: sive cibatum, sive chytropodes, destruantur, et immunda erunt.
36. Fontes vero et cisternæ: et omnis aquarum congregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit, pollutur.
37. Si ceciderit super sementem, non pollutet eam.
38. Si autem quisquam aqua sementem perfuderit, et postea morticinis tacta fuerit, illud pollutur.
39. Si mortuum fuerit animal, quod licet vobis comedere, qui cadaver ejus tetigerit, immundus erit usque ad vesperum;
40. Et qui comederit ex eo quippiam, sive portaverit, lavabit vestimenta sua, et immundus erit usque ad vesperum.
41. Omne quod reptat super terram, abominabile erit, et non in ea prendra point pour manger.
42. Quicquid super pedes quadrupes graditur, et multos habet pedes, sive per humanam trahitur, non comedetis, quia abominabile est.
45. Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quidquam eorum, ne immundi sitis.
44. Car je suis le Seigneur Dieu vester: sancti estote, quia ego sanctus sum. Ne pollutatis animas vestras in omni reptili quod moritur super terram.
45. Ego enim sum Dominus, qui eduxi vos de terra

21. Quicumque y touchera lorsqu'ils seront morts, en sera souillé, et il demeurera impur jusqu'au soir, et incapable de participer aux choses saintes.
22. Qu'il est nécessaire qu'il porte quelque'un de ces animaux quand il sera mort, il lavera ses vêtements, et il sera impur jusqu'au coucher du soleil.
26. Tout animal qui a de la corne au pied, mais dont la corne n'est point fendue, et qui ne ruminé point, sera impur: et celui qui l'aura touché après sa mort, sera souillé.
27. Entre tous les animaux à quatre pieds, ceux qui ont comme des mains sur lesquelles ils marchent, seront impurs: celui qui y touchera lorsqu'ils seront morts, sera souillé jusqu'au soir.
28. Celui qui portera de ces bêtes lorsqu'elles seront mortes, lavera ses vêtements, et il sera impur jusqu'au soir, parce que tous ces animaux vous seront impurs.
29. Entre les animaux qui se renaissent sur la terre, vous considérez encore ceux-ci comme impurs: la hérisse, la souris et le crocodile, chacun selon son espèce.
30. La musaigne, le caméléon, le stellion, le lézard et la taupe.
31. Tous ces animaux sont impurs; celui qui y touchera lorsqu'ils seront morts, sera impur jusqu'au soir.
32. Et si l'on tombe quelque chose de leurs corps morts sur quoi que ce soit, il sera souillé, soit que ce soit un vaisseau de bois, ou un vêtement, ou des peaux et des cailles: tous les vases dans lesquels on fait quelque chose, se sont lavés dans l'eau; ils demeureront souillés jusqu'au soir, et après cela ils seront purifiés.
33. Mais le vaisseau de terre dans lequel quelque'une de ces choses sera touchée, en sera souillé: c'est pourquoi il faut le casser.
34. Si l'on répand de l'eau de ces choses souillées, sur la viande dont vous mangerez, elle deviendra impure; et toute liqueur qui peut se boire, sortant de quelque'un de tous ces vaisseaux impurs, sera souillée.
35. Si l'on tombe quelque chose de ces bêtes mortes sur quoi que ce soit, il deviendra impur; soit que ce soient des fontaines ou des nappes, ils seront entés impurs, et seront rompus.
36. Mais les fontaines, les citernes, et tous les réservoirs d'eau seront purs; celui qui touchera les charognes des animaux dont on a parlé, sera impur.
37. Si l'on tombe quelque chose sur la semence, elle ne sera point souillée.
38. Mais si quelqu'un répand de l'eau sur la semence, et qu'après cela elle touche à une charogne, elle sera aussitôt souillée.
39. Si un animal de ceux qui vous est permis de manger, meurt de lui-même, celui qui en touchera la charogne, sera impur jusqu'au soir.
40. Celui qui en mangera, en qui en portera quelque chose, lavera ses vêtements, et sera impur jusqu'au soir.
41. Tout ce qui rampe sur la terre sera abominable, et on n'en prendra point pour manger.
42. Vous ne mangerez rien de ce qui, ayant quatre pieds, marche sur la poitrine, ni de ce qui a plusieurs pieds, ou qui se traîne sur la terre, parce que ces animaux sont abominables.
45. Prenez garde de ne pas souiller vos âmes, et ne touchez aucune de ces choses, de peur que vous ne soyez impurs.
44. Car je suis le Seigneur votre Dieu; soyez saints, parce que je suis saint. Ne souillez point vos âmes par l'attachement d'aucun des reptiles qui se renaissent sur la terre.
45. Car je suis le Seigneur qui vous ai tirés du pays

- Ægypti, ut essem vobis in Deum. Sancti eritis, quia ego sanctus sum.
46. Ista est lex animalium ac volucrum, et omnis animæ viventis, que movetur in aqua, et reptat in terra;
47. Ut differentias noveritis mundi et immundi, et scialis quid comedere et quid respere debeat.

COMMENTARIUM.

VERB. 2. — ILLI SUNT ANIMALIA QUE COMEDERE DEBETIS, QUE COMEDERE LICET, PATET EX HEBR., CHALD., SEPTUAG.

Quæres, cur hæc ciborum observantiam, et animalium mundorum ab immundis discretionem sanxit et precepit hic Deus.

Respondeo: Prima causa fuit, ut in his populis iste rudis haberet continuum exercitium, tum temperantiam, tum obedientiam, tum religionis et patriæ, mundis vescendo, immundis abstinendo ab honore et reverentiam Dei ita jubentis, sique semper Deum coleret: nam, ut ait Tertull. l. de Cibus judæis c. 4: *Multa à Judæis ciborum genera subacta sunt, non, ut illa damnarentur, sed ut isti coercerentur servituri uni Deo; quia ad hoc assumptos frugalitas decebat, et gular temperantia, quæ semper religioni deprehenditur esse vicina, imò, ut ita dixerim, conunguina potius atque cognata; sanctitati enim inimica luxuria est.* Secunda, ut corporali munditie populus iste assuescens, ab immunditatis idololatrarum et immundis eorum sacrificiis epulisque longius avocaretur. Tertia, ut per hæc ad munditiam mentis excitatus assurgeret, et Christo ex se nasciturum purissime se compararet. Quarta, quia hæc immunda tropologia vitiorum, à quibus cavere debemus, erant symbola. Hanc causam Eleazarus pontifex dedit legatis Ptolomæi Phaladelphii, petentis sibi mitti 72 interpretes, qui sacram Scripturam ex Hebræo in Græcum converterent, ut dixi cap. 27. Hanc causam possim quoque Patres assignant, ut Tertullian. vel potius Novatianus lib. de Cibus judæis, quem ipse adhuc catholicus existens scripsit, in quo hæc et minutum animalia hic vetita, per vitia eis significata explicat; affaram ejus verba v. 56. Clemens Alexand. l. 2 Pædag. 10; Cyrill. lib. 9 contra Julian. ante finem; Origen. hic homil. 7; Euseb. lib. 8 de Præpar. Evang. c. 5, et S. Aug. lib. contra Adimantum cap. 15. Cum enim Adimantus, tripote Manicheus, oppugnarit vetus Testamentum, tanquam à Deo malo datum, ac nonnatum hæc abstinente legem argueret ex illo Matth. 15: *Quod intrat in os, non inquinat hominem*, respondet S. Aug. hos cibus Judæis non fuisse vetitos, quod per se in mentem conjuvant, sed hæc de eis præcepta populo carnali fuisse posita, ad significationem humanorum morum, et ut futuram disciplinam spiritualis populi christianis præbarent. Hinc etiam, ut notat S. Cyrill. lib. 14 de Adoratione, quædam hic vetantur que comedi non solent, quoque omnes naturaliter respiciunt et abhorrentur, ut stellio, mustela, etc. Poterit hæc omnia appositè ad naturam sanctitatis et discretæ sunt, nam animalia hic immunda censentur, edique vetantur, quæ naturæ suæ vel sunt vene-

de l'Égypte, pour être votre Dieu. Vous serez donc saints, parce que je suis saint.

46. C'est là la loi pour les bêtes, pour les oiseaux, et pour tout animal vivant qui se remue dans l'eau, ou qui rampe sur la terre;

47. Afin que vous connaissiez la différence de ce qui est pur ou impur, et que vous sachiez ce que vous devez manger ou rejeter.

nosa, nisi sunt omnia reptilia, que semper humi repunt, sique ex terrâ humiditatem viscosam, foetidam et noxiam imbunt, canque in cute demonstrant: vel que immundis cibus vescuntur, ut porci et upuræ, que inter sterora vivunt; et ciconia, que serpentes comedunt: sic et vesperiliones, noctuæ, hibones, que omnia immundis aluntur alimentis: vel que distemperata sunt complexionis, ut pisces hic vetiti, qui omnes mali sunt nutrimenti; vel que fera sunt, et rapaces, uti gryphes, milvi, vultures. Sic Pythagoras suis interdixit ne faba vescerentur, eò quòd is cibus magnum habeat inflationem, ideòque stomachum ac caput distendat, et tranquillitatem mentis inturbet, ait Cicero l. 1 de Finan.

Hæc ergo immunditia horum animalium duplex est, puta formalis jam dicta, quâ ipsa animalia in se aliquid immundi et distemperati continent; altera causalis, quâ immunditatem similem causant in homine, quia cum in se sint male complexionis, maligne et noxiæ alimentis; hæc si comedantur, in homine intemperiam humorum generant, morbos creant, imò aliquando enecant.

Possissima tamen causa fuit symbolica, ut nimirum hæc animalia immunda significarent immunditiam peccatorum et vitiorum, quorum ipsa appositè sunt symbola, ut dixi.

Nota. Hæc animalium immunditia erat corporalis et legalis, que animam non inquinabat (nisi qui per inobedientiam, scienter contra legem ea comedisset) sed tantum arcebat Judæos à ministracione et oblatione sacrificiorum, atque ab introitu Sanctuarii: ab his enim abstinere debebat, qui cibos hic vetitos etiam inscius comedisset, donec se expiasset; perinde ac lepra arcebat leprosos à conviviis hominum, totisque castris.

VERB. 5. — OMNE QUOD HABET DIVISAM UNGULAM, ET RUMINAT IN PIEDIBUS, COMEDETIS. Ut ergo animal sit mundum, quo vesci liceret Judæis, debebat habere hæc duo: Primò, ungulam, eamque divisam et bisulcam; nam que non habent ungulam, nimis humida sunt complexionis: que habent ungulam, sed eam non habent fissam, uti sunt equi, asini, cameli, nimis sicci et duri sunt temperamenti et alimentis, nec corpori humano nutrimento conveniunt: que verò ungulam habent, eamque dividunt, uti oves, boves, capræ, homini alendo congruunt, quia temperata sunt complexionis, ideòque munda censentur. Ita Abul. Secundo, debebat ruminare, nam que ruminant, melioris sunt digestionis, ideòque et melioris sunt complexionis; quòd si alterum horum desit, puta si animal non habeat ungulam fissam, aut non ruminet, censetur im-

manium. Unde immoedorum exempla sulci, camelum, leporem, stium, etc.

Tropologicè, rostantia sancta animalia, puta viri sancti, qui verbum Dei quod aure percipiunt, in ventrem memoria recitant, hocque sapius quisi ad eos cordis revocantes, frequèul restrictione comminanti. Ita S. Greg. in cap. 7 Cant. S. Cyrillus verò lib. 9 contra Julian. docet ruminare esse prudentie symbolum. Pedem dividunt, qui in actione bonam à malo securum. Utrumque ergo requiritur ad mundiciem et sanctitatem, videlicet et ruminare verba Dei, et ea opere explere. Ita Radolph. Leysius, Joseph. lib. 8 de Prep. cap. 5: Cyril. l. 14 de Adoratione, qui et addit aliam tropologiam: hildus, ait, unguis perspicua figura est, qui significatur posse nos in utramque partem rectè accedere, videlicet quoad nos et quoad alios.

Ruminare ergo symbolum est prudentia: prudent enim est cogitandum, et singula mente ruminans, videt quid in quaque re expedit, quomodo Deo et hominibus, etiam impis satisfaciat.

Narrat Plutarch. in Lacon. de Acrotato viro prudente, quod parentibus postulantiibus eius operam in re injusta, negavit, cumque illi irgerent, dixerit: Vos me educatis ad justitiam, patriamque legibus tradidistis, coarctat ergo hic potius quam vobis obsequi, ut quodcumque vultis me optime agere, optimum autem est cum privato, tam multo magis principi, id quod est justum, quam quod vultis, que vero dictis detrahunt. Ita prudenter et suaviter rem illicitam negavit, simulque intentioni et voluntati parentum satisfacit. Ruminatio enim mille modos et media ad quidvis, ac presertim ad odia declinanda, et gratiam hominum conciliandam, suggerit. Item narrat, quod Aristoteli audiens Cleomenis dictum, quo rogatus, quod esset regia boni officium? dixerat: Amicus bono, inimicus malo facere; illud ruminans correxit: Amicus: Quamvis, inquit, rectius erat amicus beneficere; inimicos autem amicus efficere?

IN PECORIBUS, in quadrupedibus animalibus.

VERS. 4. — Sicut camelus. Camelus immundus est, quia ungulam habet, sed eam non dividit. Moses, inquit Cyrillus l. 14 de Adorat. ponit exempla camelum et leporem, id est, maximum et minimum, ut media inter hoc ruminantia, vel non dividenda ungulam, immunda et vitia intelligamus.

VERS. 5. — Choroeryllus. Quod et quale animal est choroeryllus? Primò, Clemens Alexand. lib. 2 Pedag. 10, intelligit hyxnam. Secundo, Abulensis, Lyran., Cajet., Oleari, et alii recentiores intelligunt cuculium.

Nota. Hebræa vox *saphan* tria significat: primò, choroeryllum; secundo, leporem; tertio, hericum. Ita ex Philone S. Hieron. in Nominibus. hebraicis in Jerem.; *saphan* enim par ∇ vel ∇ sectum, absconditum et latitans significat. Unde *saphan* generale est nomen, et commune multis animalibus fuscis, et in lateribus degentibus: sicut et pleraque alia Hebræa animalium vocabula multis competunt, ut demonstrat Ribera in c. 5 Zachar. n. 21. Idque patet ex eo, quod idem nomen à variis, puta à Septuag., Chald. et

nostro variè, imò et à nostro aliter hie, aliter ibi vertatur: sic *saphan* hie et Deut. 14, 7, noster vertit choroeryllum, ubi et vertunt Septuag., alibi vertit leporem, ut Proverb. 30, 26; alibi vertit herinaceum, ut psal. 103, 18.

Choroeryllus ergo, vel herinaceus est animal magnitudine meliorum cuculorum, de cavernis esse choroeryllus à *choros*, id est, ripæ, et *eryllus*, id est, porcus, quasi dicas porcellus riparius. Ita ferè et S. Hier. vel quisquis est auctor commentariorum in Proverb. cap. 30; nam hæc comment. non esse S. Hieron. ex eo colligit, quod hoc ipso loco auctor esset S. Hieronymum. Potius videtur esse Ven. Bede, cui ex attribuit Trithemius. Ille ergo auctor sic ait: Pro lepore antiqua translatio choroeryllum posuit. Est eadem hoc animal non majus herico, habens similitudinem euri et ursi, cujus in Palestina regionibus magna est abundantia, semperque in cavernis petrarum et terra foris habitare conatur. Unde et Origenes hic pro choroeryllus vertit herinaceum. Choroeryllus ergo distinctum est animal à cuculo et herico, licet id neget Petrus Seranus: quosim enim Sept. et noster vocaret eum choroeryllum, tam obscurà et ignotà voce, si esset cuculus vel hericus? hæc enim nomina et animalia nobis notissima sunt. Unde et Eucher. p. 8. Hier. distinguit herinaceos sive choroeryllas ab hericis sive echinis, qui spinosus ungulas habent aculeos, ut vix contingi possint, quos ad libitum excerpunt, vel remittunt et contrahunt, itaque pomis se in hortis operant, que ad latibula sua deferunt.

VERS. 6. — Levis geogec (immundus est) NAM ET JURE RUMINAT, SED UNGULAM NON DIVIDIT. Nam lepus non habet ungulam, seu basin pedum osseam et continuam quam dividat, sed loco ejus habet ungues varios et aculeatos. Sub lepore cuculium intelligit: nam cuculium est lepus parvus, ut ait Plinius l. 8, 59. Unde Sept. vertunt *choros*, id est, cuculium, ita grecè dicitur à pilosis et hirsutis pedibus, teste Aristotele lib. 3 Histor. anim. c. 42; et Plinio. Fabulatur Thalmodiste Sept. pro Hebr. *arnephet*, id est, lepore, substituisse *herinaceus*, id est, cuculium, quod vox Pto. Iomaci Philadelphii, qui Septuag. ad versumque Billirum evocarat, vocaretur Arnephet: Ne, inquit, dicat: Irident me Judæi, atque idem scripserunt novum *axoris meæ in leya*; nimirum mandierant Thalmodiste de Ptolomæo filio Lagi, qui fuit pater Philadelphii. Itaque quo ad Ptolomæum dicitur Laguna, id est, leporem, referentur erat, ad Philadelphii uxorem retulerunt. Porro *herinaceus*, et leporem et cuculium significat, magis tamen cuculium. Unde Aristoteles et Plinius *herinaceus* à *herico*, id est, lepore, distingunt; sed, n. dixi, sub lepore hic intelligitur et affinis cuculium. Clemens Alexand. leporem vêtitum putat ab libidine, cui valde obnoxium est hoc animal. Unde et tot fœtus simul concipit et parit: hæc etiam de causâ leporibus

multis uterque inest sexus. Audi Gesnerum varia ex variis more suo colligentem tomo de Quadrupedibus; in lepore: Lepus quadrupes hebræicè arnebet vocatur, voce feminini generis, et quibus lepores omnes (uti doctissimi plerique tantum) utramque sexum habeant. Archelaus de leporibus scribit utramque vin, et utramque sexum aliquis inesse, ac sine mixtura dignè gignere. Quod idem lepus aliquando masculinè feminis est, et natus transmutatur, et quandoque volat masculus generis, quandoque velut feminis parit, manifestum esse Democritus tradit in Geoponicorum 19. 4. Idemque à Phisicis, ait Donatus, lepus dicitur incerti sexus, ac esse modo mas, modo femina. De lepore ait Niphis: Illud verum est, quod sit mas et femina, et ut alterum incubat, et ad alterum succubus; unde tradunt venatores, in genere leporum incitari eum, qui est feminis tentum; sed nullum esse marem quod non sit femina, quod sensitibus subjacet: nam inmensus est lepus tentibus atque mentibus præditus, hic lepuculus ferbat in utero, nec non et lepus ferens lepuculos, tentibus carens et mentibus que contra adversariorum objectiones silulio manifestissimum est. Nos verò testatur, vitulæ leporem solum marem, et leporem thymium feminium, et leporem utriusque sexus, idque apud nostros senatores probatissimum habetur. Hæc Niphis: et idem peiè verbis Allamus, qui illem se vidisse testatur. Idem docent Patres, quos citabo vers. 50, in fine. Hæc jure et more Judæorum. Nam gentilibus lepus in deliciis fuit, et messe dicens. Audi Marialem lib. 15 Epigram:

Inter aves turdas, in quis, me iudice, certat,

Inter quadrupes gloria primo lepus.

Tropologicè, hæc quatuor animalibus significantur quatuor vitia, quatuor virtutibus cardinalibus contraria. Primò, camelus gibbosus symbolum est superbi et superbiæ, que prudentie et sapientie est contraria. Vera enim sapientia est humilis: è converso camelus gibbosus est et stolidus. Nota est fabula: eumelus petebat à Jove, ut cornibus armaretur; ejus ille stolidis precibus irritis, etiam aures multavit, ut non solum inermis, sed etiam deformis de caetero esset. Secundo, lepus timidus significat aediam et pusillanimitatem, que fortitudinem et constantiam repugnat. Tertio, choroeryllus, qui visitat et depascit agros alienos, significat injustitiam justicie contrariam. Quarto, suis sordida significat gulam et libidinem, que temperantie adversatur; horum ne mortificis quidem, id est, malis actionibus externis, communicare licet. Ita Isychius.

VERS. 7. — ET SUI (immundus est), qui cum EXGULAM DIVIDAT, NON RUMINAT. Per suum porcum accipit, tam marem quam feminam: hoc enim est Hebræum *chaer*; omnis enim porcina caro vêtita fuit Judæis, unde etiamnum omni porcina abstinent Judæi. Pari modo suo apud Priscilianum et Laitios communis est generis, et tam porcum quam porcina significat; hinc illud Virg. 5 Georg.:

Ipsæ ruit, dentisque Sabellicis exoculi sas.

Bibulicè nonnulli apud S. Polycarpum epist. ad Philippens. suis esum hic veltari putarunt, è quod sus

cum comedit ita vorat, ut non agnoscat domium suam, quomode cum esset granitum edat ad domium: hæc enim est natura et naturalis musica suis. Vetiorem cassam dat Cicerò l. 2 de Naturâ dorum: Sna, ait, quid habet præter eam? cui quidem ne putretoret, animam pro sole datus esse, dicit Charisippus. Hinc sanctus ille Abbas in Vilis Patr. l. 6, c. 1, n. 8: Sicut, ait, oculi semper intendunt in terram, ita animus delapsus in voluptatum et luxurie cacum, vix potest respicere ad caelum, nisi super aliquid dignum Deo. Porro errat Plutarch. lib. 5 Sympo. qu. 5, ubi docet Judæos abstinerè suilla ex reverentia; eos enim suum revereri, è quod sus fuerit saloniis et arationis magister, presertim in Aegypto; sus enim rostro terram effluens, vestigiis arationis impressis, et voveris opus submostravit. Similiter errat, dum ait Judæos abstinerè lepore, è quod analogie Aegyptiorum ducti, evolantem leporem divinum reputant, itaque acens instrumentorum subtilitatem. Nam leporem oculi videt sunt indefessi, ut etiam apertis hi dormiant. Celestiate autem videndi videtur ceteris ante: cujus admiratione ducti Aegypti in suis sacris literis, picto lepore auctum significant. Prohibitor causa est quam subdit: Suiam abominantur Judæi, quod abhorrent à vitulicis et lepræ; quas putant eum horum carnium adiciaci.

Alii porcum immundum, putarunt ex eo quod terram suffodiat, itaque semina et messes subvertat, quò de causâ Romani immolabant porcum Cereri mense aprilis, cum lampadibus et tædis accensis in vestibus albis. Audi Ovilium:

Prima putato

Hostia sua marnice mori, quia semina paulo

Erucit rostro, aponeque intercepti omni.

Et alibi:

Primus Ceræ grævida gavisus est sanguine porce,

Uta suos meritis caude nocentis opes.

Denique Adrianus imper. ut Judæos sui urbe abigeret, porcum insculpsit Hierosolymæ, eamque ex suo nomine Altam invenit. Audi Euseb. in Chron.: *Elia ab Elia Adriano condita, et in fronte ejus portæ quæ Bethchem exeduntur, sus sculptus in marmore, significans Romanæ potestati subjacere Judæos*; ut hoc simulacrum quasi titulo significaret Judæos propria civitate, patriæque solo esse interdictos, ac Jerusalem jam non esse judicam, sed gentilitiam et romanam: Romani enim porcum ubi infractum animi robur, in vestibus præferant, teste Festo in verbo porcus. Quocirca Judæi Vitellium iturum contra Arabes deprecari sunt, ne castra et signa effigie porci insigniant, per Judæam traderet, teste Josepho lib. 3 Belli cap. 4. Denique hæc sculpturâ porci significat Judæos esse hominum scelestissimos. Nam, ut ait Horus, et ex eo Pierias Hierogl. l. 9, porcus symbolum est hominum veritatem spernentium, profanorum, perniciorum, et eorum qui à Deo penitus sunt aversi. Ita Baron. anno Christi 157.

VERS. 8. — HORUM CARNES NON VESCENI, NEC CARAVERA CONTINGETIS. Unde hoc adipem eorum exi-

mere corvo uti poterant : secus erat de animalibus mundis ; illa enim maculare, et maciata tangere, ex hisque adipem eximere, coque uti licebat, nisi essent mortifica sponte mortua, vel diu occisa, vel lanata à bestia : tam enim etiam hæc immunda erant et veitia.

VERS. 9. — **OMNE QUOD HABET PINNULAS ET SCAMAS TAM IN MARI, QUAM IN FLUMINIBUS ET STAGNIS, COHERE-TIS.** Pro *pinnulas*, Biblia regia legit *pennulas*; unde et Septuag. vertunt *πτερυγες*, id est, alas: Tertull. 1. de Cibis judaicis legit *remigia*; omnia hæc eodem recidunt: pisces enim qui pinnulas habent, eas gestant quasi pennulas et alas, ut his valent et libent se in aquis, sicut aves in aere. Ut ergo pisces sint mundi quibus vesci liceat, dno debent habere: primo, pin-nulas; secundo, squamas, quas totam penè corpus contegant: quod si alterutrum desit, immundi censentur: pisces enim carnesis pinnulis vel squamis, uti anguille, nimis humidi, viscosi, et insalubres sunt: squama enim et pinnula siccitatis sunt indices. Unde caro talium densior, albior, et savior est: idcoque tales mundi censentur; pisces enim humiditate abundat, etque facile nocent stomacho et corpori humano, unde sale conditi vel siccati saniores sunt recentibus.

Tropologicè, squama gravitatem morum et firmitatem bonæ conversationis in medio scendi significant: pinnulae significant sensus superioris erigentes. Pisces namque qui pinnulas habent, saltus dare super aquas solent, ait S. Greg. Squamas ergo habent, qui rigore virtutis humili, secularis occupationis appetitum non admittunt: pinnulas vero habent, qui subtile secretum contemplationis petunt, et mundis secularium curarum superstant, quippe mentis salubris ad superna conscendere sciunt, ut eos amoris summi, quasi liberi aeris, aura contingat, ait S. Greg. 1. 5. Mor. 6. Radulphus, Beda, Cyrillus 1. 9. contra Julian. ante hunc, et Tertull. vel potius Novatianus lib. de Cibis judaicis.

VERS. 10 et 11. — **QUICQUID AUTEM PINNULAS ET SCAMAS NON HABET, ABOMINABILE VOBIS EXECRANDUMQUE ERIT.** Quasi dicat: Ab his abhorribilibus et fœdibus, quasi à re immunda et foetida. Quare peccabant Judæi aliter facientes, non quod animal immundum, sed quod inobediencia mentem pollueret, quæ culpa non expiabatur lustratione externa: per eum enim tantum immunditia legalis et corporalis elucelatur, sed contritio et penitentia. Hinc Machabæi dirissima poti de martyria gravissimum vitium maluerunt, quam carnem suam hic vitium concedere, 2 Machab. 7. Ille enim S. Petrus eodem ita exhortat, ut dicitur Act. 10, v. 10: *Nunquam manducati omne comant et inmundum.*

VERS. 13. — **ILLE SUNT QUE DE AVIBUS COHERERE NON DEBENT, ET VITANDA SUNT VOBIS: AQUILAM, ET GYPHEM, ET HALIÆTUM.** Egit Moses primo de mundis et immundis quadrupedibus, v. 3; secundo, de piscibus, v. 9; tertio, de avibus hic agit. Has avium species ex Hebræo aliter et variè vertunt Hebræi; verum

nostro interpreti tum Ioc, tum Doot. 14, 13, per omnia consensit Chald. et Septuag., excepto eo quod pro *anocrotolo* Septuag., substitutum pelicanum, de quo vers. 18.

Aquila esse immunda, quia in alias aves pugnat et rapax est avis. Unde Cicero, audiens in pharsalica pugna fugisse Pompeium, cum Nonius diceret septem adiuce adesse aquilas, hæcque bene sperandum: *Reor, inquit, moneres, si adversus graculos esset pugnantium; ut jam Casar est hostis et victor.* Ita Pintarch. in Cleone. Aquila ergo Judæis vetatur, quia, ut ait Isidorus, *qui upulam, mltum et accipitrem odit, odit raptorem et sceleris vicentem.* Unde S. Augustinus in psalm. 123, docet aquilam esse symbolum demonis: hic enim est predo animarum, qui circum quærens quem devoret. Rursùm aquila vocatur Nabuchodonosor, similesque tyranni, ut dicam Desteron, 28, v. 49.

Et *catrova*. Quæres, an et quid sit gryps sive gryphus? Gryphes existere docent è Græcis Herodotus, Pausanias, Ctesias, Aelianus: è Latinis Mela, Solinus, Apuleius, et alii, præsertimque eius in Seythiâ Asiaticâ, vel in montibus Iulphais. Ctesias ait gryphes esse aves quadrupes lupi magnitudine, cruribus et unguibus leoninis, penâs in pectore rubris, in collo cereuleis, in reliquis corpore nigris, oculis igneis. Adidit Leoniceus, equo similem esse avem. Valateranus, vultu non multum ab humano distare. Abdensis hic, et Joannes de Montoxilla aiunt, gryphem antrosium aquilæ speciem esse se ferre, leonis retrorsum; magnitudine equari octo leonibus, tantarum esse virum, ut duos boves aut equum cum equo in aera asportet. Hæcque vulgò unitorum est opinio. E contrario gryphes non existere, sed esse fabulosos contendit Plinius, qui penè plureneticos vocat eos, qui aves tales esse asserunt. Item Origenes, qui nimis temerariè Mosen reprehendit, quod gryphes manducari Hebræis veteret. Item Matthias Michonius et Perotus Decembrius in Sarnatiâ Asiaticâ, qui nec avem inventi in septentrione, nec in montibus Ripheis, ait experientia constare.

Dico primo, de fide est gryphes esse, esseque aves, potest ex hoc loco Scripturæ: Hebræam enim *peres*, *gryphum* significat, uti vertunt Septuag. Chald. et iohanne. *Peres* enim avem significat curvas et ingentes habentem unguis (à *paris*, id est, *ungula*) uti et rostrum. Talis est ergo gryphus, indeque gryphus Græcis et Latinis adnecum, curvum, unguatum significat: inde Antiochus Gryphus, et alii ab idem eo aquilino naso, dicti sunt *gryphi*. Dico secundo, Gryphes, uti à veteribus jam dictis describuntur, fabulosi sunt: experientia enim constat avem nullam reperiri, quæ partim sit avis, partim leo vel equus; hinc et veteres gryphes pingendo, eos iungebant sphingi: constabat autem sphingem esse fabulam. Dico tertio, qui sint gryphes, certo definiti nequit. Probabilis tamen est sententia Ulyssis Aldrovandi lib. 19, c. 4; et Goppii, Mosen per gryphem hic significare aves, et ut videtur aquilæ genus maximum, quod maxime adnecum habet rostrum et unguis, etque fortissimum et

rapacissimum, cujus magnitudo, robor et rapacitas occasionem fabule veteribus dedisse videntur. Probatur id primo, quia id significat Hebr. *peres*. Rursùm, quia gryphus hic ponitur post aquilam, ante halicetum; sicut ergo halicetus est species aquilæ, ita videtur esse et gryphus. Secundo, quia Aristophanes gryphem speciem aquilæ ponit, vocatque *γρυπαιετος*, quasi dicas *gryphen aquilam*; sicut *halicetus* vocatur, quasi dicas *aquila marina*. Gryps ergo est grypæctos, hoc est, aquila rapacissima, quæ grypho, id est, maxime adneco, est rostro et unguibus. Tertio, quia Sigismundus Heberstainius legatus Cæsaris ad ducem Moscoviæ, scribit apud Moscos aquilis similes aves, sed multo majores esse; quas Mosci *kroutos* vocant. Quarto, quia aquilæ quædam in maximam quantitatem excreverunt. Narrat Georgius Fabricius anno 1550, inter Misiam et Dresdam Germania oppida, 28, v. 49, inter esse aquilæ nidum per tres quærcus extensum, in eo vitularum et ovium coria reperta, et hianulum recens alatum. Pullus unus habebat alas septem ulnis longas, cum per transversum erant expansæ, unguis erant digitis vjri magni æquales, crura leonis majora. Aldrovandus narrat in Æthiopiâ aquilas esse tam magnas et fortes, ut bovem vel equum integrum pedibus atropiant.

Paulus Venetus scribit se ultra Madagascar de avæ ræ dicta frequenter ab incolis audisse, quæ alas tantas habebat, ut penne duodecim passus longæ essent; ipsa autem tam fortis, ut elephantem elevet et asportet, atque se putasse quod gryphus esset; sed audisse, quod hæc esset, nec ulli bestie similis: quantum gryps revera, si avis est et aquila, bipes est.

Tropol. gryphes sunt principes avari, injusti et rapaces: *Nemotà justitiâ*, ait S. Aug. 1. 4 de Civit. cap. 4, *quid sunt regna nisi magna latrocinia? quia latrocinia quid sunt nisi parva regna? hoc malum tantum crecit, ut et loca teceat, sedes constituat, civitates occupet, populos subjuget, et evidens regni nomen assumit. Quod etiam in manifesto confert non dempto cupiditas, sed addita impudens. Ideo eleganter et veraciter Alexander Magno quidam piraia comprehensus respondit, cum ab eo interrogaretur, quid aibi, si mure haberet infestum? ille libera voce: *Quid tibi, inquit, ut vobis terrarum? Sed ego quæ verino navigio facio, vocat tibi; quia tu magna classe, imperator. Nero nunquam eampiam officium delegavit, nisi hæc adjoiceret: Scis quibus nihil est opus, et hoc agimus, ut quia quid habeat. Vox predone quam principe dignor.* Flavius Vespasianus quoniam rapacissimum quemque promovere solebat, ut mox ditates condempnaret, vulgò dictus est officarios suos habere pro spongias: quod (veluti spongias) et siccos mactelaceret, et humentes exprimeret. Ita Suetonius. Batio Dalmata à Tiberio rogatus, cur toties cum suis à Romanis defecisset, eisque tantam cladem intulisset? respondit: *Vos in causâ estis, qui ad greges vestros custodiendos, non canes distis aut pastores, sed lupos.* Ita Dion in Augusto. C. Caligula, cum cum Antonia avia moneret, ut quædam secus ageret: *Memento, ait, mihi omnia in omnes fi-**

cere. Ludovicus XII, Rex Franciæ, dicere solebat ut habent Annales: *Plethem et rusticos esse pasqua tyrannorum et militum; tyrannos autem et milites esse pasqua diabolorum.* Phalaris dicere solebat: *Ego qui expertus sum utrumque, tyrannidum malum subesse quam præsee. Subditus enim aliorum malorum securus, nunquam tyrannum metuit; tyrannus autem et eos qui fortis insidiantur, et illos per quos servatur.*

HALIÆTUM. Græcè *ἁλιαιετός* idem est quod *aquila marina*, à mari et piscatoribus sic appellata; &c; enim est mare, et *ἁλιετός* est piscor; *ἁλιετός* verò est aquila; de qua Plinius 1. 10, c. 5: *Halicetus*, ait, est species aquilæ clarissimâ oculorum acie, librans ex alto sese, visoque in mari pisce præcepta in eum ruens, et discussis pectore aquas rapinas.

VERS. 14. — **JUXTA GENUS SUUM, JUXTA SPECIES SUAS, PER SPECIES SUAS; MULTIS ENIM SUNT VILITUM ET MILVORUM SPECIES.**

VERS. 15. — **IN SIMILITUDINEM SUAM, ID EST, SECUNDUM SIMILITUDINEM SUAM, Q. D. : OMNES AVES SIMILES CORVO, VEL CORVINAS QUASI IMMUNDAS HABEO ET CENSEO, EDIQUE VETO. ID PATEBIT V. 19.**

VERS. 16. — **LARUM. LARUS SIVE GAVIA, UT EAM VOCAT ARISTOTEL., NATAT IN AQVIS, ET VOLAT IN AERE, AIT ISYCH., PISCUMQUE EST PRæDO.** Ita Oppianus lib. de Aucupio, puta in Ixentibus, id est, in viscatoris, sive in arte capiendi aves visco. Unde proverbium, *larus hians*, pro rapace et furace. Hinc et orta est fabula, latus olim fuisse homines, qui primi venationem et prædam marinam exerceverunt: deinde à diis in aves mutatos, juxta urbes et portus volitantes, veteris etiamnum artus et prædationis meminit. Ita Oppianus. Larus quoque est symbolum gulae, unde Alcæus in emblemato gulae, gulosum ita depingit:

*Gurgulione gravis, tumida vir pingitur alto,
Qui larum aut manibus questu concrotatum.*

Verè Juvenalis Sat. 1:
Sunt quibus in solo vivendi causa palato est.

Et Socrates: *Alii, ait, vivunt ut comedant; ego comedo ut vivam.* Et Seneca 10 Rhetor.: *Quidquid, ait, animi voluit, quidquid piscium natati, quidquid ferarum discerit, nostra appetitur ventris; quare nunc cur avido miramur? quia mortibus vitimus.* Audi S. Hier. contra Jovin. et in epist.: *Semper saturitati juncta est invidia: victus nisi venter et genitalia, pro membrorum ordine est et ordo vitiorum.* Et rursùm: *Cor habet in ventre gulosus, lascivus in libidine, cupidus in Ingre.* Et rursùm: *Hippocrates in Aphorismis docet erassa et obesa corpora, quæ crescendi mensuram impleverunt, nisi citò ablatione sanguinis mitigantur, in paralytin et pessima morborum genera erumpere. Non enim in uno statu manere naturam coramper, sed ut creasca ad decrescere; non posse vivere illa, nisi crescendi capax sit.* Et Galenus ait, quorum vitio et ars sagina est, nec vivere posse diu, nec sanos esse, animasque ita nimio sanguine et idigebis, quasi tuto involutas nihil lenæ, nihil calæste, sed semper de carullibus eructare, et ventris ingluvium cogitare. Hugo

viser. tr. de Claustro anime: *Superstitiosum nimis sit, quidam in visis preparandis cibis adhibent studium, lapsula decoctionum, frizarum et condimentorum genera excoquunt; modo mollia, modo dura, modo frigida, modo calida, modo cocta, modo asca, modo pipere, modo alio, modo cyano condita, secundum consecutionem pręparantium multierum desiderantes: ita ut eis delectant coquorum artes, questiones, et sollicitudo. Ipsi vident colere ventrem tanquam Deum. Et rursum: Solent Dis templa construere, altaria erigi, ministri ad servandum ordinari, immolari pecudes, thura concremari; ita Deo vestri templum est coquina, altaria mensę, ministri coqui, immolata pecudes cęca: carnea, fume incensorum, oratio vaporum. Audi et D. Alanum tr. de Complectiva natura: *Hęc, ait, pestilentia non vulgaris immunditate cantata, profundius se porrigit in prelatos, qui salomonis, lucias, cateręque pisces variis decoctionum cruciatu martirij, lapidum adulterantes officium sacro pipere fofo papizant, ut eis tali sapientate multiformem vaporem gratiam consequantur. In eadem mensa terreste animal piperis inundatione submersitur: piscis natat in pipere, avis ejusdem viscozitate ligatur; doneque tot animalium genera suo ventris ergastulatur in carcere, aquatilis animal secum pedetere aeręcumque genus in eodem sepulchro intumescit miratur: quibus si deter licentia exentat, egressis et poris sufficit ampliato.**

Alius: *Est calicum remex, et neritis sympandorus.*

VERS. 17. — Intra istis, egyptia est avis, serpentibus et scorpiis infesta, lique vescoens, que rostri ad medicam salutigenam adhibens, per eam partem se percutit, quod reddi ciborum onera maxime est salubre, quod adveniens. Egypti chysiere sunt imitati; istis ergo homines docuit chysterem. Ita Plinius l. 8, c. 37, et Plutarch. dialog. an bestias aliqui rationis insit; merito ergo istis ex lege immunda est avis. Solinus tradit, ibi ore generare et contigere. Idem de corvo nonnulli putant et putant. Sed hec est fabula, quam valide refutat Aristoteles lib. 8 de Generat. animal. 6; unde enim semen ex ore in matricem permearet? daret enim prius transire stomachum: isti autem concoquerent. Fabula inde nata est, quod corvi raro videntur uti venere, sed sæpè rostris jungi.

VERS. 18. — Onocrotalis. Sept. venunt pellicanus. Fortè eandem intelligunt vocem. Nam et Oppianus in Ixentica onocrotalum vocat eundem quem pellicanum; et Gesnerus l. de Avibus, in onocrotalo, speciem onocrotali recenset pellicano congenerem: quin et S. Hieronymus Psal. 104, 7, cum Septuag. Hebr. kas pellicanum verit, et in comment. ejusdem loci, asserit pellicanum vocari onocrotalum. Porro onocrotalis dicitur ab *onco*, id est, *causis*, et *crotales*, id est, *crepitaculum*, eo quod absone voce crepitante rudemem asinum referat. Dicitur à nonnullis *gutharesa*, ab ingluvie, que in gutture ejus, instar struæ propendit, atque in nonnullis tanta est, ut quinquies viros pisces vorat sorptu uno; imò ex Francisco Sanctio narrat Aldrovandus Ornith. lib. 19, c. 2, in onocrotalo quodam, eum præ gravidine cecidisset, et caput esset, parvulam ovem *Æthiopen* inventam

esse. Hebraicè vocatur *kaa*, à vomitu, tum quia aquam quam inglutit illa continet, vomit, ut prædam ex ea seligat et comedat, teste Plinio l. 10, c. 47; tum quia cœchas devorat, et calore gurgulionis, vel stomachi sui, apertas vomit, ut ex eis carnem ab ostreis seligat et devoret. Merito ergo hec Judæis immunda fuit avis: quin et Christiani ea abstinent, quia carnem habet duram, excrementitiam, et vix ferendi odoris, maxime cum annosior est, ait Aldrovandus. Ab aliis tamen ejus proprietates, hec avis in bonum capitur: nam ob rudem et logobrem ejus vocem, ponentes et genentes assimilantur pellicano, sive onocrotalo, Ps. 104, 7. Sic et aquila, herodii, milvi, pro diversis eorum qualitatibus nunc in bonum, nunc in malum, capiuntur. Sic leoni comparatur tum Christus, ob fortitudinem, Apoc. 5, 5, quam diabolus, ob crudelitatem, 1 Petr. 5, 8. Ita Badulph. et Isychius.

PORPHYRIO. Porphyrio avis est in capite habens ventri cristam, magnitudine par gallinis, sed crura et longiora; à colore nomen invenit, rostrum enim habet rubicundum, uti et crura. Hinc grecè dicitur porphyrio, id est, purpureus. Ita Oppianus in Ixentica, Gesnerus et Aldrovandus. Rapine piscium inhiat, ait Procopius, et solo morem bibit, omnem cibum aqua subinde tingens, deinde pede ad rostrum velut manu afferens. Ita Plinius l. 10, 46; et Aristot. l. 8 Histor. animal. c. 6. Adde ex Polemone Aldrovandus, porphyriorem indoesim esse, nec unquam mansuescere, et ex *Æliano* et Callimacho, eum nullius aspectum pati sibi comedit; itaque secedere et in occulto comedere. His de causis immundus habitus est. Alia tamen ex parte mirè ejus pudicicia laudatur. Refert ex Polemone Athenus lib. 9 de Genes sapientum cap. 12, porphyriorem in domibus nutritam, mulierum pudicitia esse custodem, earumque adultrium sagacissimè deprehensum, suo suspensio et necè indicare ac prodere. Sed quomodo per se avis liquo se suspendat? Quare rectius per abstinentiam à cibo, et per inodium se necando, eum id facere dixit Polemon, et ex eo Aldrovandus, qui et ex Træte addit, eum tum esse pudicum, ut viso scorto expiret.

VERS. 19. — Herodionem. Hujus avis Aristot., Plinius, Oppianus et alii non meminerunt: quis ergo est herodius vel herodion? Primò, S. Augustinus in Psal. 105, 18, intelligit fulicem. Secundò, Albertus Magnus tract. de Avibus, potat esse aquilæ speciem nobilissimam, que chrysaetos et stellaris dicitur, quia herodius sit heros, id est, rex et dux, avium, uti vocatur Psal. 105, 18. Tertio, Radulphus, Lyranus, Gesnerus et alii multi, potant herodium esse falconem, adeoque præstantissimam ejus speciem, que hierofalco, vulgè *girfalco*, dicitur. Unde et S. Hier. in Psal. 105 dicit herodium aquilæ vincere, eisque dominari: ita et Glossa ibidem. Quarto, Theod. Gaza in lib. 9 Aristot. de Hist. anim. c. 4 et 18, et alii consentent esse ardeam. Eandem enim que ibi Aristoteles de herodio, Plinius scribit de ardea, lib. 19, c. 60. Quintò, probabilius videtur herodium esse ciconiam. Ita Suidas, R. David, et passim Hebræi. Probatur primò, nam herodius ho-

braicè vocatur *chasida*, à pietate: *chasid* enim est pius, ciconia: autem pietas in parentis ubique celebratur.

Dicitur: *Chasida* significat etiam *niltrum*. Respondeo: Nilvus vocatur *chasida* per antiphrasin, quasi minimè huius, sed rapax et vorax. Secundò, quia Suidas herodii um dicit ait, quasi *Egæa*, id est, palustrem (Egæa enim est palus); in paludibus autem versatur ciconia, ibique rapax et serpentes depascitur. Tertio, quia Ps. 105 herodius vocatur dux avium, scilicet cicurum; talis autem est ciconia; nam licet æquile et falcones superent ciconiam, tamen eorum nidi (de quibus agit Psal. 105), et hominibus, et avibus aliis inegnoti sunt.

CHARADRIOS. Charadrius dicitur à charadris, id est, præcipiti et cavernosis riparum locis, in quibus degit. Ita Aristot. lib. 9 Hist. animal. cap. 11. Avis hæc est stupida que mures venatur, noctisque est amica instar nocturæ. Unde proverbium *Charadrium imitans*, de eo qui latet et lucem fugit; hinc immunda Hebræis est habita, quin et Aristoteles eam vocat prævaravem.

Nota. Vigniti avium species hæc quasi immunda nominantur, et comedi vetantur; quia omnes ferè sunt rapaces; quædam etiam quia incifuge sunt et nocturnæ: uti bubo, charadrius, resperillio; quædam quia amphibie sunt, ut larus et mergulus; quædam quia sordide, ut upupa, ibis, noctua; quædam quia bestie potius sunt quam aves, ut struthio; quædam quia melancholice sunt, ut herodius sive ciconia; multæ etiam ingluviosæ sunt, unde longiore sunt collo, et hincque de profundo aquarum limo exquirunt et expescuntur; quædam denique quia intemperie sunt nimis calida, ut corvus et cygnus, cuius pluma licet alba sint et molles, caro tamen est dura, nervosa et nigra: unde et excrementa habet albiora. Aves enim calidæ summi flagra per album stercus eiciunt; bilem vero retinent. Contrarium faciunt eæ que frigide sunt. Ex quibus patet has aves partim esse aptas, meritorie ex lege censeri immundas.

TRIPOLIS. Radulphus: Vigniti hæc aves, inquit, potant viginti vitæ potentium, et eorum qui sublimes habent spiritus. Primò, aquila notat potentiam superbiæ. Unde Esch. 17, 7, Nabuchodonosor comparatur aquilæ grandi magnarum alarum. Secundò, gryphes significant potentiam crudelitatem. Tertio, haliaetus, qui non est tantis viribus, sed tamen prælo, significat violentos in pauperes. Quarto, milvus significat potentium insidias. Quintò, vultur castra et cadavera assectans, significat eos qui quasi vultures principum et aulorum sunt assectæ, ad hoc ut eorum ope illos exspolent, quos Alphonsus rex Aragonum solchat vocare Harpyas aulæ suæ. Sic et Seneca epist. 96: *Qui, inquit, amico agro asidet hereditatis causâ, vultur est, cadaver expectat.* Rursum vultures sunt voraces et gulosi. Nam, ut scribit Epiphanius in Physiol.: *Vultur canis omnibus voracior est; quadrupla enim debus cibo abstinet, quem etiam invenit, totidem nec ex illo liberè ingurgitat; itaque quadruparium*

abstinentiam quadrupenarum ingluvie compensat. Vultures ergo sunt, qui post jejuniùm quadragesimæ à paschate ad pentecosten se infarciunt et ingurgitant. Sextò, corvi sunt, qui mortibus pascentur alienis. Septimò, struthio, qui herodii similis est pennis, sed non volat, Job 39, v. 16, nota hypocritas, qui sub religionis specie aliis nocent. Qui intus est Nero, foris Cato, inquit S. Hieronymus, monstrum est simile illi poetico:

Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra.

Tales sunt,

Qui Curios simulant, et bochanalia efunt.

Diogenes apud Laert. l. 6, c. 2, cuidam sibi placuit, quòd leonis exuvio tectus ingrederetur: *Non tu deas, inquit, vultus utrogula pudesce? Indocorum enim esse censuit, quòd homo mollis Hercules amictum sibi vindicaret.* Alexander nonnullis Antipatri frugalitatem laudantibus, quòd austera vitam ageret: *Foris, ait, Antipater albus est, intus verò totus est purpureus, notans factam illius pernicitiam, cum esset aliqui amabilissimus.* Ita Plutarch. in Apophth. Reg. Achilles apud Homerum Iliad. 4, sic ait:

Is mihi juxta inveis, ut atri limina Ditis,

Qui verbis aliud proferunt mente volat.

Trojanus equus à Grecis concinatus Trojanos fefellerit, quia Minerva formam mentis est, inquebat Diogenes: ita facit et hypocrita.

Qui muscum redolentem circumferunt, iis anima foetet: sic et hypocritæ qui plurimum pietatis speciem exhibent, iis foetidissimè mordet. Rectè ergo comparantur struthioni. Nam, ut ait S. Gregor. 7 Mor. 1: *Struthio volandi speciem habet, sed unum volandi non habet: sic hypocritæ cunctis intentibus imaginem de se concinnata imitant, sed levare viam sanctitatis ignorant.*

plabati, ac sacris resistebat juxta ritum quem Deus prescribit c. 14.

Dico secundò, lepra hæc Judæorum dissimilis et alia fuit à leprâ nostrâ, quæ magis est elephantiam quam lepra. Negat hoc Abulensis, censetque eandem esse lepram nostram cum leprâ Judæorum, sed nunc esse magis arrosivam quam fuerit tunc. Verum non fuisse eandem patet primò, quia, ut mox dicam, lepra Judæorum erat ferè tantum in cute, nostra verò carnes et ossa depascitur. Secundò, lepra Judæorum etiam vestes et muros ac domos invadebat, ut patet v. 29, nulla autem jam est lepra quæ vestes aut domos corripit. Tertio, lepra nostra est incurabilis; lepra autem Judæorum erat curabilis, sæpèque curabatur, ut patet hoc e. et seq. Neque id mirum videri debet: sic enim videmus sæpè quinque regionem, et quodque clima proprias habere, uti qualitates et affectiones, ita et morbos, imò unum eundemque morbum in alio climate alium esse, aliisque habere symptomata. Atque hæc fuit causa, cur tempore belli, sacri tot Belgæ, Franci, Germani ex Judda domum rediit, leprosi inde redierint, ideoque tot ubique erectæ fuerint leprosorja, quæ etiam nunc extant, sed sine leprosis.

Dico tertio lepra Judæorum similis fuit veteri lepræ Græcorum, de quâ Hippocrates lib. de Affectionib. ita ait: *Lepra, et pruritus, et scabies, et impetigines, et vitiligo, et alopecia, à pituita fiunt; sunt autem turpiditudo magis quam morbi.* Ratio est, nam vetus Judæorum lepra, ut ait S. August. lib. 2 Quæst. Evang. q. 40, sæpè coloris vitium fuit magis quam valentudinis, aut integritatis sensuum atque membrorum, eadem de causâ leprosi à Christo non sanati, sed mundati dicuntur. Talis autem fuit lepra Græcorum, sive communis: nam, ut rectè Joannes Mainardus, medicus insignis, lib. 6 Epist. ex Galeno probat, lepra est vitium cutis leviculæ, adeo scabiei simile ut vix ab eo

discernatur. Pari modo, ait Cajetan., lepra hæc Judæorum fuit morbus, ut potius vitium in cute magis quam carne residens, idque multiplex et varium, adeoque ipsa scabies hinc vocatur lepra, si gravior sit, et communem simpliciterque superet. Quare hæc lepram accuratè dissentiens, Franc. Valæsius, medicus illustris lib. de sacrâ Philosoph. c. 19, censet per lepram hæc varia vitia cutis et turpiditudo externi corporis accipiendi esse, quorum unum nascitur ex alio, idque ex redundantia pituitæ vel melancholicæ, per variam alterius intentionem aut remissionem. Unde patet ipse hoc e. v. 6 et 59 describi vitiliginem; v. 5 et 7 scabiem cum squamis, quæ lichen, seu impetigo dicitur; v. 9 elephantiam vel ejus initium; v. 29 adorem; v. 38 alopecia vel ophrasin, uti singulis versiculis fusiõ ex ipso dicam: hinc

Dico quartò, leprâ hic non unum esse morbum, sed varium et multiplicem, non tantum specie, sed et genere differentem, adeoque analogicè extendi ad vitia vestium et domorum. Hæc enim lepra quæ hoc capite describitur, non tam morbi sunt quam deformitates seu putrescentiæ quædam cutis, eoque varietate et multiplici. Unde non mirum est, si non tantum animatis sed et inanimatis conveniant, præcipuè ubi à causâ aliquâ communi gignuntur, et popularitèr grassantur: nec enim, qui solus communis popularium morborum potest esse causa, tantum undique atque circumstat inanimata, æque ut animata; licet diversimode afficiat, non tantum inanimata, sed et ipsa animata. Differentia enim est inter lepram hominis, bovis, ovis et suæ. Est tamen omnium lepra eadem analogicè: hæcque omnes lepræ sibi invicem affines sunt et propinquæ, adeo ut mutuum sit contagium, et animata lepram inanimatis afflicare possint. Lepra enim hæc, ut dixi, non tam morbus quam corrosio, corruptio et putrescentia quædam est: nam putrescere omnia possunt, præter ignem, agrotare autem sola viventia; hucusque Valæsius cap. 19 et 20. Cui tamen addendum puto, lepram hæc Judæorum non per omnia similem fuisse lepræ Græcorum, quæ vulgò à medicis lepra vocatur, et in cute residet: sed potius eam medium quid fuisse inter lepram et elephantiam, atque non tantum eutem, sed et halitum, ac consequenter interiora vitiatæ; ideo enim v. 45 jubentur leprosi os tegere, ne halitu suo pravo alios inficiant. Licet enim hæc lex ceremonialis sit, tamen ipsa, uti et alia, in naturâ et naturâ hæc causâ fundata est. Rursùm, eam sæpè non tam naturalem fuisse, aut ex naturalibus causis ortam, quam à Deo specialitèr Judæis instar plagæ fuisse indictam, ac proinde hujus lepræ physicas et medicas causas, ac symptomata per omnia à medicis jam assignari non posse, paulò ante ostendi et fusiõ ostendit v. 47.

VERS. 2. — *HOWO IN CUTES CUTE ET CARNE ORTUS FERUNT DIVERSES COLOR, SIVE PESTELA, AUT QUASI LEUCENS QUIPPAM, ID EST, PLAGA LEPRÆ.* Sic et Chald.: *Lepra in Hebræis alius est ordo, sic enim habent: Cui fuerit tumor sive pustula, aut macula carni adhaerens, quod noster veritè: Divercus color, aut candidans*

quippam, ut ait in carne ejus, in plagam lepræ, id est, ut videatur esse lepra, vel lepræ suspitionem ingerat. Septuag. vertunt *σπίς* equalitèr à *σπένω*, cicatrix significatiõis, vel *λευκός*. Significatiõis, id est, significans esse lepram. Ita Lych. Nota è *λευκός*, sellit, ut videatur esse quasi fulgentes surfares, aut squamæ; nam hæc possunt esse initia vitii abeuntis in malignum, et in aliquid lepræ genus, inquit Valæsius.

ADJECTUR AD AARON SACERDOTEM. Quia sacerdotis est judicare an quis apius, id est, mundus sit, ut ei liceat ingredi sanctuarium; an immundus et ineptus, ut ab eo arceatur sit; ac consequenter ejus est judicare de leprâ, an et qualis sit. Secundo, quia sacerdotis veteres judicantes inter lepram et lepram, typos erant sacerdotum legis novæ, quibus communicata est à Christo potestas ligandi et solvendi peccatores. Ita S. Hieron. in c. 15 Math., et Chrys. lib. 5 de Sacerd.

VERS. 5. — *QUI CUI VIDENT LEPRAM IN CUTE, ET PILOS IN ALBUM MUTATOS COLOREM.* Alio modo pilorum carnis, ex quâ descendit; corruptionem et vitium arguit. Nam lepra, ait S. Cyril. l. 15 de Adorat. fol. 309, fit ex eo quod caro emoriatur; excutitur enim albus illis absumpti cute, et in profundum semper serpens: quo fit ut pilus, qui in illis paribus exoritur, languescens exalbescat, ac volat supra unâ cum subjectâ terrâ corruat. Est hæc prima lepræ species illa quæ à medicis, inquit Valæsius supra, vocatur lichen, vel impetigo, vel lepra volatilis, quia serpit et quasi volat per partes; ab Arabibus vocatur *barra*, vel *al-barra*, albus, gigniturque ex pituita salis vel melancholicæ. Ejus duo hic dantur signa: primum, pilos qui ex leprosa cute nascuntur, in album coloreis mutari; secundum, ipsam lepram humiliorum esse reliquâ cute, quorum causam hæc dicit Valæsius: *Cum enim, ait, lichenes illi maligni à salis pituita nascuntur, vel sola, vel mixta cum atrâ bile, necesse est, ubi partis temporis admodum infestatiõ est, et in typis excrescenti naturam velut matuta, nullam admodum esse cutem, ac proinde siccum et contractam, ac reliquâ cute, quæ sunt eorum, humiliorum.* Rursùm: *Ubi orta corruptione sit ex quibus oriuntur, ubi cutis ab pituita ita erit facie candida, ut ipsum substantiam modum mutare in candidiorem, pilos quoque ex sepe nascentes canidos reddat.*

IPSAMQUE SPECIEM LEPRÆ. Hebr. *asepe canis*, id est, apparentem speciem lepræ. Vide can. 30.

HUMILIORUM. Lepra enim et cutem et carnem exedit.

ET AD ADJUNCTUM EICUS SEPARABILITER. Hebr. et *incipiet eam sacerdos, et pollutum judicabit eam*, ac consequenter separandum et emittendum extra castra. Describitur hoc cap. note quibus discerni possit qui leprâ gravi, qui levi infecti sint; qui facili curari possint, qui sint incurabiles; ut qui simpliciter tantum scabie deprehenderentur laborare, mundi judiciali dimitterentur, quos spes esset fore ut mundarentur, recluderentur; qui verò viderentur desperata

emundationis, omnino separarentur et extra castra collocarentur.

Vers. 4. — **SIN AUTEM ULCERIS CANDOR FUERIT IN CUTI.** Aliter, ait S. Cyril. l. 15, *infirmus est carnis, vel potius cutis, lepra permissa, nisi quid malum illud non in profundum agit, sed palliat in summo corpore, neque unquam pilam in albam colorem: neque tam late funditur, ut recipiat nequeat, sed levis remedia curatur.*

Vers. 5. — **ROLLERET EUM SEPTIM DIEBUS ALIUS.** Jabet hic Deus leprosum per hebdomadam secundo reddi: qui exacte, si obscurior fuerit lepra, neque creverit in cute profundius vel latius serpendo, hoc est, si non se diffunderit in cutem, et signa lepra facta sint obscuriora, ita ut aliorum qui morebat suspitionem lepra, jam immutatus sit in nigredinem, vel obscuratus esse desierit: ac tunc jabet lepram vocari non esse, sed peritum, seu scabiem, ac dimitti hominem lotis vestimentis. Mundus enim est, hoc est, non est leprosus, sed embloens solum: quod est leve, et solo vestium mundissimum, licentiam ut iterum uti, et prout victo liberabitur, praemissa, si opus sit, aliqua corporis emundatione. Ita Valerius.

Nota, hic et inferiori passim vocari lepram, illum quo esse videtur, vel de quo erat suspicio quod esset lepra, citius postea deprehendatur non esse lepra.

Vers. 6. — **MESEBAT EUM, id est, mundum declarabit et pronuntiabit;** simile est v. 34, et Gen. 41, 15, ubi dicit pharaon: *Ego redactus sum, tunc, cisternae, pro quo Nehe. est, ad reddendum officio, illum suspendio, scilicet Josephi vaticinio suo.*

Vers. 7. — **QUOD SI FORISQUE A SACRARIO VITAE EST, ET REDUERE MENSURE, (PERICH) LEPRAM CONVEYAT, ABORREDET AD EUM, ET INHIBITIONE CONSERVABITUR.** Ea haec secunda species lepra repellit, sive recurrens. Talis enim lepra condemnabitur, quia apparuerit in eo signa permanentis et radicata lepra: nam heras umbrae magnum corporis apparatus, et in eam propensionem significat, emnesque in vitia corporis natura morbi vult radicum: necesse vero in quem corpus valide propensionem est, facile alit in habitum: itaque ut incrementum macularum, ita et repellit suspectum et malum signum est, consuetudine merito quo semel reperit saepe repetitur lepra; neque unquam futurus homo tatus ab immunditia, quare immunditiae condemnabitur. Ita Valerius.

Tropologicè, lepra est quodlibet peccatum, ait Theod., et praesertim haereticus, inquit Rupert, et Bedo, quoniam haereticus proprie est lepra coepit, ut dicitur v. 20: cutis colorque ejus est conversationis humana visibilis species: caro est conscientia interna: pili sunt cogitationes se prodentes: cum in his apparuerit lepra, patet defectus puritatis sicut et coloris: aut puritatis, id est, conscientiae corruptio; aut lenitas palpium. *Hic est, tentas evidenter emnescen; sacerdos separaret eum à cetero libellum ad septem dies, usque*

ad plenam lepra vel cognitionem, vel emundationem, si obscurior apparuit, et non creverit, scabies est, id est, lepra culpa: sin iterum creverit, lepra est, id est, vivens et perseverans delibatio peccandi. Ita Radolph. Quaesivit aliquando S. Ludovicus Franc. rex ex Senesclalco Campaniae, malleine lepra inflicta an peccato? cumque is respondisset: Peccato, scriber enim perstringens: *Talo, inquit, caro errat. Ecce ne lepra peccato funditur, quod etiam potest moriem affligit? Tu itaque si me amas, cum mentem mutato. Ita refert Jouvill. in ejus Vita c. 94. Eiusdem sensus et sententia fuit alter S. Ludovicus, regio stemmate natus, qui ex Franciscano factus est episcopus Tolosanus; dabat enim: *Prima mihi peccat, non dico regnum hoc caducum, sed orbis totum, quoniam in Deum meum amicit peccat, ergo honorem quibus anteposendum noni. Ita habet eps Vita cap. 10.**

Vers. 10. — **LEPRAM QUOTIE CARO VIVA APPAREBIT, LEPRAM VETUSTISSIMA JERBARIT.** Est haec tertia species lepra, scilicet lepra iocunda, quae in viva est carne, cum prout fuerit in cute et capillis: nimis enim est grave maffi colorum solus cutis, quam rapillo-rum etiam: parvis vero quam utrumque est, ipsam jam vivam sub cute carnem lepra respersam esse, ita scilicet ut ipsa sit alba, et mundum substantiae carneae amiserit: id enim lepra vetustissima, et cuti iocunde esse comest, quia vitium ex pilis salis, sed subjectam carne per vasa, canque in vitiosae sicut naturam mutavit. Haec autem an sit alba, et scilicet subjecta caro sit leprosa, medici explorant fricatione et aen: si enim caro sicca non rubeat, et si puncta non non sanguinem, sed lacteam aut aqueam humiditatem reddat, signum est eam esse lepra inferam: haec lepra est elapsiva, praesertim si carnem deponatur et exeret. Ita ex Galeno, Avicenna et Paulo Aegineta Valerius.

Tropologicè, Radolph.: *Lepra carnis non vive est mala delibatio, quae licet vitali, cito tamen mortificatur: sed lepra carnis vive est illa quae peritoxa vehementius radicat, et sacerdotalis admonitionis clausuram non recipit; quare antiquum radice et serpat, confessione et penitentia delatatur. Nam, ut ait S. Chrysostomus hom. 53 ad populum, acer iostat diabolicus, ingressus aliquem capere volens: qui, si vel brevem arripuerit vacationem et dilationem, magnum indocit torporum. Ita Theodoricus rex apud Cassiod. epist. 44, lib. 5 Variarum: *Nam, inquit, non perierunt, angust, et venabile bonum in peccatum est accelerata correctio.**

Vers. 11. — **CONTAMINABIT INQUE EUM SACRIBUS CONTAMINABIT, id est, contaminatum iudicabit in passim accipitur hoc capite et contaminabit, v. 11, 20, 25, 27, 30. Vido can. 11.**

Vers. 12 et 13. — **SIN AUTEM EFFLOREBIT DISCERENS LEPRAM IN CUTI, ET OPERIETUR ONEM CARSEM A CAPITIS USQUE AD PEDES, QUOTID SUO ASPPECTU OCCURUM CAMT, CONSIDERABIT EUM SACRIBUS, ET TERTIO LEPRAM MUNDISSIMA JERBARIT.** Est haec quarta species

lepra, quae dicitur mundissima, id est, minime contagiosa scabies. Unde Hebe, Chald. et Graeca habent quod et paulo post in Latina sequitur, iudicabit eum mundum à lepra, quia videlicet haec scabies discerens per totum corpus, tantum est purgatio naturae, valide se undequaque purgantis, et vitiosos humores eiciens: scitis est cum in una parte condensens, vitium illius partis interiori arguit, aut certe debilem viam expultricem. In vitiosis enim corporum dispositionibus, et cacochymis optimum censent medici, si illa per variolos, scabiem, aliaque excrementa abundantem foras erumpant; quod enim non erumpit, interiori manet, et cor aliisque vitalia afficit et inficit. Ita ex Hippocrate Valerius.

Tropologè, lepra discurrens in cute, est infamia falsa criminum, quibus Christus et sancti, maxime in primitiva Ecclesia aspersi, idoloque afflicti sunt: haec discurret, in quoniam locum inventi ubi verò stabiliatur; in candore veritatis, id est, in laudem cogitatio rei veritate, idcirco lepra mundissima censetur; quippe per eam homo potius in patientia, meritis et gloria accrescit, cum sine criminali perpetratione criminis laborat suspicione. Ita Radolph. Hinc dicitur de Christo lesis 55, 4: *Et nos putavimus eum quasi leprosum, et permissum à Deo et humiliatum.* Vides quomodo haec lepra, patet infamia, realiter cutem Christi tegerit et aliterit.

Vers. 14 et 15. — **QUANDO VERO CARO VIVENS (LEPRA ASPERSA) IN EO APPAREBIT (CONSUMPTA CUTI) TUNC SACRIBUS UTROQUE PELLERET, POLLATUS DECLARABITUR.** Vido t. 6 et 11.

Vers. 16 et 17. — **QUOD SI RUBEUS VERA FUERIT IN ALBEM, ET TOTUS HOMINEM OPERIET, CONSIDERABIT EUM SACRIBUS, ET MUNDUM ESSE DEBERET, quia hoc signum est carnis sanari, et pelle rursus undequaque obdaci.**

Vers. 18 et 19. — **CARO AUTEM ET CUTIS, IN QUA ULCUS NATUM EST ET SANATUM, ET IN LOCO ULCEBIS CICATRIZ ALBA APPAREBIT, SIVE SUBRUBEA.** Nihil hic aliud dicitur quam lepram jam dictam v. 5 et seq. posse inuasci ulceribus (sive a sponte nata sint, sive iusta), sanatis patet cicatricibus: neque id mirum, quia ulcera sponte nascuntur in partibus debilibus, ob pravo succos in eas missos, et qui semel ulcerate sunt, licet cicatrice obducentur, manent tamen debiliores: quapropter et ipsa ulcera solent saepe in ipsis partibus noxari, et materia lepra in eadem parte emergere. Quae vero lepra hic eisdem notas habet, quas in reliquis partibus: nimirum prima ejus nota est, macula serpens; secunda, locus profundior reliqua cute; et tertia, pili mutati in candidam; hae enim vere ac malignae leprae notas sunt: contraria, munda scabiei signa sunt.

Nota, subruba, id est, subruba, quia licet macula lepra in reliqua cute candida sit, in cicatrice tamen relicta ex ulceribus sit aliquando subruba, eo quod sanguis quo pars nutritur, male ob ejus debilitatem mutatur, quae causa macularum est. Ita Valerius.

Vers. 25. — **SIN AUTEM STETERIT IN LOCO SUO, ULCE-**

RES SIT CICATRIZ, ET HOMO MUNDUS ERIT, quia si lepra esset, non sisteret, sed serperet; ergo id quod videtur in tali cicatrice albam vel subrumam est ex ulcere procedente, non autem est lepra.

Vers. 24. — **ALIAM SIVE LEPRAM, quia si esset ex combustionis, esset nigra; ergo cum sit alia vel subruba, suspicio est esse lepram.**

Vers. 28. — **SIN ALITER IN LOCO SUO CANDOR STETERIT NON SATIS CLARUS (obscurus, ut paulo ante dicit) FLAGRA COMBUSTIONIS EST, combustionis inflicta et relicta.**

Tropol. ulcus significat flagitiorum sanem, per quam honestatis humanae species violatur; lepra combustionis significat iram et iracundiam; haec si sanata rursus reciderint, et maculam albam, id est, voluptatum blandimenta, aut rufam, id est, cruciatum speciem discordiarum, ostenderint, considerabit sacerdos ut supra, etc.; utraque enim vana ab alterutro vitio eripi potest. Ita Radolph.

VIR SIVE MULIER, IN QUO CAPITE AUT BARBA GERITUR NATEBIT LEPRAM, ita ut lepra cutis et carnis in barba vel capillis se prodit: nam in cute esse hanc lepram, potest ex eo quod sequitur, eam humiliorum esse carne relicta. Est haec quinta species, non fetialis, sed materialis lepra: scilicet lepra herbe et capitis, quae ejusdem foras et rationis est cum lepra aliarum partium. Unde locus signa sunt eadem quae aliarum partium dicitur, nimirum lepra quo humilior est, cute relicta, et capillum mutat colorem, et sese effundit se, serpit, maligna est, aut etiam quae cum videretur esse mundata et curata, rursus emergit, redit et proserpit: quae vero hisce contraria loabit, non est maligna. Illud tantum interest, quod in reliquis partibus lepra pilos in albos commutat, in barba vero et rapata mutat eos in flavos et teneos; cufus rei causa est quod capitis lepra inuasci solent acheros (quae vulgo vocatur tinea), puta ulcuscula quaedam, quae manant et stillant sequeam quaedam liquidiori molli similes: quod aperte indicat tali etiam sanie imbutam esse illis capillis cutem. Merito ergo tates inde capilli nascuntur, tennes, inquam, et flaci, uti è reliquis partibus, quae sanata piliata in barba sunt, nascuntur albi. Causa illius sanis est hinc flavo teneis cum sanis piliata permixtio. Unde hinc mulieribus, quae tinea laborant, auro similes capilli oriuntur. Ita Valerius.

Tropologicè, superiores lepra hinc usque morum vita fuerunt: haec vero est fides, estque haereticus, qui ut lepra et in capere serpit, sicut in his peccatis scabies totum commouit gregem; statim ergo hoc tollenda et separanda est, ut ait S. Hieron. in cap. 5 ad Galat., *scintilla strum ut apparuerit extinguenda est, et fermentum à massae vicinia removendum, secunda putrida carnes, et scabiem animal à canis ovium repellendum; ne tota domus, massa, corpus et pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, inferant.* Arius in Alexandria uno scintilla fuit, sed quia non statim oppressa est, totam orbem ejus flamma populata est. Refert Gregorius Turon. lib. 4 Mirac. S. Marini, c. 11, et ex eo Baron. an. Christi. 560, quod rex Galliae cum subditis Arianae haereticis infusus à Deo puni-

tus sit, nam regio illa lepra percussa est, et filius Chararicus graviter aegrotare coepit, ut solo spiritu palpataret. Quare prae misit vota et dona ad S. Martinum, ejusque fidem orthodoxam amplectus est: inde filius ejus sanatus est, et plaga lepra cessavit; nec unquam usque nunc, inquit Gregor., lepra morbus super aliquem apparuit.

Lepra ergo in capite est error circa divinitatem Christi; lepra in barba est blasphemiam in humanitatem Christi, ejusque Apostolos aut Prophetas: per barbam enim homines perfecti signentur, qui Christo capiti coherent quasi barba, ejusque influxum proximo suscipiunt; de quo dicitur: *Sicut angustinus in egypto, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Capillus flavus et solito subtilior, est superbia: cogitatio et sol fiducia: sicut niger est: humilitas et obedientia; humilior carne locus est: erroris articulus, qui variat Ecclesie: longae est inferior. Si cutis et locus aequalis sit, radendum est, id est, et subtrahenda est facultas disputandi, ne infirmo aditu ingenio tanta mysteria discutere presumat, aequa iam veritate Ecclesie, in qua conquiscere, et cui suam iudicium subdere debet. Locus autem maculae radi prohibetur, ut erroris sui memoria homini relinquatur. Ita Radulphus et Isychius.*

Rursus lepra in capite, est arrogantia in mento: haec enim est origo *heresis. Septempler*, inquit sanctus Bernard., serm. 5 de Resurrectione. Domini, occupati nos lepra superbia; primo, in proprietate possessionum; secundo, in gloria vestium; tertio, in voluptate corporum: in ore quoque dupliciter, scilicet et in corde; in ore, quanto, cum in operibus manuramus, et quanto, cum in prosperis arroganter commendamus; in corde, secundo, propria voluntate; et septimo, propriam consilium et iudicium, quod est pater heresis. Porro haec lepra maxime viles et abjectos invadit, cum ad dignitates et fastigia eriguntur, uti experientia docet. *Comptum habes humilissimus quisque, maxime ubi alia accesserunt, superbia atque ambitio inmodicos esse. Hinc C. Marius patrum memoria, hinc Diocletianus nostrum, communem habitum supergressi sunt, dum nimis potantia ceperat, tanquam inedia refecti, instabilis est, inquit Aurelius Victor de Caesar. Præclare S. August. de Calochiz. rullu. Magna, inquit, miseria est, superbus homo: sed major misericordia est humilis Deus. Et L. 14 de Civil. A. deo, ait, dicere, superbus nile esse cadere in aliquod operum et manifestum peccatum, unde tibi displicent, qui jam tibi placendo cediderant: scilicet enim Petrus tibi displicent quando fuerit, quam tibi placuit quando presumpsit. Hinc ait Paulus: Imple facies eorum ignominia, et quærent nomen tuum, Domine. Et S. Bern. in epist. Humilitas, ait, homines similes angelis facit, et superbia ex angelis demones facit: et ut evidenter ostendat, ipsa omnium peccatorum initium, finis et causa: quia non solum peccatum est ipsa superbia, sed etiam nullum peccatum potuit, aut potest, aut poterit esse sine superbia.*

VERS. 55. — HABETUR, ut clarior appareat post septem dies an serpsit lepra.

VERS. 59. — VIR SIVE MULIER, IN CUIUS CUTE CANON APPARUIT. Describitur hic vitiligio, id est, macula simplex coloris candidi lucentis in cute, quæ non est lepra. Unde heb. vocatur *bahac*, id est, lenigio vel vitiligio in cute germinans.

VERS. 40 et 41. — VIR DE CUIUS CAPITIS CAPILLA FLEUIT, CALVUS ET MUNDUS EST: ET SI A FRONTE CEDERENT PILI, RECALVASTER ET MUNDUS EST. Recalvaster hic dicitur is cui versus frontem capilli fluunt: calvus, cui toto capite; ita ut superne totus de pilis fiat. Ita Isychius et Radulph. et patet v. 55; ita etiam hæc distinguunt et vocant Chald. et Sept.

VERS. 32 et 45. — SI AUTEM IN CALVITIO, SIVE IN RECALVATIONE, ALBUS VEL RUBES COLOR FUERIT EXORTUS, ET HOC SACERDOS VIDERIT, CONDENABIT EUM HINC DEUM LEPRÆ. Hæc enim maculae albe vel rube, significant malignos succos, qui corrumpunt radices capillorum, et lates subinde sunt in maligna alopecia, sive ophiasis, id est, profluvio capillorum, ex abundantia pituitæ, vel melancholicæ. Unde maligna hæc alopecia inter species lepræ numeratur, ita Valerius.

Est hæc sexta species lepræ, quæ scilicet est in calvities.

Tropol. capilli terrenam substantiam significant. Calvus ergo est, qui eam omnino dat pauperibus; recalvaster, qui eam retinet non ad voluptatem, sed ad necessitatem: in his color albus, id est, cupido gloriæ: vel rubens, id est, crudelitas rapinarum, ori possunt: hæc enim lepra oritur ex ipsis virtutibus, sicuti præcedentes esse vidit. Ita Radulphus.

VERS. 33. — QUICUNQUE LEPROUS MACULATUS FUERIT LEPRÆ. Quiaque res hic præcipitur leproso, ut iis quasi signis dignoscatur, aliisque eum cavere possint, ne ab eo inficiantur. Primò habebit vestimenta dissuta; secundo, caput nudum; tertio, os veste contextum; quarto, contaminatum ac sordidum ac clamabit; quinto, solus habitabit extra castra.

Nota. Quædam horum præcipiuntur propter leprosum, quædam propter alios; quædam propter utrosque. Propter leprosum, ut habeat vestes dissutas, nodum rasumque caput; ut scilicet hæc ratione expirent putridi corpora et capitis vapores. Propter alios, ut habeat os tectum, et clamet se leprosum; nulla enim res magis inficere potest homo immundus, quam anhelitus et expiratioque per os agitatur. Propter utrosque, ut habitet extra castra, solus scilicet, ne alios noceat; atque in libero aere, ut eo recreetur et sensim curetur.

VERS. 45. — HABENT VESTIMENTA DISSUTA. Hinc Abulensis censet, Judæorum vestes olim fuisse indiciæ consutas, ita ut eas induerent injecto desperat capite, eo modo quo byacinthinam tunica inducitur pontifex, Exodi 28, v. 52; ideo enim leproso assignatur hæc vestis dissuta, quia sani habebant consutas. Sed hæc ratio non concludit: poterant enim sani habere vestes consutas à lateribus, sed in pectore apertas, et nodis, uncinis, vel ligulis adstrictas; leprosi verò variis in locis et lateribus eas dissuere debebant.

CAPUT NUDUM. Hinc censet Abul. Judæos tecto capite incessisse etiam in templo, itaque orasse (unde et pontifex in templo caput culari tegebat), ut capite tecto significarent suam timorem et subjectionem legis, legique quasi pileose caput subicere et involvere debere. E contrario in lege novâ nudamus capita, in signum libertatis christiane. Unde Paulus 1 Cor. 11, 4: *Omnis vir, ait, orans velato capite, deturpat caput suum.*

OS VESTE CONTEXTUM. Chald. verit., os ejus involvetur panno sicut iugum, non quando est solus, sed quando appropinquat aliis, quos habitu infigere possit, tuncque, non aliâ, faciet id quod sequitur:

SORDIDUM SE CLAMABIT. Abulensis putat non juberi, ut clamet voce, sed signis quætor jam datis. Verum hoc non est proprie clamare. Unde Chald. disertè verit., clamabit: *Non contaminemini, neque immundis sitis.*

VERS. 46. — SOLUS HABITABIT EXTRA CASTRA, IN DESERTO, ET EXTRA URBS IN JUDÆA; intelligo nisi sit persona valde eminentis. Nam Ozias lepra percussus, permissus est, utpote rex, habitare in domo liberâ seorsim, 4 Reg. 15, 5; erat enim hæc domus ejus planè separata à populo, ut dicitur 2 Paral. 26, 21. Unde perinde erat ac si extra urbem habitasset. Quamquam S. Chrys. hom. 4 et 5 in cap. 6 Isaiæ, docet Judæos peccasse, quod reverit regalem dignitatem, regem Oziam procul extra urbem non expulerit: ideoque Deum illis subtraxisse prophetiam et prophetas usque ad mortem Ozis: tum enim coepit prophetae Isaias, nam in anno quo mortuus est Ozias, vidit Isaias illam illustrem visionem quam describit e. 6, ut patet ibidem v. 4. Sed de hæc in Isaiâ dicendum.

Hinc patet falsum esse quod scribit Manethon et alii gentium historici, teste Josepho lib. 5 Antiq. et lib. 7 Belli, Hebræos fuisse colluviem scabiosorum ac leprosozum, quos proinde Aegypto pulsos Moses duxerit in Chanaan, præcipiens eis ut peregrinis non communicarent, ne videlicet eadem de causâ Chanaanis invis fierent. Si enim ipsi fuissent tantum colluvies leprosozum, quomodo Deus jussisset eis leproso ad convictu suo separare?

Voluit Deus leproso extra castra degere, tum ne alios inficerent, tum ut in hæc solitudine ab omnibus destituti discerent ad Deum recurrere, eique dicerent: *Tibi derelictus est pauper, orphanus tu eris adiutor. Dicit hoc sanctus ille abbas in eremo, qui, ut legimus in Vita Patrum, cum sexaginta annos fuisset leprosus, atque afferretur ei à quodam pecunia quæ se sustentaret, eam rejecit, dicens: Tu post 60 annos venis auferre nutritorem meum? Ecce tantum temporis habens in infirmitate meo tibi indigni, Deo tribuente et pascente me. Atque hinc fortè factum est, ut leprosi etiam divites sint, pane non proprio, sed mendicato vivant, tanquam minis lepra suâ crucientur (si verum est quod ipsimet asserunt). Est enim panis emendicatus panis Dei et angelorum (ut ait S. Franciscus) iustigantium elemosynarios ad eum dandum, et pauperes ad petendum.*

Tropolog. Radulph.: Corpus leprosozum discooperitur, cum eorum iniquitas revelatur; caput nudatur, cum perversitatis illorum origo et radix exponitur; contaminatos se clamant, etsi non sua confessione, utpote pertinosæ, certe operum suorum confessione; ora eis clauduntur, dum omnibus confabulationem eorum execrationibus propinandi veneni facultas subtrahitur. Hæc omnibus peccatis, sed maxime heresi conveniunt. Unus enim Lutherus, unus Calvinus, quin non fuit separatim, nonne multa regna sua lepra et heresi infecit? Sic fornicator, sic ebrius, suam lepram et vitium iis quibusseum versatur affricat. *Qui teigerit picem, inquinabitur ab eâ; et qui communicaverit superbo, inducet superbiam, inquit Ecclesiast. e. 15, et: Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit; amicus stultorum, stultus efficiatur. Audi insigne Seneca consilium epist. 104: Si vis, inquit, vitium exui, longè à stultorum exemplis recedendum est. Item: Heredit tibi tumor, quantum cum superbo conversaberis; heredit avaritia, quantum avaro conviveris; incidunt libidines tuas stultulorum sodalitia. Cum Catonibus vive, cum Socrate, cum Zenone versare.*

VERS. 47. — VESTIS LANEA SIVE LINTA QUÆ LEPRAM HABUIT. Est hæc septima lepræ species, sed analogâ, scilicet lepra vestis vel domus, de qua e. seq. v. 55.

Quæres quænam hæc fuerit lepra, et unde orta? — Respondet Vales, lepram morbum contagiosum esse, non minus quam pestem: sicuti ergo videmus vestis sentina solere adherere vestibus, embeulis, domibus, pecuniis, lanibus (per hæc enim omnia accidit fieri infectionem), ita constat et lepram posse adherere vesti domi, esseque posse domum et vestem uti pestilentem, ita et leprosam. Rorsum, sicut domus aut vestis fit pestilens, ita et fit leprosa altero duorum modorum. Primò, ex aeris infectione et corruptione: sicut enim vestes contrahunt tineaem ex aere, ubi sili sunt obsite: et non ventilantur, ita et pestem et lepram. Pari modo videmus vestes, ligna, parietes, flante austro putrescere, flante verò aquilone à putredine liberari: eaque de causâ mulieres solent ad flantem aquilonem vestes suspensas distendere, ut incorrupta serventur. Secundo, ex contactu vel contagio leprosi: omnis enim contagio vel fit anhelitus, vel exhalatione et evaporatione vaporum putridorum, quæ fit per poros totius corporis, maxime per sudorem. Sic videmus speculum à muliere menstruatâ infecti sanguineo colore, eò quòd ab oculis ejus exeat spiritus quidam, et cum iis humiditates tenues sanguineæ, quæ in speculo condensantur, ut appareat in eo sanguineus color. Hæc ergo modis leprosi inficere possunt vestes et domos, eisque lepram afflere. Unde expedit eis et vestes et domos mutare, versarique in aere puro et libero; licet enim res animatae diverse sint naturæ: et temperari ab inanimis, tamen ob communem naturam, quâ utraque putredini sunt obnoxia, possunt sibi invicem communicare et affricare putrescentias non omnino similes, sed analogas, puta qualitates aliquas

corrosivas, aut putrefactivas, quæ sicut hominem, ita et vestem ac domum exedant et corrumpunt. Quare ad omnia cuius vitia servanda optimum remedium est, ait Vales., uti vestibus novis, mundissimis aut lotis crebro, usque adeo ut, sola mundities satis esse solet ad curacionem: hinc capite sequenti literata solio prescribitur in purificatione leprosi, v. 8 et 9. Sicut est contrarium quæ sordiditas et putrescentibus jam vestibus utuntur, raro sunt liberi à scabie, prurigine, pediculis: nimium potest uti vestis à cute, ita cutis à veste infectionem recipere, et utrumque seorsim putrescere: et ambo sordida cùm sunt, computrescunt se mutuo. Denique in vestibus lanæ aut pellicis, peculiaris quedam est causa, ob morbos animalium, ex quibus lana aut pelles detractæ sunt; nam scitum est illud, vestes ex lana mortuorum, pediculis fieri: pari modo et alias morbum infectionis efficiunt.

Secundò, melius alicum Theophr. quæst. 17 alter de hæc lepra sentiam, scilicet Deum olim, dum peccarent Indæ, lepram hæc infligere solitam vestibus, aut domibus eorum, ut per eam possessores ad sanitatem mentis rogarant: hæc lepram hæc non tam naturalem fuisse, quàm plagam à Deo immisissam. Videtur ergo lepra hæc fuisse illæ, vel quædam quedam corrosiva (qualis est in sole, nitro, vitriolo, quæ et vestes et stannum et ferrum exedunt et perforant) vel corruptiva, eoque prosperens, vestibus et domibus Indæ cum à Deo vel per se, vel per causas secundas infligat, idcirco videtur Indæ, et Indicis fuisse penè proprie, aliisque gentibus ferè incognita, id ita esse probatur, primò, quia jam nullam novissimam lepram in domibus aut vestibus: nec enim domus et vestes naturaliter lepra Indici solent, adeoque lepra non sunt capaces. Secundò, quia experimur jam lepram quæ est in leproso, non diffundere se in ejus vestes et domum; aliquid enim omnes leprosum vestes essent lepra infecta, atque ut putrefactam recipere, videmus. Tertio, pestis non inhæret nec infect vestem aut domum, ita ut eam interimat, consumat, ut interimit hominem, sed vesti et domui tantum adhæret, eoque reddi homini pestilentem; ita ut homo ex eâ vapores pestilentem, qui ei adhærent, contrahat, postquam indicat et consumatur; ergo pariter lepra non inhæret, sed adheret tantum vesti aut domui, nec eam facit leprosam, sed hominum tantum lepram afflicta potest: olim autem lepra inhærebat domui et vesti, eamque verò leprosum faciebat: aliâ ergo ratione domus dicebatur tunc pestilentem, aliâ leprosa: pestilentem enim dicebatur casualiter, leprosa vero formaliter. Quarto, quia cap. seq. v. 54, hæc lepra domorum vocatur plaga, scilicet à Deo immissa: hæc enim expressè significant ibi Hebræa, quæ sic habent, si dactilo (scilicet ego Deus) plagam lepræ Domini, dixit jam cariem in lignis, calce et lapidibus et perimery, nullum tamen jam in illa lepram agnecimus talem, quæ etiam novis solidisque lapides invadat, erodit et absumat, uti faciebat hæc lepra Judæorum, ut patet cap. seq. v. 44, ubi jubentur omnes

lapides lepræ infecti ex domo eximi, et novi substitui, qui si postea lepræ infecti inveniantur, jubetur domus dirui.

Unde hæc novorum lapidum infectio? — Uti que non afflictione veterum, qui jam circumterre sublatis sunt; ergo à Deo et à vindicta divina; ergo lepra hæc non tam naturalis fuit quàm opus et plaga Dei; fateri tamen Deum in hac plagâ insignitâ nequitia, et iniquitate (uore suo) consis secundis, puta aere corrupto, leprosi contactu, et similibus, uti experient panis ante Valesius: sed ita, ut hæc omnia sint propriam et adæquantur gignendi lepram in vestibus et domibus non habuerint, nisi singulariter concurrente et ineptante Deo. Loquitur de lepræ propria et perfectæ; nam si lepram tantum intelligas tuncam aliquam vestium vel cariem lignorum et lapidum, scimus hæc esse solis naturalibus causis provenire posse: atque hæc ipsa lepra hic quoque intelligitur, et quæ secundum notas et signa hic prescripta dijudicanda. Magis tamen de lepræ perfectâ, et à Deo immisâ hic loquitur Scriptura, uti dicit.

Tropologicè, leprosa vestis, id est, liber et scrip. hæretica, est comburenda et exterminanda; uti Italo-dolph. Scundò, generalis ac pulchris ideis B. d. d. ph., vestis nostra sunt opera justitiæ, de quibus dicitur psal. 151. 9: *Sacerdotes tui induantur justitiam*, quibus anima et bonæ-fam foris comparat firmam, et intus coram Deo foveat conscientiam: quæ duplex, linæ, id est, spiritalis, uti sunt mediatio, oratio, lectio; et laneæ, id est, corporalis, uti sunt opera misericordie. Vestis nostræ stamen (de quo v. ultim. et v. 55, juxta Septuag.) est intentio, quæ stat cum ad Deum et coelestia dirigitur. Subsequens est operum instantia, quibus sub hæc intentione diversis temporibus inspicitur: hæc enim morte sublevis diversa subinde petit latera, tunc in dextram contemplationis, tunc verò in actionis sinistram se transferens. Pellis est carnis mortificatio. In his omnibus potest eriri lepra alba, id est, inanis gloria; vel rufa, id est, multatosa invidia.

Denique lepra carnis est libido et gula; hujus remedium est meditatio mortis et inferni, ut cogitet homo illud S. August. tract. de honestate mulier. e. 5: *Cito præterit quod delectat, et firmat sine fine quod cruciat*. Leprosæ vestis est vestium splendor et luxus; non in vestibus quærendus est color, non odor; necessitas, non pretium; utilitas, non subtilitas; remedium est cogitare ornatum hominis esse mores bonos, et modestam vestitus. Unde Clemens Alex. ex cap. lib. 2, 10, hæc virtutis et viti plagi inagines: virtutem facit simplicitas stantem, candida vestis nudam et purâ, solâ verecundâ ornata. Improbissem contra pingit superflua et varia vesa induunt, atque alieno colore exultant. Laudo, ait Clemens, Spartanos, qui solis meretricibus floridas vestes; et aureum mundum gestare permisere, à prohis mulieribus ornatis studium aufferentes, quod solis meretricibus concederet se ornare. Lepros domus, sunt filiorum et famulorum pravi mores: hi à paternâ disciplina

coercendi sunt, et bonâ institutione virtus in domum infunderetur: nam, ut ait S. Cyprian. lib. de Habit. virginum: v. disciplina est custos spei, retinaculum et lides, dux itineris salutaris, fomes ac nutrimentum et bonæ fidei, magistra virtutis; hæc facti in Christo et nunquam semper, ac iugiter Deo vivere. Et contrario, a repressâ disciplina savit iniquitas nequitia, et inquit S. August. serm. 15 de Verbis Domini.

LEPRA REPTABILITUR, si nãnerit postquam ostensa fuit sacerdoti.

Vers. 35. — FACIEM PRISTINAM NON REVERSAM. Pristinam, quàm scilicet habebat vestis, antequàm esset infecta leprâ; permanens enim in eâ non indicat esse lepram: alius enim aliquo modo mutasset colorem. Unde sequitur:

Et quod infra sit in superficie vestimenti, vel per totam lepram. Lepros. post hæc corruptam esse nostram versionem: nam pro in superficie, vel per totam, habere est, in calcibus, vel recalcitrare. Verum dico esse metapherâ hebræam. Hebræi enim domum tribuunt et quæ sunt hominis, puta manus, pedes, caput, et hinc: sicut ergo calvitium vocat, cùm tota superficie capitis est de plie; recalcitrationem verò, cùm totam anterior partem circa frontem est calva, ut patet vers. 41, ita et in vestibus recalcitro significat superficiem ejus extimam: hæc enim nobis est quasi anterior, et illam verò significat superficiem ejus intimam, quæ nobis est quasi posterior. Unde Septuag. vertunt, in sinuque vel antequàm; uti et habent Hebræa, Latina, et Gal. v. ultim. in anacephalosis leprosum vestium: hæc et Vatabl. vertit, in parte anteriore vel posteriore vestis; et Chal., in veritate vel veritate tua; anterior enim pars vestis, quæ teritur et tractatur, fit vetustior; interior verò, quia non tangitur, nec teritur, manet quasi nova.

Vers. 36. — SIV ALIQUIS OBSERVATOR FERUIT LOCUS LEPRÆ (si lepra in domo videatur obscurari) VERBERET EUM. Sicut Trojod. expedit homini, ut eo munere prævetur, ob quod lepra superbia obscuratur. Unde S. Benedictus in Regula jubet, ut si monachus arto aliqui aut officio extollitur, inde avellatur, et alteri mancipetur, inquit Rodolph.

Vers. 37. — QUOD SI ULTRA APPAREBIT, etc. LEPROSA VULNERIS ET VAGA (similis illi in homine, de qua v. 42), DURET IGNE COMMI. Ex hujus loci sensu mystico Tertul. lib. de Pudicitia c. 24, conatur probare, multos, qui relapsi sunt, non esse recipiendos ad penitentiam; hæc enim mysticè esse quid hic dicitur, vestibus, si forsitan in eâ apparuerit lepra, esse comburendam, quia indolentem est perseverantem lepram, id est, peccatum.

CAPIT. XIV.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Hic est ritus leprosi, quando mundandus est: Adhuc erit ad sacerdotem; 3. Qui egressus de castris, cùm invenerit lepram esse mundatam, 4. Præcipit ei qui purificatur, ut offerat duos passeres vivos pro se, quibus vesel licitum est, et lignum cedrinum, vermiculatumque et byssopum,

est, perseverantem in peccato meretricie; hæc enim est lepra.

Verum hæc tantum colligi potest, meretricem non esse recidendum quàmvis appareat in eo lepra, id est, meretricie. Si enim hæc per respicientiam tollatur, jam amplius in eo non erit lepra comburenda, sed penitentia puritas ab Ecclesiâ amplectenda.

Vers. 69. — QUOMODO MUNDARI DEBEAT VEL CONTAMINARI, id est, quomodo cæteri et judicari debeat mundus, vel contaminatus: sic enim hæc duo verba toto capite accipiuntur.

VERS. 19. — MELIER QUE REDEUNTE MENSE PATITUR FLEXUM SANGUINIS (mensuræ) SEPTEN DIEBUS SEPARATUR, NON EXTRA CASTRA: NAM EJUS REI NULLA FIT MENTIO, UT SIT DE POLLUTO IN SOMNIS: HIC ENIM JUBETUR EGREDI CASTRA, Deut. 25, 10; sed separabitur à communicatione hominum, idque per septem dies, non

quod omnibus illis diebus sanguis fluat, sed quod non possit fluere ultra.

Nota. Menstrua sunt mulierum profluvium, et purgatio frigidi et indigesti humoris, quem natura quasi noxium expellit. Dicta sunt menstrua, quod quolibet mense mulieribus que ejus ætatis sunt ut possint concipere, solent accidere, unde etiam menses appellantur. Menstruorum virus describit Plinius lib. 7, c. 15: *Nihil, ait, reperitur mulierum profusio magis monstrificum: accescunt ejus supercentu musta, sterilescent tacto fruges, moriuntur insita, exaruntur hortorum germina, fructus arborum quibus insedere decidunt, speculorum fulgur ipso aspectu hebetatur, acies ferri perstringitur, ebriusque nitur; alvei apum emoriuntur; et etiam atque ferrum rubigo proavis corripit, odorque diras neta, et in rubiem aguntur eo gustato canes, atque insanabili veneno morsus infigitur.* Meritò ergo hæc menstrua, et menstrua immunda censentur. Vide hic, quid sit molier etiam speciosissima, scilicet vas sordium, esca vermium. *Mulier speciosa,* inquit Dionysius, *est templum edificatum super cloacam.*

Ita casta illa matrona monachi ejusdem tentationem libidinis sapienter elisit, dicens: *Nunc ego sum in menstruis, et nemo mihi appropinquare potest, neque adorari præ favore.* Testis est Johannes Moschus in Prato spiritali cap. 145. *Mulier ergo pulchra est seculorum dealbatur, splendorem exterius, sed interioris sanie et sordibus plenum: has enim tegit et continet pellis ejus rosea et rubicunda.*

VERS. 20. — OMNIS QUI TETIGERIT EAM, IMMUNDUS ERIT, SI SIT GRANDIOR, ET COMPOS RATIONIS, NAM INFANS TANGENS MATREM PROPERAM, SENSUSQUE EJUS UBERA, NON CONTAMINABATUR EJUS CONTACTU: HIC ENIM EXCUSAT NECESSITAS, ET NATURA PIETAS, STATQUE INFANTILIS.

VERS. 25. — QUÆ VAS, OMNE INSTRUMENTUM: SIC S. PATRIS DICITUR TUA ELECTIO, ID EST, INSTRUMENTUM ELECTUM; SIC SACRAMENTA DICUNTUR VASA, ID EST, INSTRUMENTA GRATIE.

VERS. 24. — SI COHERIT CUM EA VIA TEMPORE SANGUINIS MENSURÆ, IMMUNDUS ERIT SEPTEN DIEBUS, SI VIDELICET RES TATEAT, TUNC ENIM OCCULI EXPIARI POTERIT; SIN AUTEM RES PRODATUR, IPSOQUE ACCUSATUR ET CONVINCATUR, TUNC UNO CUM FEMINA OCCIDENDUS EST, UT PRÆCIPITUR c. 20, 18.

VERS. 25. — MULIER QUE PATITUR MULTIS DIEBUS FLEXUM SANGUINIS, PUTA HÆMORRHOIDES, QUALIS FUIT HÆMORRHOÏSA ILLA SENATA À CHRISTO, Marci 5, vers. 26, hæc immunda est et naturaliter et legaliter.

CAPIT. XVI.

1. LOCUTUS EST DOMINUS AD MOYSEN POST MORTEM DUORUM FILIORUM AARON, QUANDO OFFERENTES IGNEA ALIENUM, INTERFECTI SUNT;

2. ET ILLI DONA EST ORDRE, ET ILLI DIT: DITES À AARON VOTRE FRÈRE QU'IL N'ENTRE PAS EN TOUT TEMPS DANS LE SANCTUAIRE QUI EST AU-DESSUS DU VOLLE DEVAUT LE PROPITIATOIRE QUI COUVRE L'ARCHE, DE PEUR QU'IL NE MEÛRE; CAR J'APPARAÎTRAI SUR L'ARCHE DANS LA NÉE; ET JE PUNIRAI LA TÛMÉRIE DE CEUX QUI OSERONT M'APPROCHER SANS Y ÊTRE PRIYÉS.

3. QU'IL N'Y ENTRE DONE QU'APRÈS AVOIR FAIT CECEI: IL OFFRIRA UN VEAN DE SON TROUPAUX, POUR LE PÉCHÉ DONT IL PEUT ÊTRE COUPABLE, ET UN BÉLIER EN HOLocaustum.

VERS. 27. — QUICUMQUE TETIGERIT EA, ET, SCILICET STRATUM ET VAS. IIA ROMANA, HEBR., CHALD.; MALÈ ERGO PLANTINIANA LEGUNT OM.

Qui (sacerdos) tuxit (turturem, vel pullum columbæ) faciet (immolabit) pro peccato. Non quod fluxus ille menstruorum verè peccatum sit, sed quod sit legalis immunditia, et legale peccatum; tale peccatum erat et lepra, et fluxus seminis. Vide can. 51.

ROGABITQUE PRO EA CORAM DOMINO, ET PRO FLUXU IMMUNDITIE EIUS, UT SCILICET LIBERETUR AB IMMUNDITIA LEGALI, QUAM EX HOC FLUXU CONTRIIT. Unde hebraicè est, *expiabit eam à fluxu*; passim enim hoc capite et preced. purgatio hæc à peccato, de tali immunditia legalis accipienda est. Quare non rectè Abulens. hæc hoc versu et similia vers. 15 sic exponit, q. d.: *Orahit pro fluxu sanguinis et seminis, ut scilicet ille sistatur et non redeat.*

Tropolog. fluxus tam menstruorum quam sanguinis significat partim idololatriam; tum quia in eâ, anima, relicto Deo, per innumera deorum portenta dilabitur; tum quia idollis sanguine etiam humano litatur; ita Psychus: partim eos, qui per terrenam et carnalia desideria quibus restant, diffundunt in varias concupiscentias; hic fluxus enerves nos facit, et non diaboli precipitanti resistere possumus, invalidos reddit: hinc de tali animâ dicit Jerem. c. 2, v. 24: *Omnes qui querunt com, non deficient, in menstruis ejus inveniunt eam.* Ita Radolph.

Abulensis in c. 21 Levitici, q. 2, aliter hæc adaptat: *Leptosi, ait, fluentes semine et menstrua significunt excommunicationem uxoris: qui verò eos tangunt, significant eos qui minorem excommunicationem cum eis conversando contrahunt.* Unde et lepra, id est, excommunicationis, iudicium tantum ad sacerdotes pertinet.

VERS. 34. — DOCEBITIS ERGO FILIOS ISRAEL, UT CAVEANT IMMUNDITIAM, ET NON MORIANTUR IN SORDIBUS SEUS, CUM POLLUERINT TABERNACULUM MEUM, q. d.: CAVEANT IMMUNDI INGREDI TABERNACULUM MEUM; ALIOQUI EGO EOS MORTE PUNIAM PROPRIET SORDES SUAS, QUOD SCILICET LABORANTE SORDIDO FLUXU SEMINIS VEL SANGUINIS, QUASI FUERINT INGRESSI MEUM TABERNACULUM, ILLIUSQUE HOC INGRESSU SUO, SUIQUE IMMUNDITIA INFECTE ET POLLURE.

Schÿng. vertunt *tabernaculum* *tabernaculum* *tabernaculum* *tabernaculum*, id est, religiosè caventes facietis filios Israel ab immunditiis suis; *tabernaculum* enim et *religiosum*, et *cautum* caventemque significat.

CHAPITRE XVI.

1. Le Seigneur parla à Moïse, après la mort des deux fils d'Aaron, lorsqu'offrant à Dieu un feu étranger, ils furent tués;

2. Et il lui donna cet ordre, et il lui dit: Dites à Aaron votre frère qu'il n'entre pas en tout temps dans le sanctuaire qui est au-dessus du voile devant le propitiatoire qui couvre l'arche, de peur qu'il ne meure; car j'apparaîtrai sur l'arche dans la nue; et je punirai la témérité de ceux qui oseront m'approcher sans y être priyés.

3. Qu'il n'y entre donc qu'après avoir fait ceci: Il offrira un veau de son troupeau, pour le péché dont il peut être coupable, et un bélier en holocauste.

4. Tunicâ linéâ vestietur, feminaibus linéâs verenda cetabî, accingetor zonâ linéâ, cidarim lineam impinet capiti: hæc enim vestimenta sunt sancta, quibus emittis, cum lotus fueris, induetur.

5. Suscipietque ab universâ multitudine filiorum Israel duos hircos pro peccato, et unum arietem in holocaustum.

6. Cùmque obtulerit vitulum, et oraverit pro se et pro domo sua,

7. Duo hircos stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonii:

8. Mittensque super utrumque sortem, una Domino, et alteram capro emissario:

9. Cuius extiterit sortis Dominus, offeret illum pro peccato:

10. Cuius autem in caprum emissarium, statuet eum vivam coram Domino, ut fundat præces super eo, et emittat eum in solitudinem.

11. His ritibus celebratis, offeret vitulum: et rogans pro se et pro domo sua, immolabit eum;

12. Assumptoque thuribulo, quod de primis altaris impleverit, et hauciens manum compositum thymiana in incensum, ultra volent intrabit in sancta:

13. Et posita super ignem aromatis, nebula eorum et vapor operiet oraculum, quod est supra testimonium, et non morietur.

14. Tolle quoque de sanguine vituli, et asperget digito septies contra propitiatorium ad orientem.

15. Cùmque mactaverit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem ejus intra velum, sicut præcepitum est de sanguine vituli, et asperget e regione oraculi.

16. Et expiet sanctuarium ab immundis filiorum Israel, et a prævaricationibus eorum, cunctisque peccatis. Juxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonium, quod fixum est inter eos in medio sordium habitacionis eorum.

17. Nullus hominum sit in tabernaculo, quando pontifex sanctuarium ingreditur, ut roget pro se et pro domo sua, et pro universo cetera Israel, donec egre diat.

18. Cum autem extierit ad altare quod coram Domino est, roret pro se, et sumptum sanguinem vituli atque hirci fundat super cornus ejus per gyrum;

19. Aspergensque digito septies, et sanctificet illud ab immundis filiorum Israel.

20. Postquam enumeraverit sanctuarium, et tabernaculum, et altare, tunc offerat hircum viventem;

21. Et posita utraque manu super caput ejus, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, et universa delicta atque peccata eorum: que imprecans capiti ejus, emittet illum per fontem parvum, in desertum.

22. Cùmque portaverit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, et dimissus fuerit in deserto,

23. Revertetur Aaron in tabernaculum testimonii,

4. Et avant de tes offrir, il se revêtira de la tunique de lin, il couvrira en lui ce qui doit être couvert, avec un vêtement de lin; il se ceindra d'une ceinture de lin; il mettra sur sa tête une tiare de lin, car ces vêtements sont saints; et il les prendra tous après s'être lavé.

5. Il recevra ensuite, de toute la multitude des enfants d'Israël, deux boucs pour le péché du peuple, et un bélier pour être offert en holocauste.

6. Et lorsqu'il aura offert le veau pour son péché particulier, et qu'il aura prié pour soi et pour sa maison,

7. Il présentera devant le Seigneur les deux boucs à l'entrée du tabernacle du témoignage:

8. Et jetant le sort sur les deux boucs, pour voir lequel des deux sera immolé au Seigneur, et lequel sera le bouc émissaire, qui sera envoyé dans le désert.

9. Il offrira, pour le péché du peuple, le bouc que le sort aura destiné à être immolé au Seigneur.

10. Et pour celui que le sort aura destiné à être le bouc émissaire, il le présentera viv devant le Seigneur, afin de faire sur lui les prières, et de l'envoyer en suite dans le désert.

11. Ayant donc soin que tout soit fait selon l'ordre qui lui est prescrit, il offrira premièrement le veau de son troupeau; et priant pour soi et pour sa maison, il l'immolera au Seigneur.

12. Puis il prendra l'encensoir qu'il aura rempli de charbons de l'autel; et prenant avec la main les parfums qui auront été composés pour servir d'encens, il entrera au-delà du voile, dans le Saint des saints.

13. Afin que les parfums aromatiques étant mis sur le feu, la fumée et la vapeur qui en sortira couvrent l'oracle qui est au-dessus du témoignage, au sort qu'elle se dérobe à la vue d'Aaron, et qu'il ne meure point, comme il arrivait s'il l'avait regardé avec curiosité.

14. Il prendra aussi du sang de veau, et y ayant trempé le doigt, il en fera sept fois les aspersions vers le propitiatoire, qui est à l'occident, et vers le voile qui est du côté de l'orient.

15. Et après avoir immolé le bouc pour le péché du peuple, il en portera le sang au-dessus du voile, selon qu'il lui a été ordonné touchant le sang du veau, afin qu'il en fasse les aspersions devant l'oracle.

16. Et qu'il purifie le sanctuaire des impuretés des enfants d'Israël, des violences qu'ils ont commises contre la loi, et de tous leurs péchés. Il fera la même chose au tabernacle du témoignage qui a été dressé parmi eux, au milieu des impuretés qui se commettent dans leurs tentes.

17. Que nul homme ne soit dans le tabernacle, quand le pontife entrera dans le Saint des saints, pour offrir pour lui-même, pour sa maison et pour toute l'assemblée d'Israël, jusqu'à ce qu'il en soit sorti.

18. Et lorsqu'il en sera sorti pour venir à l'autel des parfums, qui est devant le Seigneur, qu'il prie pour soi; et qu'ayant pris du sang du veau et du bouc, il le répande sur les cornes de l'autel, tout autour;

19. Ayant aussi trempé son doigt dans le sang, qu'il en fasse sept fois les aspersions, et qu'il expie l'autel et le sanctuaire, le purifiant des impuretés des enfants d'Israël.

20. Après qu'il aura purifié le sanctuaire, le tabernacle et l'autel, il offrira le bouc vivant;

21. Et lui ayant mis les deux mains sur la tête, il confessera toutes les iniquités des enfants d'Israël, toutes leurs offenses et tous leurs péchés: il en chargera avec impénitence la tête de ce bouc, et l'enverra au désert par un homme destiné à cela.

22. Après que le bouc aura porté toutes leurs iniquités dans un lieu solitaire, et dimissus fuerit dans le désert,

23. Aaron retournera au tabernacle du témoignage; et ayant quitté les vêtements dont il était auparavant

et depositis vestibus, quibus prius indutus erat, cum intraret sanctuarium, relictiis illi,

24. Lavabit carnem suam in loco sancto, indueturque vestibus suis. Et postquam egressus, obtulerit holocaustum suum, ac plebis, rogabit tam pro se, quam pro populo:

25. Et adipem, qui oblatas est pro peccatis, adolebit super altare.

26. Ille verò, qui dimiserit caprum emissarium, lavabit vestimenta sua et corpus aqua, et sic ingreditur in castra.

27. Vitulum autem et hircum, qui pro peccato fuerint immolati, et quorum sanguis illatus est in sanctuarium ut expiatio completeretur, asportabunt foras castra, et comburent igni tam pelles quam carnes eorum ac finium;

28. Et quicumque combusserit ea, lavabit vestimenta sua et carnem aqua, et sic ingreditur in castra.

29. Eritque vobis hoc legitimum sempiternum. Mense septimo, decimâ die mensis, affligitis animas vestras, nullumque opus faciatis, sive indigena, sive advena qui peregrinatur inter vos.

30. In hac die expiatio erit vestri, atque mundatio limini.

31. Sabbatum enim requietionis est, et affligitis animas vestras religione perpetua.

32. Expiabit autem sacerdos, qui unctus fuerit, et cuius manus initiate sunt ut sacerdote fungatur pro patre suo: indueturque stola linéâ et vestibus sanctis;

33. Et expiabit sanctuarium et tabernaculum testimonii atque altare, sacerdotis quoque et universum populum.

34. Eritque vobis hoc legitimum sempiternum, ut cretis pro filiis Israel, et pro cunctis peccatis eorum semel in anno. Fecit igitur sicut præceperat Dominus Moysi.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — LOCUTUS EST DOMINUS AD MOYSEM, POST MORTEM PONTIFICIS AARON. q. d. : Mox à morte et étrage sacerdotum novellorum, et hæc de festo expiationis sanxit Deus, ut hoc exemplo et vindictæ cautiones deinceps redderet sacerdotibus in exequendo officio suo, et lege quam hic statuit.

Quæres, quando et cum institutum sit hoc festum expiationis? — Hebræi, quos sequitur Lyran. et S. Thom. 1-2, q. 102, art. 3, ad 10, et Ribera lib. 3 de Templo c. 11, putant hoc festum institutum esse in memoriam remissionis idololatricæ, quæ Jureti vitulum aureum conflavit, Exodi 32, 1: idcirco celebrari decimâ die septembris, eo quod illo die Moses descendit de Sinâ, ferens secundas legis tabulas, et denuntians populo peccati remissionem, Deumque eis jam esse placatum: putant enim ipsi, Mosen ter fuisse in monte per 40 dies, ita ut universi ibi cum Deo fuerint 120 dies, hæseritque in monte usque ad 10 die mensis septimi; nam Moses ascendit in montem

reverti lorsqu'il entra dans le sanctuaire, et les ayant laissés là,

24. Il lava son corps dans le lieu saint; et il se revêtit de ses habits pontificaux. Il sortira ensuite du lieu où il se sera lavé pour venir à l'autel; et après avoir offert son holocauste et celui du peuple, il priera tant pour soi que pour le peuple;

25. Et il fera brûler sur l'autel la graisse qui a été offerte pour les péchés.

26. Quant à celui qui aura été conduit le bouc émissaire, il lavera dans l'eau ses vêtements et son corps; et après cela il rentrera dans le camp.

27. On apportera hors du camp le veau et le bouc qui ont été immolés pour le péché, et dont le sang avait été porté dans le sanctuaire, pour en faire la cérémonie de l'expiation, et on en brûlera dans le feu la peau, la chair et la fécule, sans en rien réserver, parce qu'il s'est offert pour les péchés, aussi bien que pour le peuple.

28. Quelqu'un que les aura brûlés, lavera dans l'eau ses vêtements et son corps, et après cela il rentrera dans le camp.

29. Cette ordonnance sera gardée éternellement parmi vous. Au dixième jour du septième mois, depuis le soir du jour précédent jusqu'au soir de ce jour, vous affligerez vos âmes par un jeûne exact et rigoureux; vous ne ferez aucun ouvrage de vos mains, soit ceux qui sont nés en votre pays, ou ceux qui sont venus de dehors et qui sont étrangers parmi vous, mais qui ont embrassé votre religion.

30. C'est en ce jour que se fera votre expiation, et la purification de tous vos péchés, et que vous vous purifierez devant le Seigneur.

31. Car c'est le sabbat et le grand jour du repos; et vous y affligerez vos âmes par un culte religieux, qui sera perpétuel.

32. Cette expiation se fera par le grand-prêtre, qui aura reçu l'onction sainte, dont les mains auront été consacrées pour faire les fonctions du sacerdoce à la place de son père; et s'étant revêtu de la robe de lin et de ses vêtements saints,

33. Il expiera le sanctuaire, le tabernacle du témoignage et l'autel, les prêtres aussi, et tout le peuple.

34. Et cette ordonnance sera gardée éternellement parmi vous, de prière une fois l'année pour les enfants d'Israël et pour tous leurs péchés. Moïse fit donc tout cela, selon que le Seigneur le lui avait ordonné.

septimâ die mensis tertii, ut dixi Exodi 24, 12; et Exodi 33, 19. Inde numerâ dies 120, pervenies ad 10 diem mensis septimi. Verum hæc sententia falso nititur fundamentum: nam primo, Mosen non ter, sed bis tantum fuisse in monte per 40 dies, scilicet semel ante primas tabulas, et secundo, ante secundas, ostendi Exodi 31, 28; idem magis patet Deut. 9, 25. Secundo, quia dñi post descensum Moysi de monte, ac promulgatum peccati veniam (que contigerunt anno primo egressis ex Ægypto, die 28 mensis quinti, ut ostendi Exodi 24, 28), occisi sunt filii Aaron, videlicet fabricato jam tabernaculo, sub initium anni secundi; institutio autem hujus festi occisit post occasionem horum filiorum, ut hic dicitur. Inque cum erectum sit tabernaculum, et Aaron filique ejus consecrati sint sacerdotibus die primo mensis primi anni secundi egressis Hebræorum ex Ægypto, ut patet Exod. 40, vers. 12 et 15, inde die octavo occisi sint filii Aaron, offerentes ignem alienum, ut patet Levit. 10,

4, collato enim cap. 9, 4, Deus autem hoc festum instituerit mox post eadem horum filiorum, uti hic dicitur; hinc sequitur Deum circiter die nono mensis primi instituisse hoc festum expiationis, jussisseque illud celebrari die decimo mensis septimi.

Respondeo ergo prima: Occasio hujus festi instituti fuit peccatum irroverentiae, in tabernaculo admissum a filiis Aaron, offerentibus ignem alienum, ut hic insinatur. Ad illud enim praecavendum, et ad reverentiam tabernaculi et sacrorum sciendam et inculcandam, jubet hic Deus, ut non nisi semel in anno pontifex Sancta sanctorum ingrediat, ad tabernaculum expiandum, idque non nisi cum summa reverentia, et praemissis multis ritibus et sacrificiis. Respondeo secundo: Causa festi fuit, ut eo fieret generalis expiatio omnium peccatorum, toto anno tam a sacerdotibus quam a populo admissorum; sicuti apud Christianos in festo paschae fit communis omnium expiatio, per confessionem omnibus indictam; cuius rei hoc festum expiationis aperitissimum fuit symbolum et figura, de quo plura v. 29.

Nota. Jidel hoc festum non celebrant toto tempore 40 annorum, quo peregrinati sunt in deserto; nam post dedicationem tabernaculi, nulla amplius ab eis in deserto oblata fuerunt sacrificia, quo tamen hoc festo hic jubetur offerri.

VERS. 2. — NE OXI TEMPORE INGREDIATRE SANCTUARIUM QUOD EST INTUS VELUM, puta intra sanctiorem tabernaculi partem, que ab interiori dirimitur velo, diciturque Sanctum sanctorum. Ex v. 2 et 29, et 33, et clarior est Epist. ad Hebr. 9, 7, colligitur semel tantum in anno, scilicet decima die mensis septimi in festo expiationis, licentia pontifici ingredi Sancta sanctorum, idque non nisi cum incenso, et praevio sacrificiis, qua hic praescribuntur; ut haec ratio loci, Deique ibi habitantis, reverentia et religio tam pontifici, quam populo, incuteretur.

Opinantur aliqui, id quod sancitur hic, ut nemo nisi summus pontifex intret in Sanctum sanctorum, idque semel in anno in festo expiationis, limitandum esse ad solemnem ingressum, quo solemniter res divina facienda erat in Sancto sanctorum: nam transacto illo tempore licuisse his, qui sanctitate erant insignes, ingredi Sanctum sanctorum. Sic enim S. Jacobum illud ingressum esse testatur Epiph. har. 78, et Hege-sippus lib. 5, et ex eo Euseb. lib. 2 Hist. cap. 23. Ita censet noster Christoph. à Castro in Hist. Deiparae cap. 5, p. 125, additque B. Virginem presentatam in templo habitasse, vel certe orasse in Sancto sanctorum. Hoc enim disertè asserit Erodianus successor S. Petri in cathedra Antioch. apud Niceph. lib. 2, c. 35, et Germanus Constant. Patriarch. oral. de Oblatione Mariae. Accedunt Andreas Gretensis de Dormit. Deiparae, et Gregorius archiep. Nicomedie oral. de Oblatione Mariae, qui dicunt B. Virginem in adytis seu penetralibus templi habitasse. Verum haec limitatio videtur esse nimia legis laxatio; lex enim disertè dicit sancit, que ne summus pontifex (multò nimis quilibet alius sacerdos vel Judaeus) unquam ingrediat Sanctum

sanctorum, nisi cum sacra peracturus est in eo, ad illud expiandum in die expiationis. Unde Abulens. hoc loco expressè docet, nulli omnino nisi pontifici licentia ingredi Sanctum sanctorum, excepto unico Mose, qui erat supra pontificem, ut ipse legislator et dux populi. Hic enim jussu Dei in dubiis ad consulendum Dei oraculum ingrediebatur Sanctum sanctorum, libique Deum sibi ad singula ex propitiatorio respondentem audiebat, ut patet Num. 8, 79. Secundo, quia virgines Deo devotae, inter quas habitavit B. Virgo Deipara, degabant in atrio ad ostium tabernaculi, ut patet Exodi 38, 8, et 1 Reg. 2, 22. Quis ergo dicat illas omnes habitasse vel orasse in Sancto sanctorum? Idem videtur dicendum de B. Virgine, praesertim cum illo tempore arca et incognita esset ejus sanctitas et dignitas, quod scilicet futura esset mater Dei? atque ipsa ex humilitate suam sanctitatem elans ceteris virginibus sese reprobabat, imò submittebat, juxta illud: *Resperit humilitatem ancillae suae*. De S. Jacobo ingrediente Sanctum sanctorum quid sentiendum sit, dixi in proemio ejus epist. Patres qui dicunt B. Virginem habitasse in adytis, vel in Sancto sanctorum, omnes, excepto uno Germano, qui nimis clarè loquitur de Sancto sanctorum stricto accepto, per adyta et Sanctum sanctorum valentur accipere sanctuarium, sive templum: hoc enim vocatur Sanctum sanctorum, id est, Hebraè phrasi sanctissimum, comparatione facta cum domibus locisque profanis. Igitur B. Virgo habitavit in Sancto sanctorum, id est, in templo quod erat sanctissimum, puta in atrio: hoc enim erat templum laicorum; in coque erat penetrabile, id est, habitaculum intimis et semotis, in quo habitavit virginibus Deo et templo addictae. Aut certe vocatur Sanctum sanctorum, quia illi forniciosis obversum erat, aut cohaerebat sicut etiamnum habitacula annexa templo, tempore nomine censentur. Orantes enim in templo, praesertim virgines sacrae, spectabant Deum in Sancto sanctorum residentem.

Allegoricè, significabatur Christus hic suo sanguine ingressurus in Sanctum sanctorum, et eorum reseraturus. Ita Apostolus Hebr. 9, 12. Semel enim in anno illic ingressus est Christus: nam annus in hoc legali sacrificio omnium temporum exprimit eursum et circuitum. Ita Radulph.

Tropologicè, in personà summi pontificis, omnis cum capite suo Christo, electorum Ecclesiae designatur; ingredimur enim et nos qui vivimus Sanctum sanctorum; puta eorum, non adhuc reipsa, sed per spem, meritum, desiderium et contemplationem: nubes humanitatem Christi, vel divinae visionis profunditatem significat. Ita Radulph.

QUIA IN NUBE APPAREO SUPER ORACULUM, super propitiatorium. Nota. In Sancto sanctorum tam tabernaculi quam templi nulla erat fenestra, nulla lucerna aut lux, idque ad reverentiam tantorum arcanorum quae erant in Sancto sanctorum, quae proinde Deus à nemine, ne à pontifice quidem, conspici volebat. Hinc quia pontifex illud ingrediente, et valvas vel cortinas aperiente, aliquod lumen ex lucernis quae ardebant in

Sancto, vel ex radiis solaribus per has valvas diffundebatur in Sancto sanctorum, hæc de causâ jussit Deus ad illud offuscandum, pontificem adolere thymiamia, et sufflari nubem fumosam toti loco induci, ne quid videre posset, ut aspectum Sanctorum quem pontifex revelarat ingressus, nubes velaret incensi, inquit Origenes; et maxime ne pontifex videret corpus angeli, secum loquentis vice Dei ex propitiatorio, sive oraculo. Licet enim non sit certum, tamen satis probabile est, angelum ita loquentem corpus humanum aequè ac vocem assumpsisse: idque probatur primo, quia hoc significat hæc verba: *In nube apparebo super oraculum*, q. d.: Ex nube crassa formabo mihi corpus, illudque assumam et collocabo inter cherubim super arcam, ut ex propitiatorio respondeam et fundam oracula: hæc de causâ vicissim corpus illud incensi fumo quasi nube contigi volo, ut per illud quasi per velum appaream et loquar. Secundo, quia hoc naturalis est, ut scilicet vox humana à corpore humano, quam à puro aere procedat. Tertio, quia Ezechiel e. 1 vidit Deum specie humana insidentem curru cherubim: simile autem, imò idem fuit in cherubim arcae mosaice, uti ibi dixi. Quarto, quia idem volebat Deus pontificem ingredi Sancta sanctorum cum incenso, ut ejus fumo hoc suum corpus tegetet, ne à pontifice conspici posset; ad vocem enim Dei loquentis tegendam, non erat opus fumo, vox enim non videtur, sed auditur, et vocem hanc suam audiri volebat Deus. Quinto, quia ob hanc causam dicitur, Daniel. 5, 55, Deus sedere super cherubim in propitiatorio, indeque loqui (loqui enim est oris et corporis humani; nemo enim sedens loquitur nisi homo) Exod. 25, 22, Num. 7, 89, quia scilicet corpus hoc à Deo, id est, ab angelo Dei personam sustinente, assumptum, sedebat in propitiatorio, ita ut arca esset scabellum pedum ejus, psal. 98, 5. Est hæc sententia Abulens. q. 22 in Exod., Villalpando lib. 4 de Templo, c. 54, et aliorum. Contrarium tamen sentit Cajetan., scilicet Deum hic non assumpsisse corpus, sed apparuisse tantum per nubem et fumum incensi: *Conspici, inquit, Deum in nube super propitiatorium, et eum in nube thymiamatis super propitiatorium representari.*

VERS. 5. — NISI HEC ANTE REGERIT: VITULUM PRO PECCATO OFFERET, ET ARIETEM IN HOLOCAUSTEM. Ante, etc., offeret, partim immolando, ut vitulum pro peccato: hujus enim sanguinem inferre debet in Sanctum sanctorum; partim presentando Deo, ut arietem; hic enim aries non ante, sed post pontificis in Sanctum sanctorum ingressum, et rursus egressum, immolabatur in holocaustum.

VITULUM PRO PECCATO OFFERET. Hunc vitulum offerret pontifex pro suis et suæ familie peccatis, toto anno scienter vel ignoranter admissis, ut patet vers. 6; nam pro peccatis populi non vitulum, sed hircum offerret, ut patet v. 7 et 15.

Allegoricè Christus obtulit vitulum, id est, seipsum pro peccatis suis, id est, nostris, quæ ipse in se luenda transtulit: oravit pro se et domo suâ, id est, pro Apostolis et omnibus credentibus, Joan. 17, v. 9;

obtulit et hircum, id est, penitentiam populi sui. Ita Radulph.

VERS. 4. — TUNICA LINEA VESTIETUR, FEMINALIBUS LINEIS, etc., puta femoralibus, tegentibus utrumque femem, sive femur.

Nota. Pontifex hoc festo expiationis non nebatur vestibus pretiosis sibi propriis, et pontificalibus, uti clarè, tunica hyacinthinâ, ephod, rationali et balteo; sed tantum communibus minorum sacerdotum: quia supplicat pro veniâ peccatorum tam suorum quam populi, et tunc hoc festum non lætitiæ, sed morosis, penitentiae et afflictionis; unde, peccatâ expiatione, oblaturus holocausta tunc demum assumebat vestes pontificales. Simile jam videmus in die paracæves, cujus hoc festum erat typus: Ecclesia enim denudatur, sacerdos, imò et episcopus, solùm diaconorum albis indutus, cum pergit officium passionis: quo peccato, ad perficiendum Missæ sacrificium propriis et pretiosis vestibus, puta sacerdotales vel pontificales, induit.

VERS. 5. — SCISCIPIETQUE AB UNIVERSA MULTITUDINE FILIOREM ISRAEL DUOS HIRCOS PRO PECCATO. Hæc est hostia pro peccatis totius populi, toto anno scienter vel ignoranter admissis.

Dices: Hebr. 9, 7, dicitur pontifex hæc obtulisse tantum pro sua et populi ignorantia; ergo non pro peccatis scienter admissis.

Respondeo: Ignorantia tibi, uti et alibi sæpè, significat omne peccatum: nam, ut ait Sapiens Prov. 14, 22, et Aristoteles, 5 Ethic.: *Omnia peccata cat ignorantia, quia imprudens.*

VERS. 6. — PRO DOMO SUA, pro totâ familia sacerdotum omnium et Levitarum; nam hi non continentur nomine populi, sed ad pontificis domum pertinent.

VERS. 8 et 9. — MITTENSQUE SUPER UTAMQUE (super ambo hircos copulatio) SORTEM, TAM DOMINO, ET ALIUTERAM CAPRO NECESSARIO: CUIUS EXIIT SORS DOMINO, OFFERET ILLUM PRO PECCATO. Super duos populi hircos talis jubetur hic jaci sors, ut pontifex duas, v. g., chartulas accipiat, uni inscribat nomen Dei, alteri nomen capri emissarii, mox utramque misceat, vel abscondat in urnâ aut simi: et inde educat unam, eamque imponat uni hirci, alteram vero alteri; cui inposita fuerit chartula Dei, hic immoletur Deo pro peccato populi; alter vero, cui obdicit chartula capri emissarii, dimittatur liber. Hinc Judæi fabulauerunt Deum hoc die expiationis sedere, et distribuere sortes cuique hominum, utque quæcumque unicuique erentura sunt toto anno, disponat et constituat. Unde alii ex eis fundant sanguinem avis vel bestiae super capita eorum quos diligunt, ut eis propient Deum, ut scilicet Deus, si eo die iudicet et decernat eorum sanguinem esse effundendum, pro eo suscipiat sanguinem hujus bestie. Refert et refatit hoc Abulens.: sapit enim superstitionem gentilitium; nam gentiles dies habebant fastos et nefastos, fustos et infastos, hos cavebant, illos ambiebant. Ita Lucinius cum Tigrano dimicetrus pridè nonas octobris, quæ dies nefasta erat, quòd illo die Cimbrî copias Carpiens delerant,

dicens tunc quodam istam diem abominari Romanos et formidare: Pugnavimus ergo, ait, hodie strenuo, ut hanc diem quoque ex nefasitate et tristis fatum latamque Romanis reddamus. Ita factum est; nam quinque tantum Romanorum amissis, ultra centum hostium millia inierunt; testis est Plutarchus in Lucullo.

Allegorice, hircus pro peccato significat Christum patientem et morientem in cruce; hircus emissarius significat Christum divinitatem, qua in passione pati non potuit, et libera mansit; ita Theod. Isechius et Cyrill. lib. 2 contra Julian. ante medium: aut, ut Procopius, emissarius significat Christi amicum et spiritum, qui a morte liber evasit, et sermo die in corpore glorioso resurrexit. Secundo, hircus pro peccato significat Christum immolatum; emissarius significat genus humanum, quod per Christi mortem a morte liberatum et manumissum est; ita Cyrill. ibidem. Tertio, distinctus et agnus ad tropologiam, Origen. et Beda hic, atque S. Hieron. (vel quisquis est auctor: videtur enim ipse graeco et hebraice fuisse imperitus, ac consequenter non esse S. Hieron.) in cap. 15 Marci, per hircum pro peccato intelligunt Christum morti adjudicatum; per emissarium Barabam (milde et Ripeat: per duos hos hircus accipit Christum, et antichristum per Barabam praesignatum), qui dimissus est, liber quasi in excrementis peccata seum ferens populi clamantis et dicentis: Crucifige, crucifige.

Tropologie, hircus pro peccato sumi electi et salvandi; hircus emissarius sumi reprobi et damnandi: sors est divina reprobatio et predestinatio; res Deus electos certissimis iudiciis ab ista seculi aeterna perdat, de qua dicitur Psalm. 50: In te sperant, Domine; dixit Deus meus ego in: in manibus tuis sors mea, q. d.: Cujus sortis ego, sim necdum scio, tunc tamen potestatis huc, caeco, scio, ut tibi sors mea exeat, et in electorum laetum partem me transferat. Hircus enim Dei, non manet hircus, sed Deo occiditur; ita paucientes vicia sua trucidant, et vitam conantur, adeoque omnes Sancti et electi propter Deum mortificatur tota die, imo et occiduntur, ut martyres, ut puri et gloriosi resurgant; alter vero emissarius manet hircus, et ut hircus dimittitur in solitudinem, id est, in terram tenebrosam, nisi nullus est ordo, sed summa desolatio, puta in infernum, ut in lucula a feris, id est, daemouibus. Ita Radolph. et Beda.

Malè ergo gentiles hanc sortem dixerunt esse fatum, quod omnibus rebus et actionibus hominum necessitatem imponeret. Fatum, inquit Chrysippus apud Gell. lib. 6, c. 2, est sempiterna quaedam et indelivabilis rerum series, et catena volubilis semperque nova, et implicata per aeternos consequentiam ordinis, ex quibus aptata conezaque est. Et Seneca in Oedipod.:

Fatis agimur, cedit fatis.
Non sollicitas possunt curae
Mutare rati staminis fati;
Quidquid patimur mortalia genus,
Quidquid facimus, venit ex ailo.

Et Solon dicebat fatum mortalibus adducere mala simul et bona. Verum S. Scriptura contrarium docet, scilicet

et bona quidem ex gratia Dei oriri, sed cooperantur libero arbitrio: mala vero, nisi sunt peccata, obdura-tio, etc., ac consequenter ipsa reprobatio et damnatio, oriri ex mala hominis voluntate, quam Deus per-mittit et ordinat ad justam penam.

VERS. 10. — CURS ARTEM IN CAPREM EMISSARIUS, STATUIT EUM VIVERE CORAM DOMINO, UT FUNDAT PARCES SEPER EO, ET ERITAT EEM IN SOLITUDINEM. Alter est hic hircus sive caper, scilicet emissarius, sive emissus in solitudinem, ut eò quasi secum deferat peccata populi, qui sacerdos illi imprecatus est, et quasi capiti ejus imposit.

Nota. Pro emissarium, hebr. est Azzel, quod primo redentiores Rabbini, et eos secuti Vahl. et Oleaster, putant esse nomen montis, in quem hic hircus dace-batur, et ex quo precipitabatur. Addunt Judaei, filium vel juvenulum rubrum ad cornu hirci alligatum, fuisse verum in album, si hircus peccata populi con-donaret; sin autem, mansisse rubrum. Unde vir di-cens hircum in solitudinem, eum hanc coloris muta-tionem in illo videt, mox inflabat cornu: inde illi oculis suo dispositi Jerusalem usque, similiter buccina insonabant, ut omnis populus terre sciret sibi esse dimissa peccata. Fabellam hanc refert Oleaster. Secundo, R. Abraham putat Azzel significare demo-nium, quia fortis est. Unde quod nos habemus, in caprum emissarium, hebr. est lazzel, quod R. Abra-ham vertit, pro fortis, q. d.: Statnet pontifex hunc se-cundum hircum, sisteteque Domino, ut ipse populum liberet à forti, id est, à diabolo: sic et Valentiniani apud Irenaeum lib. 1, cap. 12, ponunt Azzel esse no-men demonis. Idem sensit Julianus Apostata, quem refutat Cyrillus lib. 9 contra eundem. Hinc et Cornel. Agrippa fugis magus lib. 2 de occultis philosophiis, assereit Azzel esse nomen unius demonis ex eis qui elementis praesunt, quique suas operas magis et sagis impendunt: eundem quoque meridiem regem esse, Aemaymonque vocari ex Hebraeorum Cabala liberum autem magatur. Sic et Reuchlinus lib. 5 de Arte Cabalistic. tradit azzel in exercito Satanae latissime im-perare.

Credibile est ex hisce Judaeorum et haereticorum signmentis, demonem aliquem postmodum hoc nomen Azzel assumpsisse, ut magos et sagas in hoc eorum errore confirmaret. Unde et eisdem in hirci specie apparet, et in eadem ab his adoratur, ferique potest ut hic hircus pariter ab eis vocetur Azzel. Nam ab olim demones hirci speciem indidisse, eò quod animal hoc lascivum sit superbumque, patet ex eo quod ipsi in Scriptura vocantur retrim, id est, pilosi et hirsuti instar hirci, nisi inter alios annotavit noster Del-rio de Magia lib. 2, q. 27, sect. 5.

Ita legimus in Vitis Patrum lib. 6, tom. 2, numer. 12, Julianum Apostatam imperatorem suum habitasse demonem Azzel, sive emissarium, quem ipse ex Per-side misit in Occidentem, ut ei inde responsum ali-quod afferret; quinque pervenisset demon ad locum in quo habitabat Publius monachus, stetit fidenter per dies decem immobilis, quia monachus ille contemp-tor

orabat, itaque impediobat ejus transitum. Regressus ergo demon, et rogatus à Juliano: Quare tardasti? Respondit: Publius monachus transitum meum impedi-it, itaque re infesta redi. Julianus indignatus mi-natus est Publio; verum intra paucos dies Dei nutu interceptus est.

Tertio, alii Azzel vertunt depulsoarium, scilicet vindicta divina, hoc est, expiatorium: talis enim erat hic hircus.

Verum dico, caprum Azzel, hebr. idem esse quod caprum abentem, vel emissarium: ita enim vertit nos-ter et Septuag. qui eum vocant ἀπορριπτός ὑψισθίου. Unde et Symmach. et Aquila vertunt, caprum qui emittitur in solitudinem, teste Theodoro. Compositur enim azzel ex az, id est, caper, et azal, id est, ablat, ablatu est; dicitur caper ex, eò quod obstruuntur fron-tes cornibus gerat, à rad. azz, id est, firmavit, robo-ravit: porro laeas praelegitur azzel, ut significet dis-cretionem et terminum sortis, idemque est quod praepositio pro; sors enim unius hirci erat ledonai, id est, pro Domino, ut scilicet illi immolaretur; alte-rius vero erat lazzel, id est, pro capro emissario, ut scilicet emitteretur quasi piaculum populi in desertum.

De hoc ergo capro dicitur: Statnet (pontifex) eum coram Domino, ut fundat super eo parces, ut scilicet confiteatur peccata sua et populi, Deumque roget ut illa transferat in hircum. Usulo hebr. est ad expian-dum in eo, hoc est, per eum. Haec per prolepsin dicuntur: nam emissio hirci hujus fiebat peccata ex piaculo Sancti sanctorum, postquam pontifex inde redisset, ut patet v. 20 et 21.

Hic ergo hircus emissarius erat quasi amuleta, catharta et piaculum populi, cui populus per ponti-ficem omnia sua peccata imponebat, ut ille is onus-tus, ea secum extra castra efferret in desertum: pe-riunde ac Romani et Graeci tempore communis pestis aut suis homines piaculares seligebant, eisque necan-do diis devotivum ad cladem avertendam; quale piaculum fuit Curtius qui in histum urbis sese precipitum dedit. Quò de re plura dixi 1 Corinthi. 4, 15.

Hinc etiam apud gentiles erant dii ἀπορριπτοί, ἀζελιαί, ἀπορριπτοί, ὑψισθίου, quorum id est, emissarii, depulsores malorum, avertentes solventes, fugientes mala: hinc et depulsoaria sacra dicta sunt, quae de diis depulsoibus et mala avertentibus fiebant, de quibus Girald. synl. 1.

VERS. 11. — OFFERET VITULUM. Non erat hinc vitula rufa de qua Num. 19; illa enim extra castra, pro peccato populi, hic vero in tabernaculo, pro peccatis sacerdotum immolabatur.

VERS. 12. — ASSUMPTORQUE THURIBULO, ET BAGIENS MANU COMPOSITUM THEMAMA, COMPOSITUM EX STACIO, OUYCHLA, GALLIANO ET THURE, UT PRAESCRIPITUM EST EXODI 30, v. 34 et 35.

VERS. 12 et 13. — ISTRIBIT IN SANCTA (in Sanctum sanctorum: quod pluraliter vocatur Sancta, ad em-phasis: erat enim sanctissimum) UT POSTERIS SUPER IGNEM ARBORIATIS, STRELA FORUM ET VAPOR OPERIAT GRACULUM QUID EST SUPRA TESTIMONIUM (id est, supra

arvam, in quò est testimonium, id est, lex sive tabula legis, ut dixi Exodi 25, 21), UT NON MORIATUR. (Quia si non adoleverit thymiana, quod fumo suo operiat; graculum sive propitiatorium, et corpus illud à me assumptum in eo residentia, morietur, eò quod illud videre praesumpsit.

Thuribulus sicut corda Christi et sanctorum; ignis est Spiritus sanctus; thymiana sunt virtutes; suffusus sunt orationes sanctorum, Apocal. 8, 4. Quid ergo Aaron jubetur thuribulum de igne altaris implere, praesignificat potestatem Christi, qui mentem humanam, quam pro nobis assumpsit auro justitiae radiante, spiritalis amoris facibus inflammavit; pari modo qui Christi sunt, et ipsi thuribulus suis ignem imponunt, et incensa addunt, quia ex amore divino virtutes concipientes, ad celestium promissionum beatitudinem deside-ria sua extendunt, sed adhuc cum morore et in amigmate. Unde nebula hic est: illa ascendere dicitur, quam aliquando secuturata est flamma, cum videbant ea facie ad faciem: atque hi vitam inveniunt, et mortem evadunt, inquit Radolph.

Pulchre S. Amb. explanans illum Psal. 118, igni-tatem descriptam suam nimis, et serpens tuus dilecti illud: Quoniam, ubi, Dominus ignem usuro sparavit testamentum, qui secretus mentium divine ardore cognitionis inflammavit affectus, qui superum fidei et devotionis adhaeret, qui ex-piilatorem virtutis accendit. Hic igne calcstratus dicit Jeremias: Et erat ignis flammarum in oculis meis.

Hic verumque igne celestium vaporum (Cicopius et ille alius, qui simul cum Domino ob Jerusalem usque ad caedulam conlocerant iter, dicebant: Nomen cor nostrum ardere erit in nobis; cum operiret nobis Scripturas) Et rursus: Fortis ut mora dilectio, dura sicut infernus occulatio. Durus totus, quem vltus hujus nulla vincit il-locetra. Durus sicut inferi, per quem peccato morimur, ut vincamus Deo. Et S. Chrys. hom. 32 in Acta: Qui igne Christi, vita, captus fuerit, talis fit, quodis cives ma-lore volui super terram habitans. Adde nihil curae est ei gloria et ignominia. Tentationes autem sic contemnit, et flagella et carceres, quasi in alieno corpore pateretur, vel quomodo modum si adamantine possideret corpus. Quia autem amaris sunt in hinc vltu, ita videt, et non cogit, sicut nos ipsi mortui corpora mortui. Et hinc ma-ccar in medium flammis non succidit, sed fugiat, ite et affectiones ad illos accedere non audent.

VERS. 14. — TOLLET QUOQUE DE SANGUINE VITULI, ET ASPERGET DIGITO SEPTIES CONTRA PROPITIATORIUM, VERSUS PROPITIATORIUM (non enim sanguis hic tan-gebat vel attingebat ipsum propitiatorium, ut rectè advertit Abd.). Causa erat, non quod propitiato-rium peccasset, sed quod ipsum peccatis populi, in cujus medio erat, toto anno commissis quasi pol-lutum et contaminatum videretur; ut ergo hinc pol-lutum tolleretur, sacerdos, et populus qui eausam pollutionis dederat, dabant sanguinem hirci et vituli pro sanguine suo, cujus, uti et mortis, fieri erant. Explicatio autem hinc fiebat non in altari holocausto-rum, quia illud factis quotidianis sacrificiis expliaba-tur; sed in altari thymianatis, et in Sancto sancto.

rum : que duo quasi sanctissima, maximè Deum, qui offensus et placandus erat, representabant.

Ad Orientem. Id est, versus anteriorem partem propitiatorii primò sibi ingredienti occurrentem : nam illa respectu posterioris erat ad Orientem, sicut Sanctum sanctorum per consequens erat ad Occidentem. Unde absolute loquendo, sacerdos expiatur eo situ quo Judæi orabant, scilicet conversus ad Occidentem, puta conversus ad Sanctum sanctorum, quod erat ad Occidentem; dicitur tamen hic expiari *ad*, vel potius *contra Orientem*, non mundi, sed propitiatorii, id est, contra vel versus anteriorem partem propitiatorii; hæc enim spectabat Orientem, illique obversa erat. Ita Cajetan., Abulensis., Vatablus.

Allegor. aspergitur sanguis hic septies contra propitiatorium, ut significetur quòd sanguine et morte Christi, intercedente divina propitiatione, septiformis Christi gratia conferretur fidelibus, quò colam introeant : sic aspergitur versus Orientem, id est, Christum, qui lucem justitiæ contulit nobis, ut jam mutati audiamus illud Apostoli Ephes. 3. *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem hæc in Domino*. Ita Radulph.

VERS. 15. — *CONQUE MACULAVIT HIRCUM PRO PECCATO POPULI, INTERET SANGUINEM EJUS INTRA VELUM, PUTA INTRA SANCTUM SANCTORUM, INTERET, ANIMAM SIMUL CUM SANGUINE VITULI, DE quo v. 14 et 16; alioqui enim his eodem die debuisset pontifex ingredi Sancta sanctorum, cum tantum semel id ei liceret, ut patet Hebr. 9. 7.*

Allegor. Christus per sanguinem vituli, id est, sui ipsius et per sanguinem hirci, id est, per mortificationem et penitentiam populi, expiat sanctuarium, non quasi illud in se immundum sit, sed ut significetur future vite sanctificationi presentis contritione acquirenda, inquit Radulph.

VERS. 17. — *NULLUS HOMINUM SIT IN TABERNACULO, QUANDO PONTIFEX SANCTUARIUM INGREDIETUR. In tabernaculo, id est, in priore tabernaculi parte, que dicitur Sanctum : nam in Sanctum sanctorum, nulli unquam, nisi pontifici intrare fas erat. Præcipitur hic ergo, ne ullus aliorum sacerdotum sit in Sancto, eo tempore quo pontifex ingreditur Sanctum sanctorum, idque ad reverentiam majestatis Dei, et ad Deum ex Sancto sanctorum loquentem pontifex, alii sacerdotes in Sancto audire possent.*

Allegorice, omnes discipuli Christi in ejus passione (per quam ingressus est in Sanctum sanctorum, puta in celum) ab eo recesserunt et fugerunt : rursum vix ullus aliorum tunc salutis sue curam gessit. Ita Isych. et Radulph.

Nota. Tabernaculum significat totum sanctuarium, constans Sancto et Sancto sanctorum; synecdochice tamen nunc unam, nec alteram partem significat; subinde enim singulæ partes vocantur tabernaculum; hinc tabernaculum quadrupliciter sumitur; primò, pro atrio tabernaculi, ipsoque tabernaculo; secundò, pro toto tabernaculo, excluso atrio; tertio, pro sancto, uti hic sumitur; quartò, pro Sancto sanctorum, uti accipitur v. 16 præcedit. Ita Abulensis.

VERS. 18. — *CUM AUTEM EXIERIT AD ALTARE (thymiama) QUOD CORAM DOMINO (propitiatorio, in quo residet Dominus) EST, ORET PRO SE ET PRO TOTO POPULO, UTI PRÆCESSIT; ERAT ENIM HOC UNA COMMUNIS OMNIUM EXPIATIO. Ita Abulensis.*

VERS. 20. — *POSTQUAM EMUNDAVIT SANCTUARIUM (Sanctum sanctorum) ET TABERNACULUM, ID EST, SANCTUM, QUOD EXPIATUR PER HOC, QUOD EXPIATUR ALTARE THYMIAMATIS QUOD IN EO SITUM EST, PER RITUM QUI JAM PRÆSCRIPTUS EST V. PRÆCED.*

Tropolog. Sanctum sanctorum significabat celum; Sanctum, viros perfectos hujus vite, unde altare thymiama, quod erat in Sancto, significabat sanctos deditos contemplationi, et rebus celestibus; atrium significabat communem laicorum vitam, ut dixi Exodi 26, sub titulum. Atrium ergo quodvis expiatur, quia in altare holocaustorum, quod erat in atrio, quotidie sacrificabatur : imperfecti enim ob frequentes lapsus, frequenter et quasi continuè indigent penitentia. Sanctum verò semel in anno expiatur, quia viri perfecti, licet inculpate videantur vivere, tamen ex hac vita egredi non debent sine penitentia, ut docuit et exemplo suo ostendit S. Augustinus, teste Possid. in ejus Vita, et S. Fulgent. cujus in morbo hæc erat vox : *Domine, da mihi hie modo penitentiam, et postea indulgentiam*. Sanctum sanctorum denique expiatur, quia celum penitentia aperitur. Ita ferè Radulph. Hoc est quod dicitur abbas Menas apud Johan. Moscum in Prato spirit. c. 159 : *Omnia ista penitentiam agere debet, juvenes simul ac senes, ut æternam vitam cum gloria et laude mereantur; juvenes quidem, quia in flore ætatis, cum ferret concupiscentiam, cervicem suam sub jugum pudicitie miserunt; senes vero, quia isolam aibi ex multis temporibus malorum anticipacionem transferre ad meliora poterunt.*

VERS. 20 et 21. — *TUNC OFFERAT HIRCUM VIVENTEM, ET POSITA UTRAQUE MANU SUPER CAPUT EJUS, CONFITEATUR OMNES INIQUITATES FILIORUM ISRAEL, ET UNIVERSA DELICTA ATQUE PECCATA FORUM : QUE IMPRECANS CAPITI EJUS, ERUIT ET ILLIEM PER HOMINEM PARATUM, IN DESERTUM. Illic est caper emissarius, cui sacerdos imprecabatur peccata populi, non ut culpa (hoc enim fieri nequit), sed ut pena à populo in hircum transferretur, pena, inquam, qua Deus hie temporaliter eum in communi affligere solebat pro peccatis : nam aliqui poenæ integræ cultibet peccatori sigillatim luende, vel hie, vel in Purgatorio, ut inferno remanebant et restabant, nihilque hæc cærenonia ex illis depehat. Ita Abulensis. Judæi tradunt, aut potius fabulantur, pontificem hoc die alias quoque preces effudisse, petitiisque primò, bona et felicia tempora; secundò, ne à tribu Juda sceptrum auferretur; tertio ne quis egeret in populo; quartò, ne Deus stultus hominum particularium preces exaudiret, que bono communi sunt noxiæ, ut qui proficiscuntur serenam auram optant et petunt, cum fortè terræ et bono communi magis pluvia conveniat. Refert hæc Oleaster.*

VERS. 21. — *PER HOMINEM PARATUM. Hebr. est dimittet eum per manum tiri tui, id est, temporis, puta*

hoc tempore ad id paratum. Ita Septuag., Chald. et noster. Aliter verit Oleaster : *Per virum temporis, ait, id est, per virum senem, aut multo tempore in solitudine versatum.*

In desertum, ubi hic caper emissarius devoretur à feris, itaque quasi piaculum, luat poenæ peccatis populi delictis, et in ipsum translatis. Sic et gentiles Pan, deo pastorum qui in desertis agunt, sacrificabant hircum : qui tunc specum agebatur in quo Pan ipse diversari putabatur, ut docet Lucianus.

Tropolog. confiteatur sacerdos peccata populi super caput hirci emissarii, quia confiteri debent electi, quod et ipsi natura fuerint filii iræ, et digni similia pati, si gratia subvenisset; et sic in æternum content misericordias Domini, dicantque : *Misericordias Domini, quia non sumus consumpti* : Et : *Nisi Domini exercituum reliquisset nobis semen, sicut Sodoma fuissetis*. Rursum imprecabatur pontifex peccata populi capiti hirci, quia orat Christus ut ira divinæ indignationis, cui etiam electi fuerunt obnoxii, illis per gratiam absolutis, in caput reproborum tantum retorqueretur; non ut illi aliquali ultra meritum sustineant, sed ut commone reatum soli portent. Homo duccens hunc hircum in æreum pariter est Christus, qui in die judicii reprobus dicit : *Ite, maledicti, in ignem æternum*. Ita Radulphus. Misera et horrenda erit hircum mors; sicut enim cadaverum omnium caro cito est vermium, ita animarum damnatarum vita erit mortis æscæ, idque in æternum. Rursum, sicut hos herbam in pratibus depascitur, non à radice, ubi illius est vita, eam convellendo, sed carpitim tendendo et incidendo : ita anima in poenis illis infinitis posita, absque sue substantiæ consumptione, à perpetuo quasi vulture morsu dilaniatur, sed non absorbitur.

Præclarè S. Nazianz. orat. 44: Feriari, inquit, nostrum, non est aliud quam animæ aliquid coram agere, quæ firma et stabilita sunt. Et S. Hieron. epist. ad Eustochium: Nobis, ait, sollicitudo præcedendum est, ut sollemnem diem non tam ciborum abundantia, quam spiritus exaltatione celebremus, quia valde absurdum est, unitis sollicitudine velle honorare martyrem, quem scias Deo placuisse jejuniis. Vide S. Bernardum serm. 5 de Adventu. Denique audi Isaiam c. 58, 13: Si averteris, inquit, à sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, et vocaveris inebriatum delicatium, etc., dum non facis vias tuas, et non invenitur voluntas tua, ut loquaris sermonem, tunc delectaberis super Domino, etc. Ethnicis ergo festa colunt ventre, Christiani mente, colentes Deum in spiritu et veritate. Merito ethnicus Antisthenes rogatus, Quis est festus? Est, inquit, gula irritamentum, et luxuria occasio; testis est Maximus ser. 27.

Nota. Feriæ sive festa Judæorum fuerunt duplicitate: alia enim instituta sunt à Deo, alia ab ipsis Judæis. À Deo instituta sunt septem festa: primum, sabbatum; secundò, pascha; tertio, pentecoste; quarto, festum tubarum; quinto, festum propitiacionis, sive expiationis; sexto, festum tabernaculorum; septimo, festum cereis sive collectæ. Omittitur hic octavum festum Neminine, de quo Num. 28, 11. À Judæis instituta sunt quatuor festa: primum, festum sortium, 13 Adar, sive Februario, in memoriam liberationis Judæorum per Esther, Esther 9, v. 17, 26, 28, 29. Secundò, festum enceniorum, seu purgationis templi, quæ facta est sub Judo Machabæo, 1 Machab. 4, 29. Tertio, festum recepti à celo ignis sacri, 2 Machab. 1, 18. Quarto, festum obiæ exstima Nicanorem, 1 Machab. 7, 49, et 2 Machab. lib. v. 37, de quibus vide Ribera l. 5 de Templo cap. 17 et seq., et Genebrardum in Calendario Hebræo.

Nota. Festa à Deo instituta habebant hæc tria: primum, vacationem à laboribus; secundò, oblationem sacrificiorum festis singulis propria, et ab aliis diversam, atque à Deo prescriptam, ut patet Numer. 28 et 29. Tertio, ceremonias cuique festo peculiare, ut in festo pasche sive azymorum debet oblatio manipuli spicarum: in pentecoste debet oblatio novorum panium: in festo tubarum erat clangor tubarum; in die expiationis indiciebatur afflictio et jejuniium; in festo tabernaculorum habitabant in tabernaculis, ibique exultabant cum ramis et fructibus.

VERS. 5. — DIES SEPTIMUS SABBATI REQUIES EST. Hebr. dies septimus est sabbat sabbat, id est, requies quietis, q. d.: Summa quietis et cessatio ab opere erit die septimo, indeque hæc dies vocabitur sabbatum, id est, requies. Ita Plato dicebat Deos miseratos labores hominum, instituisse festa; ut us à laboribus quietem et relaxationem aliquam obtinerent. Hoc primum et summum fuit festum Judæorum, cujus causas et significationes asserunt Deut. 5, 12.

VOCABITUR SANCTUS, id est, erit sanctus hæc dies sabbati; ita in jure sanctus, id est, meo cultui dicatus, vocari possit. Sic sæpè vocari pro esso stinitur, ut

Isaïa 9, 6: Vocabitur (id est, erit) admirabilis; Rom. 9, 25 et 26: Vocabo non plebem, plebem mean, q. d.: Gentiles qui antehac non fuerant plebs mea, erunt deinceps plebs mea, quia erunt Christiani: unde eos habebat et fovebat ut plebem mean.

OMNE OPUS NON FACIETIS IN EO, id est, nullum omnino. Unde sabbato non licebat accendere ignem, nec coquere cibos, nec aliud quiddam operis facere, ut nec in die expiationis, ut dicitur v. 31; in aliis autem festis omnibus ista licebant. Unde de iis hic dicitur: Omne opus servile non faciatis in eis, de sabbato autem et de festo expiationis absolute et generatim dicitur: Omne opus non faciatis in eo. Poterat tamen Judæi in sabbato edere, bibere, adquare jumenta, ut asserit Christus Luca 13, 15, facere medicinas, et in necessitate colligere et parare cibum, quia ista necessaria sunt.

SABBATUM DOMINI EST. Domini, id est, Domino dicatum, vel secundò, Domini, id est, quo Dominus requiret in primâ rerum omnium creatione. Tertio, Domini, quo scilicet quiescendum est in honorem et ad cultum Domini Dei, ibique in cunctis habitationibus vestris, quia in tabernaculo sive templo die sabbati non erat quies; tunc enim sacerdotes bibem sacrificabant, id est, victimas immolabant, exoriabant, seculabant, coquebant, et hoc est quod Christus Judæis objicit Matth. 12, 5: Non legitis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant (materialiter) et sine crimine sunt?

VERS. 5. — MENSE PRIMO, Nisan, qui partim Martio, partim Aprili nostro respondet, QUARTA DECIMA DIE MENSIS AD VESPERAM, PHASE DOMINI EST. Pro ad vespere hebr. est inter duas vespere, id est, inter occasum solis et noctem, puta in crepusculo vespertino, antequam oriatur stella, quæ vesper, sive vesperus dicitur; nam ab ortu hujus stelle incipit nox, et dies 13; ngus autem paschalis debebat immolari ante 15 diem in fine 14 diei: ergo 14 dies non erat festa, sed tantum ejus vespera, in qua phase immolabatur. Hoc secundum est festum, puta pasche et azymorum, quod ob sui celebritatem celebrabatur per septem dies, idque in memoriam magni illius beneficii, quo Deus Hebræos ex Ægypto liberavit et educerat.

PHASE DOMINI EST. Pasche festum est Domino dicatum; Phase enim hebr. transitum vel potius transeuntium significat: inde secundò, phase significat agnum paschalem, qui pro transitu angeli percutientis immolabatur. Denique tertio phase significat ipsum festum quo agnus hic immolabatur. Vide dicta Exodi 11, 12.

Hoc ergo pasche festum celebre fuit apud Judæos, celeberrimum est apud Christianos, qui in eo non à servitute Pharaonis, sed à diaboli et mortis per Christum resurgentem liberati sunt. Hinc Deus illud magnis illustravit miraculis. Refertur in Vita S. Marcellini Ebrædenensis episcopi, cujus meminit Ado in Martyrol. 42 Calend. Maii, baptisterium quod ipse juxta Ebrædam condidit, in sanctis pasche vigiliis, Dei virtute singulis annis aquis subitis inundari, idque per septem eisdem solemnitatibus dies continuari solitum. Atque ex hoc

miraculo collegerunt, pascha non esse celebrandum ipsâ 14 hujus cum Judæis, ut volebant Quartodecimani, sed in Dominicâ sequente. Tunc enim contingebat hoc miraculum.

Pari modo anno Domini 417, cum erratum fuisset in die paschatis celebrando, error hic à Deo per miraculum declaratus est, nam nocte verâ paschali ipsâ baptizandi horâ, baptisterium Ecclesie per miraculum aqua repletum est, ut testatur Paschasius, episcopus Lylibei, apud S. Leonem post epist. 65 et ex eo Baronius anno Christi 417, qui et in alio fonte Lucania idem miraculum fieri solum ex Cassiodoro docet. Et in alio fonte Lusitanie idem fieri solere testatur Greg. Turonensis l. 1 de Gloria Martyr. c. 24 et 25. Idem in fonte Lyeis fieri, aquamque in eo usque ad pentecosten perseverare, tuncque evanescere docet Sophronius in Prato spirituali c. 214.

Sic et Britonum error de die paschatis, per miraculum, quo S. Augustinus, Anglorum episcopus, cæcum illumnavit, confutatus est, ut refert Ven. Bed. lib. 2 Historie Anglorum cap. 2.

In Vita S. Maurilii, Andageventium episcopi (qui fuit discipulus S. Martini) 5 Septemb. narratur de quodam, cui nomen erat Belgicus: Hic die pasche mandaverat servis ut segetes mundarent; replicant illi esse diem pasche; ipse urget, et invitos cogit; sed cum illi segetes sarrire tentarent, mox Belgicus oculorum cæcitate percussus, clamavit ut cessarent. Cum autem tres annos in ea cæcitate permansisset, tandem tangens S. Maurilii pertransiens vestes, sanatus est.

In Vita S. Maurilii narratur, ipsâ nocte resurrectionis tres servos ex ejus monasterio piscationi vacasse, atque cepisse quidem piscium copiam, sed duos ex ipsis manum et pedum officio privatos, toto corpore contritos fuisse: tertium verò et claudum et surdum effectum esse, qui tandem in nocte resurrectionis visitans monasterium S. Bertini, eumque cum lacrymis invocans, per ejus merita sanitati restitutus est.

Hinc et Imperatores diem pasche magnis privilegiis celebrarunt, et reos libertate donarunt. Anno Christi 367, Valentinianus, Valens et Gratianus Augusti sanxerunt, et ad Lampadium urbis præfectum ita rescripserunt: Ob diem pasche, quem intimo corde celebramus, omnibus quos reatus astringit, carcer includit, clementia dissolvimus; ubi primum dies paschalis extiterit, nullum tenet carcer inclusum, omnium vincula solvantur. Extat hoc rescriptum l. 8 de Indulg. crim. C. Theodos. Eandem indulgentiam reus eodem festo dedit in Oriente Theodosius imperator, ut testatur S. Chrysostomus orat. de Flaviano episcopo.

VERS. 6. — ET QUINTA DECIMA DIE MENSIS HUIUS (primo et paschalis, puta nisan) SOLEMNITAS AZYMORUM DOMINI EST. Nota. Dies azymorum incipiebant cum paschate, videbantur 14 die mensis primi ad vespere secundam, id est, initio 15 diei: durabant autem per 7 dies, qui proinde paschales dicebantur, quibus pane non fermentato, sed azymo vescabantur. Unde finiebantur hi dies, vigesima primâ die mensis primi ad

vesperam secundam; quæper enim dies festa dupliciter habebat vespere, scilicet primam et secundam sive inchoantem et finientem, proximo festo paschale: hoc enim nam tantum habebat vespere, scilicet secundam 14 diei. atque 14 diei ad vespere immolabatur phase, sive agnus paschalis, quem nocte comedeabant cum azymis: postero mane, quod erat mane 15 diei, erant solemnitates azymorum, quia illo die azymorum ensus incipiebat; nam nox paschalis ad hanc 15 diem, non autem ad 14 pertinebat. Eadem 15 die immolabant victimas alias paschales, quæ proinde etiam pascha dicebantur, Joan. 18, 28; ideo solemnitas erat hic dies.

Nota. Horum 7 dierum azymorum quatuor erant observantia: primò enim per omnes hos septem dies comedeabant azyma; secundò, cessabant ab omni opere servili, sed primo tantum et septimo die; reliquis enim quinque intermediis operari et laborare poterant. Unde sequitur ex dictis v. 1 solum primum diem et ultimum propriè festis festa, non autem quinque mediis. Tertio, singulis diebus offerbantur sacrificia, holocausta videlicet, ut vertunt Septuag. quæ noster interpres vocat sacrificia in igne: Hebr. enim vocantur ignifiones, id est, sacrificia quæ tota per ignem in honorem Dei consumuntur. Vicinæ ergo quotidianæ hisce diebus erant duo vituli, unus asinus, agni annuiculi septem; et unus hircus pro peccato, ut patet Numer. 28, 19, quibus adde agnum alium, qui die secundo cum spicis immolabatur, ut patet vers. 12. Quarto, offerbantur spicæ hordei maturiscentes, idque tantum fiebat secundo die, non aliis. Ita Abulens., Ribera et alii.

VERS. 7. — DIES PRIMUS ERIT VOBI CELEBRANDUS. Ex his 7 diebus azymorum, celeberrimos erant prima et septima, erantque hæc duæ æquæ celebres. Nam quod noster interpres diem primum vocat celebrandum, septimum verò celeberrimum, eodem recidit: sicut et quod septimum vocat sanctiorem, primum verò sanctum. Tantum enim vult dicere, primum diem et septimum celebres et valde sanctos præ cæteris fuisse. Unde in Hebræo utrobique est eadem vox videlicet *micra hodes*, id est, convocatio sancta. Sic apud Latinos comparativè subinde non habet vim comparationis, sed pro positivo, vel superlativo ponitur, ut:

Triutor, et lacrymis oculos suffusa nitens.

VERS. 10. — CUM INGRESSI FUERITIS TERRAM QUAM EGO DICO VOBI, Chanaan (hinc patet, hæcæ leges ceremoniales, et hoc festa non obligasse Judæos, nec ab eis servata fuisse in deserto) ET MESSURIETIS SEGETEM, FERETIS MANIPULOS SPICARUM, PRIMITIIVS MESSIS VESTRÆ, AD SACERDOTEM: QUI ELEVABIT FACIENDUM CORAM DOMINO. Spicarum, scilicet hordei, quod illo tempore, puta in Martio vel Aprili, sub paschâ marescit in Palestina.

Nota. Non erant ista spicarum primitiivæ universales, ita ut omnes obligarentur earum manipulum offerre; sed offerbant quotquot volebant offerre sponte sua, et ex devotione. Ex quibus omnibus sacerdos acci-

roctone Christi usque ad ejus ascensionem numerat 40 dies, ita mox c. 2 ab eadem resurrectione, non autem à paschate Judaeorum, numerat 50 dies pentecostes. Tertio, quia Christiani suam pentecosten celebrant ad imitationem primæ, quam describit Lucas Actor. 2; ergo ea fuit christiana. Quarto, quod S. Lucas describit hic originem christianæ pentecostes, sentit Ecclesia, qua hæc ejus de pentecoste narrationem quotannis in festo pentecostes legit et revolvit. Sensus ergo ejus est: *Dum complentur dies pentecostes*, id est, dum compleretur dies quinquagesima, quæ à Christo Christianis instituenda et sancienda erat pentecoste christiana, per missionem Spiritus sancti, quem ipse promiserat Actor. 1, et per promulgationem legis novæ. Alludit enim S. Lucas ad figuram, puta ad institutionem pentecostes Mosæicæ. Exod. 19, 16, ubi de eâ dicitur: *Jamque advenit dies tertius* (qui erit quinquagesimus à paschate), *puta pentecoste: et ecce copertus audiri tonitrua, ac micare fulgura, et nubes densissima operire montem, clangorque buccine vehementius perserepebat.* Pari enim modo de antitypo, puta de pentecoste christiana ait S. Lucas: *Dum advenit sive compleretur dies pentecostes, etc., facta est repente de celo vox tanquam adveniens spiritus vehementis, etc. Et apparuerunt illis dispersæ linguæ tanquam ignis, seditate supra singulos eorum.* Sicut ergo Moses Exod. 19, loquitur de pentecoste Judicæ, ejusque institutione, ita S. Lucas loquitur hic de christiana, ejusque institutione. Quia mox ab hæc ejus institutione corp. coli à Christianis christiana pentecoste, uti mox ostenduntur, ergo de eâ agit Lucas, non de Judicæ. Fundamentum horum omnium est, quod Christianis per legem novam voluerit legem veterem cum suis sacris et festis abolere, ac pro eis novæ et christianæ surrogare. Unde et voluit ut pentecoste prima christiana postero die succederet judicæ, ut significaretur, quod eâ exclusâ et abolitâ, ex tunc ipse novam institueret et sanciret. In primâ enim pentecoste, puta quinquagesimâ die à Christi resurrectione, misit Spiritum sanctum in Apostolos, ac per eos eodem die promulgavit legem suam evangelicam, quod mirum abolitâ jam lege Moïsæ, lex evangelicæ ab omnibus esse tunc acceptanda et servanda foret. Quare tunc pariter abolitâ paschate, pentecoste, alisque festis Judaeorum, tacite suam pascha, pentecosten et festa instituit, ac mox per Apostolos particulatim et expressè, eadem ubique terrarum sanciri et institui voluit. Porro Christianos jam inde ab initio, puta à primâ hæc pentecoste christiana, cepisse quotannis cum non Judicæ, colere et nominare, uti eam hic nominat Lucas, dicens: *Dum compleretur dies pentecostes*; probatur primò, quia in primâ hæc pentecoste facta est abrogatio legis veteris, omniumque ejus sacrorum et festorum, et facta est publica promulgatio legis novæ, ejusque sacrorum, consequenter et festorum: ergo Apostoli et Christiani huic promulgationi obediens, deinceps coluerunt pascha et pentecosten christianam, non Judicam; alioqui enim peccassent in legem evangelicam. Simili modo, eodem anno quo in die quinquagesimâ à paschate primo data

est Hebræis à Deo lex in Sinâ, ex precepto Dei hoc loco Leviticæ edito, sancitis, et deinceps à Judæis culta fuit pentecoste. Hoc enim hujus capituli præceptum editum est eodem anno, quo data est lex, ut patet ex diebus Exod. 19, initio c. et proximo in Leviticum. Secundo, quia Apostoli euntes prædicatum gentibus, mox his conversis insituebant et tradebant sacra et festa Christi (nec enim religio christiana, ut nec quævis alia, potest esse sine festis et sacris) non enim poterant eis tradere pascha et pentecosten Judicam. Sic enim gentes coegissent judicare, et pro Christianismo tradidissent eis judaismum: quod fuisset grande peccatum, pugnant ex diametro cum eorum officio, ad quod à Christo missi et legati erant. Rursùm, quis dubitet Apostolos et primos Christianos amore Christi feridos, quotannis diem ejus resurrectionis, ascensionis, et missionis Spiritus sancti, tantique ejus in Ecclesiâ merita et beneficia, anniversariâ memoriâ recoluisse? colabant ergo pascha et pentecosten Christianam, non Judicam. Tertio, quia Apostoli mox post Christi ascensionem mutarunt sabbatum in diem Dominicum, eoque colere ceperunt in honorem resurrectionis Christi (Christus enim in Dominico resurrexit) ergo multo magis pascha Moïsæ statim in pascha Christi, id est, in diem Dominicum transtulerunt, pascha enim Christianam propriè est dies resurrectionis Christi, magis quam Dominicus: si pascha transtulerunt, ergo et pentecoste; hæc enim illud sequitur, et ab illo supputandum est. Antecedens probatur primò, ex Apoc. 1, 10, ubi Joan. ait: *Fui in spiritu in Dominicâ die*: ergo tunc à Christianis celebratur Dominica dies non sabbatum. Secundo, Apostolus 1 Cor. 16, v. 2, jubet fieri collectas elemosinarum per unum sabbat. id est, primâ die septimanæ, puta die Dominicæ; ergo tunc fiebant conventus ecclesiastici in Dominicâ. Porro Apostolus loquitur de hæc die, non quasi novâ, aut à se recenter institutâ, sed quasi de usitatâ, et apud Christianos celebrâ; ergo jam diu ante ceperat à Christianis pro sabbato colli Dominica: epistola autem 1 ad Corinthios scripta est anno Christi 57, puta 25 annis post mortem Christi. Ergo mox post Christum Christiani pro sabbato celebrantur Dominica. Sic et Act. 20, 7, dicitur quod unum sabbat. id est, Dominicum, Paulus magnum egerit Christianorum conventum, in quo protrahens eoncionem, obdormiscentem et corruentem juvenem ac examinatum in vitam revocavit. Denique S. Paulus insecatur neoniam, sabbatum, aliaque festa Judicæ, Gal. 4, 9, dicens: *Convertimini iterum ad infirmam et egenam elementa, quibus dominò servare vultis? dies (Judæicos) observatis, et menses, et tempora, et annos.* Et Coloss. 2, 16: *Nemo vos iudicet in cibo et pota (à quo ex lege absintet Juda)* aut in parte diei festi, aut neomeniæ aut sabbatorum, que sunt umbra futurorum, corpus autem Christi. Ergo non Judicæ, sed Christiana festa à Christianis celebrari voluit jam inde à Christianismi initio.

Denique pascha ab initio per Apostolos translata esse in Dominicum, ac consequenter et pentecosten, patet ex hæresi Quartadecimanorum, qui volebant

pascha cum Judæis servari 14 kmâ, sive die primæ mensis, non autem in Dominico. Hos enim damnavit Ecclesia, et Victor pontifex, deficiens ex traditione Apostolica, pascha Christianis celebrandum esse, non 14 kmâ, sed Dominicam eam sequente, uti illud primitivè celebrantur Christiani et Apostoli, teste Eusebio lib. 5 Hist. c. 22. Sic et pascha die Dominico celebrandum esse S. Petrus Romæ docuisse, et idem ab eo acceptum S. Marcus Ægyptiis tradidisse, testatur Protherius apud Bedam lib. de Ratione temporis c. 42; et S. Iguatius, qui vixit tempore Apostolorum, epist. ad Magnesian, ait *colendum diem Dominicum, ut dicitur principem et resurrectioni Domini consecratum.* Et Ep. ad Philip. *Si quis, ait, cum Judæis celebrat pascha, particeps est eorum qui Dominum occiderunt et Apostolos egerit.* Cum ergo constet ab initio à Christianis cultam fuisse pentecosten Christianam, quis dubitet S. Lucam de eâ loqui, non de Judicâ? Itaque S. Lucas nominans pentecosten, non tantum respicit ad tempus quo ipse hæc scribat (non enim dubium est quid tunc culta et nominata fuerit pentecoste Christiana, non Judicæ), sed etiam propriè respicit tempus ipsum, quo hæc ipsa que scribit et enarrat contigerunt, quasi dicat: *Dum compleretur dies pentecostes*, id est, dies quinquagesimâ à resurrectione Christi et primo paschate christiano, quæ pro veteri novâ à Christo instituenda et sancienda, usque ac nominanda erat pentecoste, cujus originem et institutionem hic enarrat, quæ caterarum sequentium foret exordium, exemplar et causa, eisque nomen summi dederet, ut ab eâ pariter vocaretur pentecoste, id est, dies quinquagesimâ à die resurrectionis Christi.

Denique si quis omnino velit S. Lucam respexisse quoque ad pentecosten Judaeorum, quæ tunc vigeat et erat in communi usu, Resp. idipsum hoc sensu admitti posse, quasi dicat S. Lucas: *Dum compleretur*, id est, dum pridicâ completa esset et transacta pentecoste Judaeorum; ita ut compleretur, id est, compleri inciperet ei succedens pentecoste Christianorum. Vox enim *completur*, quatenus respicit pentecosten Judaeorum, in actu perfecto accipienda est; quatenus verò respicit, terminatur et desinit in pentecosten Christianorum, in actu inchoata emenda est. Utamque enim inveniit et obiter perstringit, ideoque uno verbo complexitur et convolvit S. Lucas; atque hic sensus videtur plenior, quasi dicat: *Cum compleretur dies pentecostes*, tam veteris quam novæ, ut veteri pridicâ completa et transacta postridicâ compleri inciperet nova. Fuit enim vetus et nova quasi una eademque pentecoste: illa enim in banc desit et transit, sicut typus in antitypum desinit et transit, ac prouide cum eo unum ideipsum esse censetur. Hæc mea est de pentecoste sententia, salvâ meliori; non enim video quod probabilis solidè dici possit. Nam quod Gabriel Vasquez p. 5, tom. 3, disp. 172, c. 12, cum Radulpho et Ribera: *ab altero die Sabbati, exclusivè accipi, non inclusive, planè repugnat compati Moïsæ et omnium Hebræorum*, uti paulò ante ostendi: idipsum satis insinuat *ab altero die.* Cum enim tempus ex-

clusivè describere volumus, non solemus dicere, *Ab altero die* (hoc ipsum enim præcedens diei tertio est), sed *à tali die*, v. g., primo, secundo, tertio, etc. Res ergo ipsa docet non à primo die paschatis exclusivè, sed à secundo die inclusivè, inchoandis fuisse quinquaginta dies pentecostes.

VERS. 16 et 17.— *Et sic offerentis (in pentecoste) sacrificium novum Domino, ex omnibus habitaculis vestras, panes primitiarum vos.* Pro sacrificio hebraicè est *mincha*, id est, oblationem, à rad. *nacha*, id est, *adducit, obtulit*; neque enim hæc panum oblatio propriè erat sacrificium. Nam hi panes fiebant ex similia fermentatâ, quæ sacrificari non poterat, ut patet cap. 2, v. 11, unde nec ulla libamina cum hisce panibus offerbantur. Erant ergo hi panes tantum primitiæ messis triticeæ, quæ dabantur sacerdotibus, et in eorum eum et usum colebantur.

Nota. Singule familie hæc panum primitias, in pentecoste offerre debebant, uti hic dicitur: sociis erat de manipulo spicarum in paschate, et flect Abulensis hic ita intelligit, non quod singulis ex proprio agro, vel dono hæc panes afferrent Hierosolymam, sed quod singuli Hierosolymam duos panes tales ement, esoque in templo offerrent, sicut et columbas, et victimas alias (unde horum omnium erant venditores Hierosolymæ, quos Christus eiecit è templo), tamen Script. Hebræa hic contrarium docet; sic enim habet: *Ex omnibus habitaculis vestris adducetis panes elevationis duos, quæ verbo satis significant quæque proprios panes ex sinâ domo adducere debebisse ad templum, ut videlicet singuli sularum frugum primitias, in gratiarum actionem Deo dependenter. Hinc enim una fuit causa cur festum pentecostes sit institutum, scilicet ut in primitiis panum Deo offerrent.* Ita Josephus l. 3 Antiq. 10. Altera causa fuit ut Hebræi recordarentur legis datæ in pentecoste, pro eaque Deo gratias agerent, legemque illam recolerent, ut exactius cum observarent. Ita S. Hier. ad Fabiolam de 42 Mansionib. in 12: *Dedicatio, inquit, legis est pentecoste.* Item docet S. Aug. q. 95 in Quest. ex novo Testamento. Iugens enim Dei beneficium est lex festoque celebrandum: est enim ipsa radius legis æternæ manans à rationibus ideisque æternis, quæ vivunt in mente Dei, quibus ipse omnia regit et moderatur. *Duo sunt, inquit Nazianz., quibus legitur, natura et lex; et S. Aug. l. 9 de Civit.: Omnia regunt, inquit, inanis est censura, nisi dicantur legis imaginem gerat.* Plato dicebat, *necesse esse leges hominibus ponere, ut æquilibrium eas vivant, alioquin nihil à feris differerent.* *Consensum esse quod nullius hominis ingenium ita à naturâ institutum est, ut quæ ad publicam humanæ vitæ commodum conferunt, sufficienter cognoscant; et si cognovit, ut optimum id quod novit semper agere possit ac velit.* Ita ipse l. 4 de Legibus. Demosthenes aiebat *civitas animam esse leges.* Hieronimus dicebat, *cives non minus oportere pugnare pro legibus, quam pro moribus, quod ubique legitur nullo pacto possit esse civitatis incolumitas, abque moribus possit.* Ita Laert. l. 9, c. 1, Archidamus rogatus, *quomodo civitas aparta-*

nae tribu profecti? *Leges*, inquit, ac legitimi magistratus. Graviter censuit, in republ. bene instituta auctoritatem supremam legibus esse deferendam; nec ulli magistrati fas esse quidquam contra leges publicas tentare. Ita Plutarchus in Lacon. Agesilaus roganti quid Spartae constitissent Lycurgi leges? *Voluptatum, ait, contemptum.* Plutarch. ibidem.

Cyrus rogatus quomodo putaret esse injustas? *Leges*, inquit, non utentes. Ita Maxim. serm. 58.

Barbari Brasili in sua lingua carent tribus literis, scilicet F. L. R. idque oppositè, nam carent fide, lege, rege, testis est Orosius et Malvius in historia indicæ. Philo III. de Josepho: *Quid medicus, ait, est egro, hoc fœs est civitati.* Corona prisca fuit hieroglyphicam leges: quia certis est vicinis circumplecti, quibus vita nostra velut reliquata cocreatur. Ita Pierius Hierogl. 41. Denique fœs est fœs rivo. Lucerna, inquit Psaltes, pedibus meis turbavit fœm, et lumen semitis meis, Psal. 118, qui peccatus non est aliud quam legis elogium. Rursùm, *Eloquia Domini eloquia cœlestia, argenteum igne examinatum, probatum terra, purgatam septemfold,* Psal. 11, 7.

Porro fœs non est aliud, nisi recta, et à nomine doctorum ratio, imperans honesta, prohibitiveque contentiva, inquit Cicero Philipp. 1, et pro Cluent. Fundamentum, ait, libertatis, fœna equitatis, mors, et animus, et conscientium, sententiarum cœlestis, *posita sunt in legibus.* Peccati vero fuit Dei ergo Hebræos beneficium, quod eis inpenet legem dederit, illico primò, et ante legem aliam gentium. Primum enim in orbe legislator fuit Moyses, id est, Deus per Moysen. Eum sequuti, leges dederit Iudis Gymnosophistæ, Egyptii sacerdotes, Babiloniis Chaldei, Persis magi, Gallis Druidæ, Locrensiibus Zolæus, Atheniensibus Solon, Laocœdoniensibus Lycorgus, Crotoneisibus Minos, Corinthiis Philo, Getis Zamolxis, Rhæginis Androsimus, Milesiis Hippodamus, Thuriis Charondas, Thebanis Phidolus, Carthaginiensibus Phalæas. Apud Romanos primus P. Popilius regis leges in unum contulit. Deinde Appianus Claudius decevit duodecim tabularum leges conscripsit. Hunc secuti sunt Appianus Claudius Cæcus, Sempronius Sulpus, Scipio Nasica, Q. Fabius, M. Cato et alii.

VERS. 17. — PANES PRIMITIARUM EGROS DE DEBUS DECIMIS. Ex dictis c. 14, v. 10, et dicendis cap. seq. v. 5, patet, duas decimas simile, et duos panes inde collectos, fuisse quasi duodecim librarum cum dimidia.

VERS. 18. — OFFERTIS QUO PANIBUS SEPTEM AGNOS IMMAGULATOS, scilicet, in holocaustum, quia hoc, quasi precipuum, semper intelligitur, cum nominatur sacrificium; nisi alia ejus species exprimat. Ita Abulensis.

Nota. Num. 28, v. 27, adduntur et alia victimæ, hæc festo pentecostes offerri solite, ob festi solemnitatem; videlicet vituli duo, aries unus, agni septem, hircus unus pro peccato. Nam diversæ esse illas ab hisce quas hic prescribit, tum aliunde patet, tum ex eo quod ibi duo vituli, hic tantum unus præcipitur:

quia illa victimæ prescriptæ erant propter ipsum festum præcisè; hæc vero, hic prescribitur tantum propter oblationem primitiarum colonostandam, ut simul cum primitiarum oblatione, Deo hæc victimæ in sacrificium darentur. Ipsius ergo festi pentecostes agnè ac ceterorum festorum, victimæ, non hoc cap. sed num. (28 et 29) ut patet intuenti recensentur. Ita Abulensis. Unde Josephus l. 5, c. 10, omnes pentecostes victimas enumerans sic ait: *Holocausta faciunt à tribus vitulis, arietibus duobus* (S. Scriptura tres arietes numerat: videtur ergo in Josephi numerum irrepisisse error, ut pro duobus reponendi sint tres), *agni quatuordecim, hircisque pro peccato duobus.* Unitatis hæc Josephus dicit agnos oblatos in hostias pacificas, hirculupus tamen censet easdem esse victimas, quæ hic, et quæ Num. 28, prescribitur; antilogium verò jam allatum ipse per mysterium solvere conatur. Non interest, inquit, an duo vituli cum uno ariete, an unus vitulus cum duobus arietibus in holocaustis esse dicatur, cum una pastores, quàm doctores (qui mysticè sunt arietes et vituli) unum sint propter fidei pacificæ concordiam, et sic intelligatur, si duorum populorum, quibus prælati sunt, respectus distansim. Verum hæc litteræ non satisfaciunt, neque sensu litterali, quoniam Radolph. sepe quasi judaicum, tollere et impugnantur videtur instar Origenis, et aliorum qui tolli sunt in tropologis. Porro hæc sacrificia et victimæ hæc erant præcipue conjugiæ, ut panes primitiarum: sed erant communes toti populo, et pro eo toto offerrebantur ex agrario et sumptu communi.

EX GRANTIS IN HOLOCAUSTUM CUM LIBAMENTIS SEUS. Hebræicè, cum suo mincha et libamine; libamenta ergo hic vocat noster quidquid cum victimâ offerrebat, ut oleum, vinum, farina, thus, sal.

VERS. 19. — FACIETIS ET HIRCUM PRO PECCATO. Facietis, id est, sacrificabitis. Pro hircum, hebræicè est hircum caprarum, id est, hircum novellum, vel hædum. Vnde dicta c. 4, v. 25.

VERS. 20. — GERENT VAYETI DOS SACERDOS CUM PANIBUS, etc. GERENT IN USUM DIES, q. d. Cum hostia pacifice (de his enim solis hic agit, non de holocaustis; hæc enim tota Deo cremabantur) immolaret et consecraret fuerint Domino, cedent sacerdoti; licet enim hæc hostia alia hircum ex parte cederet offerentibus, quia tamen totus populus eis hic offerebat, nec potuissent ex in totum populum distribuere, hinc dantur hic sacerdotibus.

Nota, quod hic dicitur, panes primitiarum in Pentecoste oblatos cedere sacerdoti, non ita intelligendum esse, quasi sacerdos ministrans tabernaculo in pentecoste, solus per se recipere obtinere hæc panes; hi enim cum à singulis offerrentur, erant numerari: sed tantum quod ipse reciperet eos, quos elevasset et obtulisset Domino, puta tres aut quatuor: reliqui enim cedebant in sui omnium, et æqualiter per omnes sacerdotes dividebantur, uti et alia primitiæ.

VERS. 21. — ET VOCABITIS HUNC DIEM (pentecostes) CELEBRERIMUM ATQUE SACRATISSIMUM. Celeberrimum, id

est, valde celeberrimum et festum; ut ab omni opere servitii in eo cessatis; sanctissimum, quia mihi, meis sacrilegis et cultui dicatus est. Hebræicè est, *vocabitur os* (id est, substantiam) *hujus diei*; id est, diem hanc, *convocacionem sanctitatis*, id est, festam et solemnem; nam, ut docet Joseph. lib. 5, c. 10, nullum festum apud Judæos agebatur sine holocaustate, et hircorum vacacione: et hoc respectu noster interpres hoc festum vocat celeberrimum et sanctissimum, uti jam explent.

Allegor. pentecoste Hebræorum significabat pentecosten Apostolorum; quæ Spiritus sanctus in eos per linguas igneas descendit, legeique novam promulgavit in Sion, quo recepto statim metere creperunt regiones alias ad messem, ut inquit S. Chrys. hom. 2 in Acta, et offerre Domino duos panes primitiarum, de duobus populis Judæorum et gentium; tumque Deo immolati sunt multi martyres, partim agni, id est, innocentes; partim arietes, id est, doctores et principes Ecclesiæ; partim vituli, qui scilicet olim superbi fuerant in seculo; partim hirci, qui videlicet prius in sordibus et fetore peccatorum viverant.

Tropol. quinquagenarius numerus pentecostes index est et symbolum perfectæ penitentiæ, ac remissionis peccatorum, uti fuscè docet S. Hieron. sub initium lib. 2 in Isaiam. Unde et psal. 50 maximo est penitentialis. Idem patet in anno 50 sive jubilee, qui est annus plenæ remissionis: tunc ergo offerimus duos panes, id est, amorem Dei et proximi. Jam ergo pascha, pentecosten, et alique festi celebramus, non judaicè, sed christianè, id est, non tantum litterè, sed et spiritu. Audi Nazianz. orat. 4 in Julianum: *Festa, inquit, celebramus non corporis vitore, non estitibus mutatione ac magnificentia, non concussationibus et ebrietatibus, quorum fructum cutibus et impudicitia esse didicimus, etc., sed animi puritate, et mentis hilaritate, et lucernis totam Ecclesiæ corpus illustrantibus, hæc est dicinis contemplationibus et cogitationibus, qua super sanctum candlebram excitentur, atque universam terrarum orbem luce perfundant.* EAS. Greg. hom. 33 in Evang. *Quid prædesti, ait, intercessio castis hominum, si æquingit decesse festis angelorum?* Idem in Registro: *Domine, ait, sic à labore terrenis cessandum est, atque omnimodò orationibus insistendum, ut si quid negligentiæ per sex dies agitur, per diem resurrectionis Domini præcipue expiatur.* Et Orig. hom. 69 in Exod.: *Si detinet, ait, ob omnibus secularibus operibus, et nihil mandatum geras, sed spiritualibus operibus voces, ad Ecclesiæ conveniatis, lectionibus hincin curam præbeas, de celestibus cogites, de futura spe sollicitudinem geras, venturam judicium præ oculis habeas, non respicias ad præsentia et terrena; sed ad invisibilia et futura: hæc est observatio sabbati christiani.* B. Thomas Morus tantâ religione colebat festa, ut nō etiam, dum in carcere solus degere, vestibus melioribus sibi allatis indueretur: mirantibus verò cur, solus cum esset, id faceret, respondit: *Non est conspectum populi, sed ad Dei honorem festa colo, et humerò induor.* Idem,

accepta mortis sententiâ; cum dicitis quam velle; ejus executo differret, tandem instante festo Translationis S. Thome Cantuar. e Cras, sabbat in vigilia festi, *vehementer gesto ad Deum migrare; esset enim ille dies mihi admodum convalescens*: eumque quem optabat diem, martyri suo congruè concessit Deus, in quo et patroni, cujus nomen gerebat, simul et causa martyris laureati: et S. Apostoli (incidit enim illud festum in octavam SS. Petri et Pauli) pro cojus primati sanguinem fundebat, celestis memora fitin Ecclesiâ. Ita Stapletoni in ejus Vita.

Amog. pentecoste, sive hebdomada et sabbatum (id est, festum) hebdomadarum, significabat universalem requiem sanctorum omnium in cœlo, ut sicut secundo die arymorum præcessit oblatio manigudi spicarum, id est, Christi resurrectio; ita septimè exinde hebdomadè, et die 50 omnes qui per fidem et dilectionem Christo adhererunt; ad eum quasi ad caput suum congregantur, æternam cum illo requiem habituri, tamque offerent duos panes primitiarum, gloriam scilicet anime et corporis, eoque Deo, Deique laudibus æternis consecrabunt. Ita Radolph.

VERS. 22. — NEE SECURITIS EAM (terram) USQUE AD SOLTEM, non omnino eam demetelis; ut aliquid pauperibus colligendum relinquas. Vnde dicta cap. 19, v. 9.

VERS. 24. — MENSIS SEPTIMO PARTIA DE MENNIS ERIT VOSUS EXIBITUS (id est, festum solum) MEMORIALIS; CIANGENTIS TENIS. Quartum est hoc festum, scilicet tularum; primâ die mensis Tseri, id est, septembris.

Nota. Septembris erat sacer apud Hebræos, nam primò, septimus dies erat festus, eratque sabbatum; secundo, septima hebdomada dierum erat pentecoste; tertio, septimus mensis magnæ ex parte erat sacer; et, ut inquit Origen. hom. 25 in Num., erat, quasi sabbatum mensium; sicut septimus dies erat sabbatum dierum: mensis enim septimo quatuor, imò quinque celebrabantur festa, scilicet neomenia, tularum, expiationis, tabernaculorum, inique per septem dies; et costis sive collecte. Quarto, septimus annus erat annus sacer libertatis et remissionis, ac quietis terre. Quinto, septima hebdomada annorum, puta annus 50 totus erat festus, eratque jubileum.

PRIMA DE MENNIS. Erat ergo illo die duplex festum: primò, neomenia, sive novitium à quo ipsi mensum incœbantur; primus enim dies mensis erat novitium. Secundo, tularum; unde et duplici illo die offerantur sacrificia; scilicet tam neomenia quam tularum, ut patet Num. 29, v. 4 et seq.

MEMORIALIS CIANGENTIS TENIS. Hebr. *memoriale clangoris*, vel, ut Septuag. *labarum*. Tradunt Hebræi et Latini festum tularum institutum fuisse in memoriam Isaac patriarchæ, ab immolatione et gladio patris sui Abrahæ liberati, ac pro eo surrogate arietis, Gen. 22, 11, illoque eo die coramibus arietinis clangero solitos, licet insuper et tubis argenteis eodem die clangere ob neomeniam et sacrificia, uti præcipitur Num. 10, 10. Imò tradunt Hebræi Isaac eodem die, videlicet primò mensis septimè, ab Isaac immolatione fuisse liberatum. Clangor ergo hic memorialis erat liberæ

tionis Isaac, simulque erat oratio tacita, ut Deus eorum etiam recordaretur, atque sicut liberaverat Isaac, ita et posterus ejus à mortis periculis liberaret. Mystrè, septimus mensis est tempus gratiæ, puta legis novæ, in quo septem spiritus Dei missi sunt in omnem terram, Apoc. 5. quoque septiformem Spiritus sancti gratiam et spiritum recipientis; prima ejus festivitas est lætitia clangoris et tubarum, id est, predicationis Apostolorum (hi enim quasi coelestes quædam tubæ toto orbe insonuerunt) et conversionis gentium. Ita Origenes, Radulphus et Isychius; hos enim Christus ex hoc mundo ad Patrem Iltarus, in totum orbem buccinatum misit, dicens: *Ita in mundum universum, et predicatè Evangelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit.* Matth. ult. Hujus præcepti memores S. Petrus et Joannes, dum jubentur silere, respondent: *Si justum est in conspectu Dei, nos potius audire quam Deum, judicare. Non enim possumus quæ vidimus et audivimus non loqui.* Act. 4. Benjamin diaconus in carcere biennium detentus, dum cæ lege solutus esset, ne amplius Dei Evangelium predicaret, memor sup. vocationis dicebã: *Negare possum, neque debet talentum fidei meæ commissam in terram abscondere.* Testis est Theod. l. 5, c. 28. S. Franciscus suos rogavit, *Quid vobis consiliis videtur, an quod orationi, an terò quod predicationi vacent?* Enumeratis utrinque commodis, conclusit tandem: *Attamen predicationis officium vobis potissimum commendare voluit. Redemptor noster, dum ipse cum peccatoribus conversatus erat, cuius præcepto cum nobis insistendum sit, utique Deoque gratius erit, si intermissa quiete foris egrediamur ad laborem; quod et præstitit. Ita Donat. in Vitâ ejus. l. 1, c. 12. Ilnc S. Thom. p. 3, q. 67, art. 4: *Predicare, inquit, est principalissimus actus, et proxima episcopi, et dignior quam baptizare.* Idem in 4 ad Corinth. c. 9: *Predicator, ait, in Script. habet octo nomina, scilicet miles, minor, pastor, bos, arator, triturator, seminator et architectus templi.**

Hinc et Isaias c. 52 ait: *Quin speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!* S. Aug. prædicatorem vocat angelum; S. Greg. hom. 5 in Ezech. Vita, inquit, prædicantium et tonat, et ardet. *Ardet desiderio, tonat verbo.* *Es ergo candens est predicatio accensa; sed de candenti are scintille procedunt; quia de eorum exhortationibus verba flammantia ad aures audientium procedunt.* Rectè ergo verba predicatorum appellata sunt scintille; quia eos quo in corde tetigerint, incendunt. Idem 50 Mor. explicans illud Job. 50: *Nunquid ubi tempus parvas hinc in patria? Oportet, ait, ut predicatoris sint forica tri præcepta, complicatus infernis, terribiles in minis, in exhortationibus blandi, in ostendendo magisterio humiles, in rerum temporalium contemptu dominantes, in toleranda adversitatibus rigidi.* S. Clemens l. 8 Recogno. predicatorum comparat radiis solaribus, qui orbem illuminant, omnesque videre faciunt.

Porrò qualis debeat esse hæc tuba et concio, docet ipse Ecclesiastes, c. 12, 11: *Verba, ait, sapientum sicut stimuli, et quasi clavi in altum defixi. Ubi Olym-*

piod: Sicut stimuli, inquit, fores pungunt, argenteque aratro sulcum proscindere; ita et theologorum verba excitant nos, qui spi bonâ aramus, proscindere sulcum spirituales, ut cum purgatus fuerit ager cordis nostri, pulchros in eo virtutis surculos conseramus. Similia quoque sunt clavis ignitis atque candentibus, qui altius facilius linguas infigunt: ita enim et sapientum verba in penitissimas animas intellecta nostri altius figuntur. Et S. Hier. *Verba, ait, sapientum pungere dicuntur, non palpate, nec molli manu atrahere lacrymam; sed erantibus tardis penitentia dolores et vinus infingere. Si cujus ergo sermo non pungit, sed oblectationem facit auditivibus, iste sermo non est sapiens. Idem ad Nepotianum: *Docente te, inquit, in Ecclesia, non clamor populi, sed gemitus suscitetur; lacrymæ auditorum laudes tuae sint.* Et alibi: *Ille est doctor ecclesiasticus, qui lacrymam, non risum movet, qui corripit peccatores, qui nullam beatitudinem, nullum dicit esse felicum.**

Quisquis ergo predicator es, quisquis es tuba, imò os Dei, clama, ne cesses; quæ tuba exalta vocem tuam, et annuntia populo meo accelera coram, et domui Jacob peccata eorum, Isaiâ 58, 4.

VERS. 27. — DECIMO DIE MENSIS SEPTIMI DIES EXPIATIONIS ERIT. Quintum est hoc festum, hipparin, id est, expiationis sive propitiationis, quo fiebat expiatio peccatorum populi toto anno commissorum, per jejunium et sacrificia, idemque pontifex non laetum populum expiabat, sed et ipsum Sanctum, et Sanctum sanctorum, his caeremoniis, quæ prescriptæ fuerunt c. 16. Vide ibi dicta. Erat hic dies sanctissimus; unde nec cibos in eo, sicut nec in sabbato, coquere licebat, ut colligitur ex v. 50.

AFFLIGETIS ANIMAS VESTRAS, per jejunia aliæque dicta c. 16, 29.

VERS. 32. — SABBATUM REQUITIONIS EST. Quasi dicat: Festum est, et requies omnimoda, quo omnino ab omni opere, etiam non servili, uti est coquere cibos, cessandum est.

AFFLIGETIS ANIMAS VESTRAS DIE NONO MENSIS. Scilicet à vespere, sive ab occasu solis diei noni, usque ad vespem diei decimi, nam, ut sequitur.

VERS. 55. — A VESPERA USQUE AD VESPERAM CELEBRABITIS SABBATA (FESTA) VESTRA, puta ab uno solis occasu usque ad alterum, cum scilicet apparere incipit stella Veneris (ut Hebræi tradunt), quæ vespere, vespere et hesperus dicitur. Unde et vespera ab hæc stella nomen accepit, ait Isidorus l. 5 Etymol. c. 5, q. d.: *Ne afflictio hæc diei expiationis, quasi ingrata et molesta dissimulanda putetur in ipsam diem decimum, hinc edico et jubeo ut illam inchoetis, ut et alia festa, à vespere præcedentis noni diei. Id clarius significat Hebr., Chald. et Septuag., in quibus est apertor distinctio, uti et in Roman. et alijs correctioribus Latinis. Unde et Ecclesia christiana quoad officium ecclesiasticum festa celebrat à vespere in vespem; hoc enim est quod sancitur c. 1 de feriis, in decretal.: *Omnes dies Dominicos à vespere in vespem, omni veneratione decernimus observari* populo temper festa à nocte in mediam noctem celebranda, indicta sunt.*

VERS. 34. — A QUINTODECIMO DIE MENSIS SEPTIMI ERIT FERIE TABERNACULORUM SEPTEN DIES DOMINO. Sextum est hoc festum scilicet tabernaculorum per septem dies, quod græcè dicitur scenopægia, à figendis tabernaculis: *œçççççç enim est tabernaculum; œçççççç est fixio sive compactio.* Ridiculum enim est, quod patet Abulensis et Radulp., scenopægiam dici à *çççççç*, id est, comestio, et *œçççççç*, id est, communis: quod hoc festo Judæi comederent in publico, sive loco communi. Institutum est hoc festum in memoriam protectionis divinæ, quæ Hebræos in deserto ita protexit, ut sine domibus in tabernaculis per 40 annos hieme et æstate vixerint. Quare in deserto nunquam celebratum est hoc festum, quia ibi agebatur ipsa rei veritas, et continentium quasi festum tabernaculorum; sed postea in ejus memoriam quotannis celebratum est in Chanaan: ita ut partim in urbe, partim in atris, foris, plateis, hortis, quæ et domatibus, id est, tegis domorum, ut patet Nehem. 8, v. 16, partim extra urbem, cum tutum esset, tabernacula construerent ex lignis sive palis, quibus alii ramos, alii pelles et lineæ circumducebant, ut sit in tentoriis castrensibus, in iisque ad septem dies habitarent. Cùm enim ex totâ Judæâ Hebræi Hierosolyman convenirent hoc festo, et singule familie singula tabernacula construerent, ut ait Joseph. 5 Antiq. 10, nequaquam tot in urbe construi poterant quot omnibus sufficerent. Estque verisimile ita fuisse disposita tabernacula, ut quasi urbs quædam fieret, et singule familie seorsim, omnesque per vicos et plateas distincte et ordinate habitarent; ita enim faciebant cum per desertum peregrinabantur, cujus rei memoriam tunc recollebant. Secundo, hoc festum institutum est in line anni, puta in Septembri, post collectas omnes fruges, ut de his gratias agerent Domino, idemque omnes maculi hoc festo templum adire, utique dona offerre debebant, uti prescribitur Exodi 25, 14 et seq. De holocaustis et victimis, quæ singulis hisce septem diebus nactabantur, vide Num. 29, v. 12. Denique Hebræi septimo die hujus festi circummeant altare septies, portantes ramos, in memoriam expugnatæ Jericho à Josue septimo urbis circum, Josue 6, 16.

VERS. 56. — DIES QUOQUE OCTAVUS ERIT CELEBRANDUS, EST ENIM CÆTES ATQUE COLLECTÆ. Septimum est hoc festum cœtes atque collectæ, quod erat quasi octava festi tabernaculorum. Erat hoc festum solenne, unde à S. Joanne e. 7, 37, vocatur *dies magnus festivitatis.*

Nota hoc festum diei cœtes et collectæ, non tam pecuniarum aut elemosynarum, uti volunt Abulens., Lyran., Cajetan., Olcast., quam hominum et populi, qui congregabatur octavo die in tabernaculo, et postea in templo, ut simul adunatus gratias ageret Deo solemnibus sacrificiis, quod post longam illam in deserto peregrinationem omnes tribus salvæ venissent in terram promissam, quasi terminum et sedem suam, eamque quiete possiderent. Simili ratione dies septimus arborum vocatur dies cœtes et collectæ, eo quod omnes eo die simul convenirent ad agendum gratias Deo, quod eos in Ægyptiâ servitute dispersos adu-

nasset, et simul inde eduxisset. Quod autem de collectâ, non pecuniâ, sed populi hinc agatur, indeque festo institutum sit nomen cœtes, sive collectæ, patet primo, quia in Heb. hoc festum vocatur *atzeret*, quod significat *cœtes, sive congregationem*, non pecuniam, sed populi. Secundo, quia Chaldræus speritissimè hanc vocem *atzeret* vertit *hancitæ teban*, id est, *collecti cœtes*. Tertio, quia Septuag. semper hanc vocem vertunt *ἀγῶνας*: exodium autem teste Theodoroto q. 52, finem festorum indicat; et exodium apud Livium lib. 7. Jovenal. sat. 6, Pollucem l. 4, Spidam et alios carmen erat, quod in exitu allejus rei, maxime comœdiæ aut scenæ, canebatur. Juvenat., inquit Livius, *histrionicibus fœbellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo, ridicula intacta veritatis fœtare cœpti, quæ inde exodia appellata, conversatæ subilis, potissimum Aelianus nat.* Unde eo alludentes Septuag. festum hoc exodium vocarunt, eo quod clauderet solemnitatem festi tabernaculorum publicæ et communi gratiarum actione et plausu, quo peracto tabernaculis exentes, quisque ad suas sedes et urbes remeabat. Quarto, quia similem collectam fecit rex Salomon, non pecuniæ erat enim ipse ditissimus et liberalissimus; sed populi in octava dedicationis tempore, 2 Paral. 7, 9. Non nego tamen potuisse hoc festo fieri collectam pecuniæ pro templo et ministris Dei ante discessum populi, sed illa poterat heri, et aliis festis, et maxime septimo die arborum. Verum non inde vocatur hoc festum cœtes vel collectæ, neque hic fuit præcipuus festi hujus finis.

VERS. 37. — OFFERTISQUE IN DIE OBSATIONES DOMINO HOLOCAUSTA, EXCEPTIS SABBATIS DOMINI, DONISQUE VESTRIS, q. d.: Hæc quoque descriptis sacrificiis offertis singulis festis, præter sacrificia quæ sabbato offeruntur, videlicet quatuor arborum, quorum bini mane, et bini vespere offeruntur in holocaustium die sabbati, ut patet Num. 28, 9; item præter dona et vota vestra, id est, præter victimas quas sponte aut ex voto offeritis.

VERS. 40. — SURTICISQUE VOBIS DE PRIMO (FESTI) TABERNACULORUM, UTI PRÆCESSIT) FRUCTUS ARBORUM PALMARUM, ET SPATULASQUE PALMARUM, ET RAMOS LIGNI DENARIUM FRONDIBUS, ET SALLICES DE TORRENTE, ET LEXYDRINI CORAM DOMINO. Nota. In festo tabernaculorum jubentur Judæi, manibus gestare quatuor arborum ramos, vel fructus: primo, *arboris pulcherrima*, id est, citri. Ita Chaldræus. Unde et Josephus fructus hujus arboris vocat mala Persica; mala enim citria, auctore Dioscoride, vocantur Persica et Medica, quia ex Persiâ et Mediâ in Italiam sunt advecta, teste Plinio. Citrum fuisse hanc arborem docet etiam R. Moses Ægyptius l. 5 Mor. c. 44.

Dies: S. Hier. in c. 14. Zachar. dicit fuisse cedrum. Respondeo: Per cedrum, citrum intelligi: nam mala citria etiam cedromela, quasi mala cedri vocantur, teste Dioscor. supra. Secundo, *spatulas*, id est, ramos palmarum. Ita Septuaginta. Tertio, *ramos ligni denarium frondibus*, id est, myrti. Ita Josephus, Chald. et R. Moses supra. Quarto, ramos salicis. Harum ergo quatuor arborum pulcherrimum, et maxime odoratum aliquid odoratarum (citrus enim et myrtos boni odoris sunt)

ramos in festo tabernaculorum gestare debebant Hebraei, ut recordarentur se à solitudine in terram feracem et arboribus optimis abundantem translatis esse; præterea, inquam, non tantum primo die festi, ut censuit Abul., sed per septem continuos festi dies : hoc est enim quod hic dicitur : *Celebrabitis solennitatem septem diebus*. Et ita intellexit R. Moses, Burgenis, Ribera et alii : idque ut per septem dies significarent, Hebraeos multis annis commoratos fuisse in deserto, indeque plenum gaudium in terrâ promissâ eis obvenisse; hoc est enim quod sequitur.

EV LETABIMINI CORAM DOMINO. *q. d.* Gestantes ramos hos et fructus, salubritas in sanctuario coram Domino. Tripudis enim solabant veteres celebrare sua festa, ut patet 2 Reg. 6, 14; Exodi 15, 19; Exodi 19, 20, ita Abul. qui et addit: *Dicunt aliqui quod quando Iudei habebant totos ramos in manu, habebant eum eis colligatos et fructus, et sic salubritas elevantes et deprecantes illos fructus ad omnem differentiam positionis: ipse significatio id esse ad laudem Dei: qui erat Dominus omnium positionum mundi*. Simile fiebat in *thermia*, sive oblatione sacerdotum, ut dixi Exodi 29, 24; Levit. 7, 50.

Mysticè, septimus mensis est tempus gratiæ. Primum ejus festum est bilarum, id est, prædicatio Apostolorum. Secundum expiationis, id est, penitentia et contemptus illecebrarum voluptatum, cui studere debent omnes vere ad Deum conversi. Tertium tabernaculorum, quia tertius iuxta christianam gradus est vivere hie uti in tabernaculo per septem dies, id est, totâ vitâ, ut scilicet utamur rebus hujus seculi quantum necesse est, non amplius, et totâ mente per desertum hujus mundi festinemus ad celestes mansiones, ut dicimus cum Psalmo : *Incolabo ego nun et peregrinus, sicut omnes patris mei: in caulis enim habitavit Abraham, cum Isaac et Jacob coheredes reprobationis ejusdem*; vide dicta Hebr. 11, v. 9 et 10. Celebratur 15 die, cum luna decreverit totipiti, quia qui bona seculi fluxa et caduca (quorum luna est symbolum) esse cognoscit, hic festinat ad aeterna. Septem ejus diebus continuè offerimus holocausta, quia totos nos nostraque omnia Deo consecramus. Gestamus primo, citrum, qui colore est aureo, id est, ardentem charitatem, quâ toti Dei gloriæ, et fratrum utilitatibus incumbimus. Secundò, spatulas palmorum, quia quasi viatores terræ omnia calcamus, dum nostra conversio in cœlis est. Tertio, lignum densarum frondium, puta myrtum, id est, odoriferam virtutum omnium densitatem, et continuè earum exercitum. Quarto, ramos salicis viridens, qui stabili firmitate in nostro virtutum statu et virore perseverare debemus; hi de torrente sumuntur, quia nisi crebrò in lege Dei meditæmur, Deique

CAPUT XXIV.

1. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens:
2. Præcipe filiis Israel ut afferant tibi oleum de olivis purissimum, ac lucidum, ad concinnandas lucernas jugiter,
3. Extra velum testimonii in tabernaculo federis. Ponticæ eas Aaron à vespere usque ad mane coram

gratiam imploremus, marcescet in nobis ille animalis vigor. Vide psal. 4, v. 5. Hoc qui fecerit letabitur coram Domino, et hilarem semper in eodem vitam aget. Rursus S. Hieron. in cap. 14 Zacharie per lignum pulcherrimum accipit sapientiam, per palmas victoriam, per myrtum mortificationem, per salices castitatem. Nam medicus, inquit, et phisici tradunt quod si quis salicis florem mistum aquâ tiberit omnis in eo frigeat calor, et libidinis vena sicetur, ut ultra filios generare non possit. Hisce ornati in tabernaculis hujus vite, pariter et armati, tendimus ad domum nostram paratam in cœlis. Salices ergo, æquè ut lactuce, agrus castus, etc., humorem venereum minuunt, et castitatem fovent ac tuentur. Quartum festum sequens et finitius festum tabernaculorum, puta ejus octava, est festum coctus et collectæ, hoc significat octavam resurrectionis, quanda ex tabernaculis hisce exeuntes colligimur ad concilium et congregationem sanctorum in cœlis, de qua canit Psaltes : *Beati qui habitant in domo tua, Domine; in seculo seculorum laudabunt te*; tunc nullum opus servile facimus, quia tunc cessabit omne peccatum, omnis etiam labor et dolor, offeremus holocaustum Domino, quia totis viribus, totaque contentione animæ, Deum speculabimur et amabimus : ibi enim implebimus illud : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex totâ fortitudine tuâ; et illud; Benedictio, anima mea, Domino, et omnia que intra me sunt nominati sancto ejus*. Ita Hadolphus, et ex parte Isychius atque ex iis Ribera lib. 5 de Templo c. 40 et seq.

Alligor. etiam Rupert. apposito et eleganter hæc accommodat festis natalis Christi Domini. Sicut enim pascha et pentecoste Judæorum, inquit, significabat pascha et pentecosten Christianorum; ita festum tabernaculorum, quod in exitu anni celebrabatur, significabat festum natalis Domini, quod in fine anni celebratur. Tum enim letabundi terre nostræ virginæ, puta B. Mariæ, fructum, scilicet Christum in Bethleem colligimus, et fructum arboris pulcherrimæ, id est, Virginis intemeratæ filium, in Eucharistiâ, ter offerimus et sumimus. Christus enim in stabulo et hospitio natus est, ut hic nobiscum quasi in tabernaculo versaretur, nosque ex eo ad patriam cœlestem deduceret; adsunt et palmas, hæc enim Christi festum comitatur et sequitur S. Stephanj martyrium et victoria; adest et lignum densarum frondium, videlicet S. Joannes densa et altissima mysteria eructans; adsunt et parvuli innocentes, qui quasi salices de torrente fructum operum non habentes, subitò per solam Dei gratiam ad viriditatem salierunt aeternæ patriæ, et paradisi cœlestis.

CAPITULUM XXIV.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :
2. Ordonnez aux enfants d'Israël de vous apporter de l'huile d'olive très-pure et très-claire, pour en faire toujours brûler dans les lampes qui seront
3. Hors du voile du témoignage, dans le tabernacle de l'alliance. Aaron les disposera devant le Seigneur pour y être allumées depuis le soir jusqu'au matin, et

Domino, culto ritique perpetuo in generationibus vestris.

4. Super candelabrum mundissimum ponentur semper in conspectu Domini.
5. Accipies quoque similam, et coques ex ea duodecim panes, qui singuli habeantur duas decimas :
6. Quorum senos altrisecis super mensam purissimam coram Domino statues :
7. Et ponis eos non thus lucidissimum, ut sil panis in monumentum oblationis Domini.
8. Per singula sabbata mutabuntur coram Domino suscepti à filiis Israel federe sempiterno.
9. Eruntque Aaron et filiorum ejus, ut comedant eos in loco sancto : quia Sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini jure perpetuo.
10. Ecce autem egressus filius mulieris Israelitidis, quem pepererat de viro ægyptio inter filios Israel, jurgatus est in castris cum viro israelitâ.
11. Cumque blasphemasset nomen, et maledixisset ei, adductus est ad Moysen (vocabatur autem mater ejus Salumith, filia Dabai, de tribu Dan).
12. Miseruntque eum in carcerem, donec nosset quid juberet Dominus.
13. Qui locutus est ad Moysen,
14. Dicens: Educ blasphemum extra castra, et ponant omnes qui audierint manus suas super caput ejus, et lapidet eum populus universus.
15. Et ad filios Israel loqueris : Homo qui maledixerit Deo suo portabit peccatum suum :
16. Et qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur : lapidibus opprimet eum omnis multitudo, sive ille civis, sive peregrinus fuerit. Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur.
17. Qui percusserit et occiderit hominem, morte moriatur.
18. Qui percusserit animal, reddet vicarium, id est, animam pro anima.
19. Qui irrogaverit maculam cullibet civium suorum, sicut fecit sic fiet ei :
20. Fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente resituet : qualem inflaverit maculam, talem sustinere cogetur.
21. Qui percusserit jumentum, reddet alium. Qui percusserit hominem, pinioret.
22. Aequum iudicium sit inter vos, sive peregrinus, sive civis peccaverit : quis ego sum Dominus Deus vester.
23. Locutusque est Moyses ad filios Israel : et calaverunt eum qui blasphemaverat extra castra, ac lapidibus oppresserunt. Feceruntque filii Israel sicut præceperat Dominus Moysi.

COMMENTARIUM.

VERS. 2.—PRÆCIPE FILIIS ISRAEL UT AFFERANT TIBI OLEUM. Nota. Quatuor erant functiones sacerdotum in tabernaculo: prima et præstantissima, de qua hæc tenens actum est; erat immolatio sacrificiorum; secunda, incensio thymiamatis in altari ad id deputato

cette cérémonie s'observera par un culte perpétuel dans toute votre postérité.

4. Les lampes se mettront toujours sur un chandelier d'or très-pur et très-clair, devant le Seigneur.
5. Vous prendrez aussi de la pure farine, et vous en ferez cuire douze pains, qui seront chacun de deux dixièmes de farine.
6. Et vous les exposerez sur la table très-pure, devant le Seigneur, six d'un côté, et six de l'autre :
7. Vous mettez dessus de l'encens très-luisant, qui brûlera en l'honneur du Seigneur, afin que ce pain soit un monument de l'oblation faite au Seigneur par les enfants d'Israël.
8. Ces pains se changeront pour en mettre d'autres devant le Seigneur, à chaque jour du sabbat, après qu'on les aura eus des enfants d'Israël, qui dévont les offrir au Seigneur, par un pacte, qui est comme le témoignage éternel de leur fidélité et de leur perpétuelle reconnaissance.
9. Et ils apparteniront à Aaron et à ses enfants, afin qu'ils les mangent dans le lieu saint, et non ailleurs, parce que c'est une chose très-sainte, et qu'ils leur appartenent comme leur part des sacrifices du Seigneur par un droit perpétuel.
10. Cependant il arriva que le fils d'une femme israélite, qu'elle avait eu d'un Égyptien, parait les enfants d'Israël, et eut un dispute dans le camp avec un Israélite :
11. Et ayant blasphémé le nom saint, et l'ayant maudit, il fut amené devant Moïse. Sa mère s'appelait Salumith, et elle était fille de Dabai de la tribu de Dan.
12. Cet homme fut mis en prison jusqu'à ce qu'on en eût su ce que le Seigneur en ordonnait.
13. Alors le Seigneur parla à Moïse,
14. Et lui dit : Faites sortir hors du camp ce blasphémateur; que tout ceux qui ont entendu ses blasphèmes lui mettent les mains sur la tête pour rendre témoignage de son crime, et qu'il soit lapidé par tout le peuple.
15. Vous direz aussi aux enfants d'Israël : Celui qui aura maudit son Dieu, portera la peine de son péché :
16. Que celui qui aura blasphémé le nom du Seigneur, soit puni de mort. Tout le peuple le lapidera, soit qu'il soit citoyen ou étranger. Que celui qui aura blasphémé le nom du Seigneur soit puni de mort.
17. Que celui qui aura frappé et tué un homme soit puni de mort.
18. Celui qui aura tué une bête en rendra une autre en sa place; c'est-à-dire, il rendra une bête pour une bête.
19. Celui qui aura outragé quelqu'un de ses citoyens sera traité comme il aura traité l'autre :
20. Il recevra fracture pour fracture, et pourra oeil pour oeil, dent pour dent : il sera contraint de souffrir le même mal qu'il aura fait souffrir à l'autre.
21. Celui qui aura tué une bête domestique, en rendra une autre, ou en payera la valeur selon l'estimation qui en aura faite; mais celui qui aura tué un homme n'en sera pas quitte pour de l'argent. Il sera puni de mort.
22. Que la justice se rende également parmi vous, soit que ce soit un étranger ou un citoyen qui ait péché, parce que je suis le Seigneur votre Dieu, et que je punis le mal partout où il se trouve.
23. Moïse ayant déclaré ces choses aux enfants d'Israël, ils firent sortir hors du camp celui qui avait blasphémé, et ils le lapidèrent; et les enfants d'Israël firent ce que le Seigneur avait ordonné à Moïse.

intra Sanctum, de qua functione dictum est Exodi 30, 7; tertia, propositio panum propositionis; quarta, accessio incensarum in candelabro : de duabus hisce postremis agitur hoc capitulum. Porrò filii Israel, sive totus populus debet hæc sumptis præbere, ad has qua-

ramos in festo tabernaculorum gestare debebant Hebraei, ut recordarentur se à solitudine in terram feracem et arboribus optimis abundantem translatis esse; præterea, inquam, non tantum primo die festi, ut censuit Abul., sed per septem continuos festi dies : hoc est enim quod hic dicitur : *Celebrabitis solennitatem septem diebus*. Et ita intellexit R. Moses, Burgenis, Ribera et alii : idque ut per septem dies significarent, Hebraeos multis annis commoratos fuisse in deserto, indeque plenum gaudium in terrâ promissâ eis obvenisse; hoc est enim quod sequitur.

EV LETABIMINI CORAM DOMINO. *q. d.* : Gestantes ramos hos et fructus, salubritas in sanctuario coram Domino. Tripudis enim solabant veteres celebrare sua festa, ut patet 2 Reg. 6, 14; Exodi 15, 19; Exodi 19, 20, ita Abul. qui et addit : *Dicunt aliqui quod quando Iudei habebant totos ramos in manu, habebant eum eis colligatos et fructus, et sic salubritas elevantes et deprecantes illos fructus ad omnem differentiam positionis : quo significatio id esse ad laudem Dei : qui erat Dominus omnium positionum mundi*. Simile fiebat in *therma*, sive oblatione sacerdotum, ut dixi Exodi 29, 24; Levit. 7, 50.

Mysticè, septimus mensis est tempus gratiæ. Primum ejus festum est bilarum, id est, prædicatio Apostolorum. Secundum expiationis, id est, penitentia et contemptus illecebrarum voluptatum, cui studere debent omnes vere ad Deum conversi. Tertium tabernaculorum, quia tertius usus christiana gradus est vivere hie uti in tabernaculo per septem dies, id est, totâ vitâ, ut scilicet utamur rebus hujus seculi quantum necesse est, non amplius, et totâ mente per desertum hujus mundi festinemus ad celestes mansiones, ut dicimus cum Psalmo : *Incolabo ego nun et peregrinus, sicut omnes patris mei : in caulis enim habitavit Abraham, cum Isaac et Jacob coheredes repromissionis ejusdem*; vide dicta Hebr. 11, v. 9 et 10. Celebratur 15 die, cum luna decreverit totipiti, quia qui bona seculi fluxa et caduca (quorum luna est symbolum) esse cognoscit, hic festinat ad aeterna. Septem ejus diebus continè offerimus holocausta, quia totos nos nostraque omnia Deo consecramus. Gestamus primo, citrum, qui colore est aureo, id est, ardentem charitatem, quâ toti Dei gloriæ, et fratrum utilitatibus incumbimus. Secundò, spatulas palmorum, quia quasi virescentes omnia calcamus, dum nostra conversio in cœlis est. Tertio, lignum densarum frondium, puta myrtum, id est, odoriferam virtutum omnium densitatem, et continuam earum exercitum. Quarto, ramos salicis viridens, qui stabili firmitate in nostro virtutum statu et virore perseverare debemus; hi de torrente sumuntur, quia nisi crebrò in lege Dei meditæmur, Deique

CAPUT XXIV.

1. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens :
2. Præcipe filiis Israel ut afferant tibi oleum de olivis purissimum, ac lucidum, ad concinnandas lucernas jugiter,
3. Extra velum testimonii in tabernaculo federis. Ponticæ eas Aaron à vespere usque ad mane coram

gratiam imploremus, marcescet in nobis ille animalis vigor. Vide psal. 4, v. 5. Hoc qui fecerit letabitur coram Domino, et hilarem semper in eodem vitam aget. Rursus S. Hieron. in cap. 14 Zacharie per lignum pulcherrimum accipit sapientiam, per palmas victoriam, per myrtum mortificationem, per salices castitatem. Nam medicus, inquit, et phisici tradunt quod si quis salicis florem mistum aquâ tiberit omnis in eo frigeat calor, et libidinis vena sicetur, ut ultra filios generare non possit. Hisce ornati in tabernaculis hujus vite, pariter et armati, tendimus ad domum nostram paratam in cœlis. Salices ergo, æquè ut lactuce, agrus castus, etc., humorem venereum minuunt, et castitatem fovent ac tuentur. Quartum festum sequens et finitius festum tabernaculorum, puta ejus octava, est festum coctus et collectæ, hoc significat octavam resurrectionis, quanda ex tabernaculis hisce exeuntes colligimur ad concilium et congregationem sanctorum in cœlis, de qua canit Psaltes : *Beati qui habitant in domo tua, Domine; in seculo seculorum laudabunt te*; tunc nullum opus servile facimus, quia tunc cessabit omne peccatum, omnis etiam labor et dolor, offeremus holocaustum Domino, quia totis viribus, totaque contentione animæ, Deum speculabimur et amabimus : ibi enim implectimus illud : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex totâ fortitudine tuâ; et illud : Benedictio, anima mea, Domino, et omnia que intra me sunt nominati sancto ejus*. Ita Hadolphus, et ex parte Isychius atque ex his Ribera lib. 5 de Templo c. 40 et seq.

Alligor. etiam Rupert. apposito et eleganter hic accommodat festis natalitibus Christi Domini. Sicut enim pascha et pentecoste Judæorum, inquit, significabat pascha et pentecosten Christianorum; ita festum tabernaculorum, quod in exitu anni celebrabatur, significabat festum natalis Domini, quod in fine anni celebratur. Tum enim letabundi terre nostræ virginæ, puta B. Mariæ, fructum, scilicet Christum in Bethleem colligimus, et fructum arboris pulcherrimæ, id est, Virginis intemeratæ filium, in Eucharistiâ, ter offerimus et sumimus. Christus enim in stabulo et hospitio natus est, ut hic nobiscum quasi in tabernaculo versaretur, nosque ex eo ad patriam cœlestem deduceret; adsunt et palmas, hoc enim Christi festum comitatur et sequitur S. Stephanj martyrium et victoria; adest et lignum densarum frondium, videlicet S. Joannes densa et altissima mysteria eructans; adsunt et parvuli innocentes, qui quasi salices de torrente fructum operum non habentes, subitò per solam Dei gratiam ad viriditatem salierunt aeternæ patriæ, et paradisi cœlestis.

CAPITULUM XXIV.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :
2. Ordonnez aux enfants d'Israël de vous apporter de l'huile d'olive très-pure et très-claire, pour en faire toujours brûler dans les lampes qui seront
3. Hors du voile de témoignage, dans le tabernacle de l'alliance. Aaron les disposera devant le Seigneur pour y être allumées depuis le soir jusqu'au matin, et

Domino, culto ritique perpetuo in generationibus vestris.

4. Super candelabrum mundissimum ponentur semper in conspectu Domini.
5. Accipies quoque simulam, et coques ex ea duodecim panes, qui singuli habeantur duas decimas :
6. Quorum senos altrisecis super mensam purissimam coram Domino statues :
7. Et ponis eos non thus lucidissimum, ut sil panis in monumentum oblationis Domini.
8. Per singula sabbata mutabuntur coram Domino suscepti à filiis Israel federe sempiterno.
9. Eruntque Aaron et filiorum ejus, ut comedant eos in loco sancto : quia Sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini jure perpetuo.
10. Ecce autem egressus filius mulieris Israelitidis, quem pepererat de viro ægyptio inter filios Israel, jurgatus est in castris cum viro israelitâ.
11. Cùmque blasphemasset nomen, et maledixisset ei, adductus est ad Moysen (vocabatur autem mater ejus Salmuth, filia Dabai, de tribu Dan).
12. Miseruntque eum in carcerem, donec nosset quid juberet Dominus.
13. Qui locutus est ad Moysen,
14. Dicens : Educ blasphemum extra castra, et ponant omnes qui audierint manus suas super caput ejus, et lapidet eum populus universus.
15. Et ad filios Israel loqueris : Homo qui maledixerit Deo suo portabit peccatum suum :
16. Et qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur : lapidibus opprimet eum omnis multitudo, sive ille civis, sive peregrinus fuerit. Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur.
17. Qui percusserit et occiderit hominem, morte moriatur.
18. Qui percusserit animal, reddet vicarium, id est, animam pro anima.
19. Qui irrogaverit maculam cullibet civium suorum, sicut fecit sic fiet ei :
20. Fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente resituet : qualem inflaverit maculam, talem sustinere cogetur.
21. Qui percusserit jumentum, reddet albidum. Qui percusserit hominem, pinioret.
22. Aequum iudicium sit inter vos, sive peregrinus, sive civis peccaverit : quis ego sum Dominus Deus vester.
23. Locutusque est Moyses ad filios Israel : et calaverunt eum qui blasphemaverat extra castra, ac lapidibus oppresserunt. Feceruntque filii Israel sicut præceperat Dominus Moysi.

COMMENTARIUM.

VERS. 2.—PRÆCIPE FILIIS ISRAEL UT AFFERANT TIBI OLEUM. Nota. Quatuor erant functiones sacerdotum in tabernaculo : prima et præstantissima, de qua hactenus actum est, erat immolatio sacrificiorum; secunda, incensio thymiamatis in altari ad id deputato

cette cérémonie s'observera par un culte perpétuel dans toute votre postérité.

4. Les lampes se mettront toujours sur un chandelier d'or très-pur et très-clair, devant le Seigneur.
5. Vous prendrez aussi de la pure farine, et vous en ferez cuire douze pains, qui seront chacun de deux dixèmes de farine.
6. Et vous les exposerez sur la table très-pure, devant le Seigneur, six d'un côté, et six de l'autre :
7. Vous mettez dessus de l'encens très-luisant, qui brûlera en l'honneur du Seigneur, afin que ce pain soit un monument de l'oblation faite au Seigneur par les enfants d'Israël.
8. Ces pains se changeront pour en mettre d'autres devant le Seigneur, à chaque jour du sabbat, après qu'on les aura eus des enfants d'Israël, qui dévont les offrir au Seigneur, par un pacte, qui est comme le témoignage éternel de leur fidélité et de leur perpétuelle reconnaissance.
9. Et ils apparteniront à Aaron et à ses enfants, afin qu'ils les mangent dans le lieu saint, et non ailleurs, parce que c'est une chose très-sainte, et qu'ils leur appartenent comme leur part des sacrifices du Seigneur par un droit perpétuel.
10. Cependant il arriva que le fils d'une femme israélite, qu'elle avait eu d'un Égyptien, parait les enfants d'Israël, et eut un dispute dans le camp avec un Israélite :
11. Et ayant blasphémé le nom saint, et l'ayant maudit, il fut amené devant Moïse. Sa mère s'appelait Salmuth, et elle était fille de Dabai de la tribu de Dan.
12. Cet homme fut mis en prison jusqu'à ce qu'on en eût su ce que le Seigneur en ordonnait.
13. Alors le Seigneur parla à Moïse,
14. Et lui dit : Faites sortir hors du camp ce blasphémateur; que tout ceux qui ont entendu ses blasphèmes lui mettent les mains sur la tête pour rendre témoignage de son crime, et qu'il soit lapidé par tout le peuple.
15. Vous direz aussi aux enfants d'Israël : Celui qui aura maudit son Dieu, portera la peine de son péché :
16. Que celui qui aura blasphémé le nom du Seigneur, soit puni de mort. Tout le peuple le lapidera, soit qu'il soit citoyen ou étranger. Que celui qui aura blasphémé le nom du Seigneur soit puni de mort.
17. Que celui qui aura frappé et tué un homme soit puni de mort.
18. Celui qui aura tué une bête en rendra une autre en sa place; c'est-à-dire, il rendra une bête pour une bête.
19. Celui qui aura outragé quelqu'un de ses citoyens sera traité comme il aura traité l'autre :
20. Il recevra fracture pour fracture, et pourraœil pour œil, dent pour dent : il sera contraint de souffrir le même mal qu'il aura fait souffrir à l'autre.
21. Celui qui aura tué une bête domestique, en rendra une autre, ou en payera la valeur selon l'estimation qui en aura faite; mais celui qui aura tué un homme n'en sera pas quitte pour de l'argent. Il sera puni de mort.
22. Que la justice se rende également parmi vous, soit que ce soit un étranger ou un citoyen qui ait péché, parce que je suis le Seigneur votre Dieu, et que je punis le mal partout où il se trouve.
23. Moïse ayant déclaré ces choses aux enfants d'Israël, ils firent sortir hors du camp celui qui avait blasphémé, et ils le lapidèrent; et les enfants d'Israël firent ce que le Seigneur avait ordonné à Moïse.

intra Sanctum, de qua functione dictum est Exodi 30, 7; tertia, propositio panum propositionis; quarta, accessio incensarum in candelabro : de duabus hisce postremis agitur hoc capitulo. Porrò filii Israel, sive totus populus debet sumptis præbere, ad has qua-

tur functiones necessarios, quia nomine totius populi ebs ebant sacerdotes. Ideoque primo, in censu populi quisque sivebat in hunc usum dimidium siclum, Exodi 50, v. 15. Secundò, in fessis tribus quotannis offerrebat singuli aliquid ad eundem usum, quantum scilicet ex devotione volebant. Nam preceptum erat Exodi 25, 15: *Non apparebis* (quod ter fiebat in anno) *in conspectu meo vacuus*. Tertio, erat gazophylacium, in quò injiciebat quisque quod volebat pro sumptibus templi, de quo Luca 21, 1. Quarto, sicut sumptu publico debebat populus certas victimas pro peccato addacere, ut patuit c. 4, 14; et c. 16, v. 5, ita similiter debebat offerre oleum ad lucernas, et similia ad panes propositionis coquendos, ut hic præcipitur; non quòd culibet in particulari id præcipitur, sed quòd toti populo: unde principes et magistratus ex communi arbitrio hæc dependebant. Nam primitiæ, decimæ et aliæ oblationes celebrant in jus et alimentum sacerdotum: nullam enim ipsi aliam partem, aut hereditatem à Deo inter suos populares acceperant. Accidebat tamen non raro, ut aliqui subinde religiosiores, maxime principes sive Hebræi, sive Gentiles, vel omnino, vel magnè ex parte hos sumptus præstarent, ut fecit Ezechias rex 2 Paral. 31, 5; et Selenus rex Asiæ 2 Machab. 5, 3; et Artaxerxes rex Persarum 1 Esdræ 7, 25.

OLEUM DE OLIVIS PURISSIMUM, AC LUCIDUM. Hebr. oleum purum continuum in tamen (ut vertunt 70), id est, oleum pili tuncione defluens, liquidum et lucidum, amara remanent et fecibus.

AD CONCINENDAS LUCERNAS (id est, ad accendendas lucernas. Ita Septuag., Chald. et Hebr.) *regiter* (id est, singulis noctibus, ut explicat v. seq., nam ardebant lucerne à vespere usque ad mane, mane autem extinguiebantur. Vide dicta Exod. 27, 20).

VERB. 3. — EXTRA VILEM TESTIMONIUM, quòd scilicet oppannus est *testimonia*, id est, arca que continet testimonium, id est, legem sive tabulas legis, que testantur quid à nobis fieri velit Deus. Est metonymia, q. d.: Ardeant hæc lucerne in Sancto ante Sanctum Sanctorum.

Tropolog. lucerne sunt Apostoli et doctores, quibus ait Christus: *Vos estis sal terræ, et lux mundi*. Audi S. Paulinum episc. 31 compellentem S. Aug. Ecclesie doctorem: *O lucerna dignè super candelabrum Ecclesie posita, que late Catholicis urbibus ac septiformi lino, postum oleo laticis tamen effundens, densam flet hereticorum caliginem discutis, et tamen veritatis à confusione tenebrarum splendore clarifici sermonis emittas! Os tuum sicut aqua viva, et venum fontis aterni merito dixerim: quia fons viva aqua salientis in vitam æternam Christus effectus est. Cujus desiderio stivit in te anima mea, et ubertate tui fluminis inebriari terra mea concepit.*

VERB. 5. — ACCIPES COQUE SIMILAM, ET COQUES EXTRA DUODECIM PANES. Nota. Hi sunt panes propositionis, id est, propositi Domino, ad quos similia dabat non populus; ex quâ non laici, sed ipsi Levite, puta Caathite, panes hos conciebant et coquebant, ut

patet 1 Paral. 9, 32; et c. 23, v. 29. Pari modo Levite præerant aromatibus, ex quibus ipsi sacerdotes, ut patet 1 Paral. 9, 30, conciebant sacra unguenta, præscripta Exod. 30, 25 et seq. Porrò hi panes fiebant ex similia purissima, qui subigebat pro aquâ infundebatur olei purissimi quarta pars hinc, id est, olei libras tres, puta uncie 36. Deinde simul cum panibus apponebant quartam partem hinc vini (quod, ut mox dicam, postea Deo libabant), id est, vini libras tres, cum 4 uncis. Est enim vinum oleo gravius.

Nota secundò, Panes hi erant duodecim, ut scilicet quæque tribus sum quasi panem Deo offerret: hæc enim panibus duodecim tribus protestabantur se jugiter à Deo alii; et vicissim Deus hæc gratitudine oblationis eorum quasi illectus, ostendebat se eorum meminisse, eorumque memoriam et memoriale semper ante se habere, ut eos alere et curare pergeret. Hinc tertio, hæc panibus imponebant tunc, ut significarent se omnia Deo dehere, sequè omnia Deo accepta referre per panes propositionis, quos cum tunc semper ponebant ante Dominum: tunc enim significabat panes oblatos esse Domino, tanquam qui Domini sint, illique debeantur. Porrò tunc hoc elapsa hebdomade, cum panes auferrentur, et novi surrogarentur, levitabat Deo cum sacrificiis, ut jussum est Levit. 2, v. ult. Quarto, addunt Septuag., Chald. et Philo., panibus hæc impositum fuisse saltem, hæc enim erat quasi mensa Dei: sal autem in omni mensa apponi solet, ut cibos condit, et sapilliores faciat, nam Levit. 2, 15, ita præcipitur: *In omni oblatione tui offeres sal*. Quintò, singulis sabbatis panes novi, recentesque et calidi ponebantur in mensa, ut patet v. 8, verities virò tollebantur, eosque comedebant sacerdotes, His enim solis hæc panibus vesci licebat, ut patet Matth. 12, 4. Sextò, erant hi panes azymi, et quisque eorum ponderabat duas decimas, id est, libras tredecim cum dimidia, ut mox patebit; erant ergo magni hi panes. Unde septimò, in mensa ponebantur seni et seni panes *altrinsæcia*, id est, alteri contra alteros, ita ut sex sibi invicem imponerentur, instar duarum turrium, vel potius, et concinnis, ut bini singuli jungerentur, quorum unus alteri imponebatur; ita ut duo essen ordinés panum, ut scilicet primo ordine, infernè in mensa ponerentur tres panes consequenter, qui singuli haberint alium sibi superpositum: deinde juxta eos poneretur alius similis ordo trium panum, cum tribus aliis eis impositis. Probabile est, panes singulos impositos fuisse magnis acetabulis, sive crateribus infernè, supernè verò tectos fuisse (ne à pulveribus et à muscis fœderentur) aliis vasis, que thuribulis vocantur Exodi 25, 29, inquit Vilalpando et Vatablus. Denique utriusque panum ordine utriusque apponebantur primò, una phiala, id est, universim duæ phialæ plene thure; secundò, vasculum sale plenum: tertio, cyathus cum vino utriusque, id est, duo cyathi, qui pariter cooperiti fuisse videntur, tum ob muscas et pulveres, tum ne vini vis evanesceret et accresceret. Octavò, hi panes ex publico offerrebant, scilicet populus offerrebat similia optinam, eamque pinsciant Levite,

Addit S. Hieron. 1: *Panes, inquit, propositionis juxta traditiones Hebræicas, ipsi sacerdotes terere, ipsi demerere, ipsi molere, ipsi coquere debebant.* Verum hæc traditio non convenit cum Scripturâ, nec cum Josepho. Denique cum panibus etiam vinum in hæc mensa Deo oblatum fuisse, ut integrum in eâ Deo jugiter proponeretur convivium, docet ex Josepho, et ex mensâ in arcu triumphali Titî Romæ sculptâ, Vilalpando lib. 4 de Templo, c. 57. Unde et verisimile est vinum, ne accresceret, singulis sabbatis cum panibus renovatum fuisse, veteri in honorem Dei libato, id est, effuso coram oraculo et Sancto sanctorum. Vinum enim Palestinum, cum sit potentissimum, faciliè ad 8 dies servari poterat, id enim experitur in vino Hispanico. Vilalpando tamen censet vinum eodem die quò inferrebat libatum fuisse.

Tropologica, hi panes significant opera misericordie, quibus ad Sanctum sanctorum, id est, ad cælum accedimus, qui semper debent esse in conspectu Domini, quia semper ad ea parati esse debemus. Secundò, debent esse duodecim, id est, copiosi et liberales, ut non unâ die aut hebdomada, sed quilibet largam elemosynam demus: duodenarius enim est symbolum universitatis. Tertio, imponentur eis linc lucidissimum: quia hæc charitatis opera fieri debent, non ad vanam gloriam accipiendam, sed solius Dei intuitu, utque ei soli sacrificium hoc charitatis offeramus. Quarto, imponentur eis sal, ut significetur cum discretione hæc opera esse peragenda: ut magis indigent, et utili ea impendamus. Rursùm, sal mortificationem, que jejuniò, aliisque modis fit; thus orationem significat: nam, ut ait Angelus ad Tobiam cap. 12: *Bona est oratio cum jejuniò et elemosyna*. Quintò, per singula sabbata mutantur: quia in die Dominicâ solent Christiani facere collectas elemosynarum, ut patet 1 Cor. 16, v. 1. Rursùm, cùm novum sabbatum venit, id est, cùm novum beneficium accipimus, aut receptum recordamur, novas elemosynas facere, Deoque per eas gratias agere debemus. Sextò, panes erant azymi, quia elemosyna iungi debet cum puritate vite; erantque panes magni, quia magna debet esse elemosyna; nam, ut ait S. Chrysost. *Elemosyna non depauperat, sed dilat; promissum est enim: Date, et dabitur vobis*. Septimò, seni erant à dextris, et seni à sinistris; quia tam in inimicos quam in amicos benefici esse debemus, ut vincamus in bono malum. Octavò, fiebant ex similia optima: quia non vilia, sed meliora Deo et pauperibus sunt misera. Ita Ribera l. 2 de Templo c. 11. Audi illustre misericordie et beneficentie apud gentiles exemplum, quòd refert Valer. Max. l. 4, c. 8: *Erant, inquit, opibus excellens Gilius; sed multo etiam animo, quam divitiis locupletior, semperque in erogandâ potius, quam in contrahendâ pecuniâ occupatus: adeò ut domus ejus quasi quoddam munificentie officina crederetur. Alimenta inopiâ laborantibus, dotes virginibus pauperate pressis, subsidia detrimitorum incursum quæsalis erogabantur. Hospitia quoque benignissimè excepti, variis muneribus ornati dimittebantur. Quodam tempore quingentos simul Galensium equites, et tempestatis in*

possessiones suas compulsos alui accesserunt. Quid multa? non mortalem aliquem, sed propius fortunam benignum dicens esse signum, quòd Gilius possidebat, omnium quasi commane patrimonium erat.

Quid jam faciat Christianus, quid Ecclesiasticus? sanè domus ejus elemosynæ officina sit oportet, nisi ab ethnico Giliâ vinci velit. Habeat mensam pauperibus semper paratam, panes egenis semper propositos aut proponendos; ita cum S. Joanne Elemosynario a Deo benedicere, et quò plus dabit, eò plus recipiet. Scriptum enim est promissum est ab ipsâ Veritate: *Date et dabitur vobis*. Audi S. Chrys. tom. 55 et 88 ad popul. *Quòd plura, inquit, dederis Deo, eò plus te diligit; quibus majora debet, plus tribuit et gratis, cum aliquem videt cui nihil debet, eum fugit et averatur; cum verò intueatur cum cui aliquid debet, continuo ad eum accurrit. Omnia ergo tibi sacrificia sunt, ut Deum habere dicitur. Dices: Quomodo id efficiam? Respondet Chrysost. *Nunc hujuscè rei tempus est: nunc enim esurit, mane tibi, nunc nudus est in pauperibus, cum verò hæc vita elapsa fuerit, tunc non indigebit; et tunc indigere vult propter te, Gibari à te vult, ut te ei det; induit, ut te induat. Pecuniam ergo contemne, ne contemnaris; ut dices sis, tua largiri da; ut colligas, disperge; iutare seminantes. Senius in benedictionibus, ut de benedictionibus et metas. Quòd si dicas: Proles mihi sunt diandæ; occurrit Chrysost. *Si filius, inquit, omnia dimittas, periculum custodire tua cuncta commendasti. Si verò Deum eis relinquis hæredes et tutorem, innumeros reliquit thesaurus. Si vis filios divites in tuo exinquire; Deam ipsos relinque dicitorem, et hoc eis chirographum trade; Deus centuplum quòd promissum rependet. Deo ergo faveare.***

Alleg. panes hi significant Eucharistiam, in quâ sub specie panis corpus Christi exhibetur. Ita S. Hieron. in 1 Malch. Cyrill. catech. 4 mystagog., Damasc. l. 4, c. 14, Isech. et Rupert. Hic panis est diarium decimarum, id est, diarium naturarum: Christus enim et Deus est et homo, sumpite 12 panes; quia primi cõnam hanc eucharisticam commiserunt duodecim Apostoli, imponentur eis thus, id est, gratiarum actio et oblatio, quæ principatum tenet in Dominicâ cens, inquit Isechius; non licet eos comedere nisi in loco sancto, id est, in purâ et sanctâ anima ac conscientia.

Qui singuli haberent decimas decimas. Decima erat decima pars ephi, sive trium modiorum. Ephi enim erat decima pars cori, id est, 50 modiorum, Josephus l. 5, c. 5, decimam vocat assarorem, dicitque eam continuisse 7 cotylas. Cotyla autem, inquit Ribera, 9 unciarum erat mensura; ergo decima habuit 65 uncias, id est, 5 libras et 3 uncias; dux vero decimæ, et singuli panes inde confecti erant decem librarum cum dimidia. Verum in fine Pentateuchi ostendam gomor, sive assarorem fuisse mensuram continentem 8 libras, sive 96 uncias aquæ, aut vini, aut frumenti palæstini. Hæc enim omnia æquè ponderant, teste Vilalpando. Porrò vas continens 8 libra: frumenti palæstini, tantum continebat 1 libra: farinæ eodem cum 4 uncis. Frumenti enim Palæstini non est longè est melius

deus et ponderosus. Cum ergo tritici postri vas aliquod, v. g. gomor, et farina (farina enim maledictio fit rarior, itaque levior frumento) gomor et insuper tertiam partem gomor, ut nostri molitores, qui id studiose observarunt, testantur, tritici Palaestinae gomorum unum dabit farinae gomor dimidium. Quare cum gomorum cum dimidio farinae, aequiponderet suo gomorum tritici, ex quo molitum est, hinc sequitur quod gomorum tritici ponderans 8 libras, dederit aequigomorum farinae, ita ut gomorum farinae ponderarit 5 libras cum 4 uncias: sic enim aequigomorum farinae ponderabat 8 libras sui tritici, ex quo molitum est. Gomor ergo, sive assaron tritici Palaestinae, continebat 5 libras farinae cum 4 uncias: duo gomor, et panis inde confectus continebat 10 libras cum 8 uncias. His adde pondus aquae, quae miscetur farinae; ut fiat panis; quod pondus facile est quarta pars ponderis farinae; nam 5 unciae farinae, facili, ob aquam immixtam, dant 4 uncias panis, ut nostri pastores testantur: quare 10 libras cum 8 uncias duorum assaronum farinae dabant aquam farrinistam panis libras 15 cum dimidia. Singuli ergo hi panes erant 15 librarum cum dimidia. Magni ergo erant hi panes, et ut panem panem mensam, utpote parvam, occupabant; nimirum, magno Deo, et magno danti, magna reddenda sunt, praesertim à tota aliqua tribu et populo. Denique censet Vilalpando singulos hosce panes habuisse duo gomora farinae, in memoriam ejus, quod Deus fecerat sexta, pro eis (et pro sabbato sequente quo quiescendum erat) deplebat duo gomora manna, Exodi 16, v. 23. Adit ipse et alii, dans decimas similes, continuisse 12 libras, et addit aqua in pane 16 libras. Verum sic nimis magni et immanes fuissent hi panes, quod ut evitent alii, ut Robertus Cenalis et Alcazar, qui exatè de praesens Hebraeorum mensuris scripserunt, hic et alibi decimam accipiunt, non ephi, sed gomor, cujus decima pars erant unciae penè 10, quae duo decima, continebant panem 19 circiter unciarum, id est, unius librae, ac 7 unciarum. Verum hinc sententia obstat, quod S. Scriptura et Josephus asserant et exprimat hunc decimam esse assaronem, esseque decimam gomor, sed ephi, Exodi 16, v. ult. Adde, si sic satis exigui fuissent hi panes. Manet ergo quod dictum est, panes hos fuisse 15 librarum cum dimidia.

VERS. 6. — SUPER MENSAM PERISSIMAM, SUPER MENSAM AUREAM.

VERS. 7. — UT SIT PANIS IN MONUMENTUM OBLATIONIS DOMINI, q. d.: Ut panis iste sit iuge memoriale oblationis iugis, quam hoc pane Hebraei Domino faciunt, unde ex Hebraeo ita vertas: *Panis super eos thms, et thms sit panis in memoriale ignitionis*, id est, *ignita oblationis Domini*, q. d.: Impones panibus thms, ut thus significet panem Deo oblatum, et iugem hanc panem oblationem Domino fieri: thus enim soli Deo per ignem adolebat. Alter vertunt et explicant Vatabl. et Cajet., sic videlicet, *ut thus sabbato vice panis fact ignito*, id est, in igne adolebat Domino, nam memoriale cap. 2, et alibi vocatur illa pars minchas, quia Domino adolebatur loco totius minchas.

VERS. 8. — PER SINGULA SABBATA, RECTABERE DE

sollicit nimis desecentur, aut corrumpantur, tantoque inepti ad Esuam. Ita Abul.

SUSCEPTI A FILIIS ISRAEL, q. d.: Quorum materia, id est, farina, data sit à filiis Israel, sed pista à Levitis.

FEDERE SACRIFICII. Quia hi panes sunt quasi symbola perpetuum foederis inter me et populum, illisque memoriale confectio ingerat. Simile dixi de sale foederis c. 2, 15.

Hinc censet Abulcens., etiam tempore schismatis sub Jeroboam, semper panes hosce fuisse Domino oblatos, eosque num. 12, ut praescriptum est v. 6, tum quia nihil ex 12 tribubus in hoc schismate adhaerentibus tribubus, Deo et templo: tum quia hic dicitur hosce panem ritus servandos esse fudere sempiterno, id est, quamdiu duratura erat lex veteris et iudaismus. Simili modo 12 lapides in relictis manserunt tempore schismatis, imò post eversionem decem tribuum: nam Josephus testatur se eos viderisse in rationali.

VERS. 9. — PANESQUE AARON ET FRATRUM EUS, ET COMEDANT EOS IN LOCO SANCTO, in atrio tabernaculi. Non est verisimile, crescere numero sacerdotum, 12 hosce panes fuisse dispersitos per omnes omnino sacerdotes: sic enim quisque ex eis non habuisset frustulum, sed cum sacerdotes distributi essent in 24 classes, ut patet 1 Paral. 24, quarum quaeque suam septimanam ministerii per vices obibat in tabernaculo; verisimile est, quomodo classis panes suos septimanam inter se distribuisset. Ita Abul. Ex hoc loco colligitur solis masculis filiis sacerdotum edere licuisse hos panes; atque hoc est quod ait Christus Matth. 12, 3: *Quos panes propositiois non fidebat ei edere, nisi solis sacerdotibus*. Huc etiam indicant hic sequentia: *Quia sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini*, q. d.: Panes hi comedentur tantum à sacerdotibus, eorumque filiis, quia sanctissimi habeantur, et sunt inter oblationes Domini; offeruntur enim in ipso Sancto, cum ipse victimas offerantur extra Sanctum in atrio; quae autem valde sancta erant, hae à solis masculis stirpis sacerdotalis comedi poterant, ut colligitur Num. 18, 10.

Nota. Panem horum oblatio non erat sacrificium proprie dictum; nulla enim in eis fiebat immutatio. Vocantur ergo hic sacrificium, id est, oblatio, per eatachresin. Noster tamen Gabriel Vasquez p. 5, disp. 220, n. 28, censet, hosce panes fuisse sacrificia; quia, inquit, coquebantur à sacerdotibus in cibano, idque in loco sancto, puta in atrio, quasi haec coctura ferret eorum immutatio et sacrificio. Verum hoc est incertum est, nisi jam dixi, et insufficientis, nam in cibano farina fermentabatur, non panis. Adde, haec coctura et immutatio fiebat in cibano, non in altari; altare autem est proprius locus sacrificii: unde et mincha, sive panis coctus in sartagine, craticula aut cibano non erat sacrificium, nisi cum in altari pars ejus adolebatur Deo, ut patet Levit. 2.

VERS. 10. — ECCE AUTEM EGRESSUS, etc., JURGATUS EST, q. d.: Ecce autem cepit jurgari Aegyptius: sic enim egressi subinde captivi, pro agredi et incipere quoepiam, ut Exodi 2, v. 1; Deut. 45, v. 15. Intertextur hic historia hic, quia contingit sub idem tempus, quo

dato sunt precedentes leges. Causa jurgii non exprimitur. Iudei dicunt eum jurgatum esse, eo quod esset ebrivus. Verum hoc refutat Abul., nam Hebraei in deserto ebrebant vino et stercò, atque solum manna et aqua vivebant, neque excedebant in cibo et potu, sed aqua multum quoties comedebant, videlicet unum gomor. Alii suspiciunt eum voluisse figure tabernaculum cum Danitis, eo quod esset ex matre Danità, licet patrem haberet Aegyptium, indeque ortum esse jurgium: verum et hi divinant.

VERS. 11. — CUM BLASPHEMASSET NOMEN DOMINI, ET MALEDIXISSET. Iudei vertunt, *profanavit illud nomen* (Dei scilicet tetragrammaton, quod autononastichè vocatur *haschem*, id est, nomen) *et maledixit*. Unde putant ipsi eum duo peccata admisisse: primum, quod pronuntiasset nomen Dei tetragrammaton, quod Iudeis est ineffabile; secundum, quod maledixerit. Verum errant, unum enim tantum fuit ejus peccatum, scilicet blasphemia seu maledictum in Deum. Unde Hebraei ita vertenda sunt *perforavit*, id est, *blasphemavit illud nomen* (sacrum) *et angustum Dei et maledixit*. *Nekab enim*, sive *lehab* significat *erare, perforare*, et inde per metaphoram evacuare honorem, id est, maledicere et blasphemare. Fabulantur Rabini blasphemiam hunc fuisse filium illius Aegypti, quem occidit Moses. Exodi 2, v. 12, quodque ipse Deum primò blasphemavit, deinde Mosi maledixit, volens ulcisci mortem patris sui: Deus vero curam habens suorum, magis voluit ulcisci injuriam Mosi, quam propriam, idè dixit Edmè maledictum, non enim Edmè blasphemum; ita isti tabernaculum figunt.

Alleg. blasphemus hic significat Antichristum, ait Radul., erat enim duo tribu Dan, ex qua pariter nascitur Antichristus; unde omnes Danite Antichristi, quae cognato suo, adhaerebant, et vix ullas ex his Christo creditorus est, idèque Apoc. 7, ubi è singulis tribubus electi signantur et enumerantur, sola tribu Dan omittitur, nisi exponant ibidem Aretas, Bela, Hymo, Auselm., Rupert. et Irenaeus lib. 5, 59. Mater blasphemus vocatur *Sabaith*, id est, *retributio*, ita *Dabri*, id est, *loquela*, quia damnatio cui Antichristus destinatus est, blasphemus ejus retribuetur: lapidabit eum omnis populus, quia omnes electi in die dejectionis ejus, eum condemnabunt, et sententia sua in abyssum precipitabunt.

VERS. 14. — PONANT OMNES QUI LAUDABUNT (blasphemum ejus) MANUS SUPER CAPUT EJUS, ET LAPIDENT EUM POPULUS UNIVERSUS. Moris erat apud Iudeos ut testes super caput rei manus imponerent, quasi significantes hoc caput esse impium contra quod feras testimonium, idèque mortis esset reum. Addit Lyranus eos dicere solitos: *Munus tua te adjuvat ad mortem*: non nos: quasi dicerent: *Tuo capiti mortem tuam imputa, non nobis*. Unde super caput alicujus manus imponere, est contra eum ferre testimonium, ut patet Dan. 15, 34. Aliam causam dat Olearer, videlicet imposuisse veteres manus super caput rei, tanquam super hostium piacularem: hinc enim manus imponebantur, ut patet ex dictis c. 4, 4, et 24; et c. 46, v. 24. Blasphemiam enim, idololatriam, et similia

gravia crimina, nisi vindicentur, videntur sui enormitate assistentes et vicini, adeoque totam regionem polluere, et redere omnemque divinam vindictam: quam ut avertant, Deo nocentem ritum dedunt, namque ei imponunt, quasi hoc ritu reipsa procedunt, ut Deus in eum omnem peccati pondus devolvat, nec in regionem aut populum criminum admittum vindictae. Simili modo idololatrie manus imponi jussit Deus Deut. 17, v. 7. Vido et Deut. 24, v. 6, 7, 8, 9. Merito autem, inquit Theod., q. 35, blasphemiae aptavit legem et poenam homicidii, ejusque reum lapidari jussit, quia blasphemator creatorem cum interficere non possit, lingua ferit. Unde S. Aug. in illud Matth. 26, 65, blasphemavit: *Non minus, ait, peccant qui blasphemant Christum sequentem in caelis, quam qui crucifixerunt ambulantes in terris: ut non mirum sit leges omnes civiles, canonicas et divinas tam severe in blasphemios animavertere*.

Nota est etiam poena blasphemii Sennacherib, qui ob blasphemiam cum 185 millibus cecis est: sic et Paulus blasphemum tradidit Sotane 1 Tim. 4, v. ult.

Disce hic, quantum crimen sit blasphemia, quamque acriter illud puniat Deus, etiam in hac vita. Nam de futurè stat sententia Christi: *Omne peccatum et blasphemia remittitur hominibus: spiritus autem blasphemiae non remittitur*. Et quomodo dixerit verbum contra filium hominis, remittitur ei; qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittitur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro. Ita blasphemus Pharaon, dicens: *Non novi Dominum*, meruit esse in mari Rubro. Ita Syri dicentes: *Deus mortuum est Dominus curam*, et non est *Deus vultum*; multi à panis Israelitis in valle prelio cæsi sunt, 5 Reg. 20. Ita blasphemus Antichristus deiecit in tartara, Apoc. 15, 6; et c. 19, 20.

Narrat Greg. Turon. lib. 2 Hist. c. 7, et Sidonius lib. 8 epiat. penult. quòd, cum Aureliam obsiderent Gotthi, Anianus, archiepiscopus, cum clero Litaniis per muros decantabat: audiens id sacerdos apud Gothos captivus exclamavit: *Causi ego ducere, Aniane, ei verba adversarios utique pater credis, eadem precationes alii vobis non propriam*. Audierunt sancti, et illud blasphemum vita spoliarunt. Julianus Apostata in bello Persico, divinitus lancea inter costas percussus, sanguinem suum unam in colono jaculatus: *Exple, inquit, iram tuam, Galliae* (ita Christianum vocabat). *Vivisti, vicisti*. Ita Sozom., Rufinus, Eusebius, Arius in Filium Dei blasphemus, alium purgaturus, viscera effudit, et expiravit. Nestorii lingua à veribus crosa est, eo quòd dixisset B. Virginem esse Christiparum, non Deiparum. Olympius episcop. Arius, Carthagine in Elyaneisium balneo lavans, cum Trinitatem publicè blasphemaret, tribus icibus jaculis, tanquam fulminibus consumptus est, anno Christi 310. Testis est Paulus Diaconus lib. 15 in Anastasio. Frederic. II imp. dicebat: *Tres fuerunt impostores, qui humanam genus seduxerunt, Moses, Christus, Mahomet*; unde ab Innocentio IV in concilio Eugubino damnatus, imperioque spoliatus est. Refert hanc ejus

blasphemiam Lipsius 1. Monit. politic. 4. Ista vetera, hæc nostri sunt evi et soli. Hæretici Hallas (oppidum id est prope Bruxellas, ubi statua B. Virginis miraculosa celebre) capere cogitabant. Ex illis unus accedens ad urbem: *Ego, ait, meis manibus Hallensium blasphemiam* (ita vocabat statuum B. Virginis) *nasum abscindam.* Audit Virgo et procurat ut eidem plumbeâ grande ex urbe missâ nasus auferatur. Vixit ille miser, nomine Joan. Zwickius, fuitque ipsismet Hollandis assiduo Indisio multos annos, et fortè etiamnum vivit: res est notissima. Decem sunt anni ex quo Hollandi B. Virginis Sichenensis scællum expulserunt: ab illo tempore Ostendam perdidērunt, omniâque illis infeliciter (cum prius feliciter) cessarunt. Fuit inter eos quibus habicus equum cæcitantem, qui veniens ad scællum irridens dixit: *Si Maria hic miracula facit, illuminet meum equum.* Audit Virgo blasphemiam, inoïque equo visum resisit, ipsum verò equitè blasphemum excecavit. Id ante mortem, et in morie confessus fuit sociis ejus, qui ob aliud crimen Weertensis prætor, qui supplicii et questionis præfuit, scripsit ad me, qui tum ad B. Virginem Sichenensem in missione debebam, et mirâ Virginis ope manus Hollandorum effugit.

CAPUT XXV.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, in monte Sinai, dicens:
2. Loquere filiis Israel, et dices ad eos: Quando ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis, sabbatizetis Sabbatum Domino.
3. Sex annis feret agrum tuum, et sex annis putabis vineam tuam, colligesque fructus ejus:
4. Septimo autem anno sabbatum erit terræ, requiescietis Domini: agrum non seres, et vineam non putabis.
5. Quæ spontè gignat humus, non metes: et uvæ primitiarum tuarum non colliges quasi vindemiam; annus enim requiescietis terræ est:
6. Sed erunt vobis in cibum, tibi et servo tuo, ancillæ et mercenario tuo, et advenæ, qui peregrinantur apud te:
7. Jumentis tuis et pecoribus, omnia quæ nascuntur, præbeant cibum.
8. Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est, septies septem, quæ simul faciunt annos quadraginta novem:
9. Et clanges buccinâ mense septimo, decimâ die mensis, propitiationis tempore in universâ terrâ vestrâ
10. Sanctificabisque annum quinquagesimum, et vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ: ipse est enim jubileus. Revertetur homo ad possessionem suam, et unusquisque rediet ad familiam patris sui:
11. Quia jubileus est et quinquagesimus annus.

VERS. 13. — PECCATUM, POSTAM peccat.

VERS. 16. — QUI BLASPHEMAVERIT MORTE MORIATUR, etc., SIVE CIVIS ILLE, SIVE PEBERGINUS FUERIT, etiam gentilis et circumcisus. Hic enim ex more et jure gentium, sortietur forum judicium ratione delicti ibi commissi, sicut blasphemus hic, licet Ægyptius, à Mose tamen et Judæis supplicio affectus est.

VERS. 18. — REDDET VICARIUM, ID EST, ANIMAM PRO ANIMA, puta animal vivum vice animalis à se occisi.

VERS. 19. — QUI IRRIGAVERT MUCULAM, id est, cicatricem, aut mullationem, ut sequitur.

VERS. 20. — FRACTURAM PRO FRACTURA. Ut si frangerit alteri pedem vel manum, eidem frangatur pes vel manus.

27. Que si la bête qui a été vouée est impure, celui qui l'avait offerte la rachètera suivant votre estimation, et il ajoutera encore le cinquième au prix; s'il ne veut pas la racheter, elle sera vendue à un autre au prix que vous l'aurez estimée.

28. Tout ce qui est consacré au Seigneur, par une espèce d'immolation, soit que ce soit un homme ou une bête, ou un champ, ne se vendra point, et ne pourra être racheté. Tout ce qui aura été consacré une fois au Seigneur, sera pour lui comme étant une chose très-sainte.

29. Tout ce qui aura été offert de la sorte par un homme, et tout ce qui aura été consacré au Seigneur comme un *matième*, ne se rachètera point; mais il faudra nécessairement qu'il meure.

30. Toutes les dîmes de la terre, soit des grains, soit des fruits des arbres, appartiennent au Seigneur, et lui sont consacrées.

31. Mais si quelqu'un veut racheter ses dîmes, il donnera un cinquième par-dessus le prix qu'elles se sont estimées.

32. Tous les dixièmes des bœufs, des brebis et des chèvres appartiennent au Seigneur: et pour les payer, les dixièmes de tout ce qui passe sous la verge du pasteur, seront marqués par lui, et offerts au Seigneur.

33. On ne choisira ni un bon, ni un mauvais, et on ne changera point l'un pour l'autre. Si quelqu'un fait ce changement, ce qui aura été changé, et ce qui aura été mis en sa place, sera consacré au Seigneur, et ne pourra être racheté.

34. Ce sont là les ordonnances que le Seigneur a données à Moïse pour les enfants d'Israël sur la montagne de Sinai, et que Moïse leur a laissées par écrit.

vovet, et ex voto perficit, hic totam arborem cum fructibus Deo consignat, inquit S. Anselmus in Similitudinibus.

ET SPOPONDERIT ANIMAM, q. d. : Qui voterit seipsum mancipare cultui divino in tabernaculo, videlicet ut portet aquas vel ligna ad sanctuarium pro sacrificiis, ut verrat aetium, ut sarta teeta tiampli curet, et subserviat Levitis, etc. nam nemo poterat obire munia propria sacerdotum aut Levitarum, ac proinde nec ea voveri, nisi esset de genere Levi. Ita Abulens., Cajetan. et alii. Solum ergo Levites et sacerdotes voveri poterant se semper in suis officiis sacris ministraturos Domino, et tunc ex voto id prestare tenebantur, ut patet in Simileis, qui fuit Levita, quem mater vocit Dominus, I Reg. 1, 11: ad alta autem hincorum officia in tabernaculo, paulo ante dicta, offerre se et devovere poterat quilibet ex quilibet tribu: sed Deus hic votum illud jubet redimi, idque primo, quia ad illa tabernaculi ministeria deputandi erant Gabaonites, Josue 9, v. 21. Unde volebat Deus, suos Hebraeos ad illa ministeria servorum deputari. Secundo, quia haec vota oneri fuissent sanctuario, quod omnes hos voventes debebant alere. E contrario autem volebat Deus suis Levitis et ministris, quorum ingens erat nume-

rus, de vita necessarii prospicere: jussit ergo ut vota hæc commutarentur, eo pretio, quod ipse hic sancti, sicut et pretio jussit rudini primogenitos sibi debitos, illudque pretium, ut et pretium votorum horum, votis cedere in jus sacerdotum, ut patet v. 21, c. Num. 18, 14. Secus est in votis Religionis in lege nova, quibus se homo ad nobilissima ministeria dedit, que omnia prædium excedunt, ideoque nullo pretio redimi possunt: que vota non erant in lege veteri; si tamen fuissent, obligassent Judæis, sicut obligant alia vota, quibus aliquid aliud determinatè vocabant, ut patet in Nazareis; hi enim tenebantur determinatè prestare id quod volebant. Ita Abulensis, q. 8.

Allegor. homo qui votat et spondet animam est Christus, qui in primo conceptionis suo instanti videns placere Patri cœlesti, ut se totum pro hominibus offerret ad mortem, etiam crucis, tantum esse ejus voluntatem, immo præceptum; Philipp. 2, 8, id ipsum acceptavit, ad illudque voto se abstrinxit. Ex illo enim instanti Christum se per votum consecrasset Deo ad redimendos homines, et in hanc finem omnes actiones et passiones vite sue, ipsamque mortem et crucem per votum Deo obtulisset, præbatur dicit Franc. Suarez in 5 p., tom. 2, q. 28, sect. 2, idemque insinuat S. Augustinus, Hieronymus, Theodoratus et Basil. in illud psal. 21, 26: *Vota mea Domino reddam*; hæc enim verba, ut et totus psal. 21, ad gloriam de Christo scripta sunt. Christus ergo votum animam suam, solvit ejus pretium, scilicet angustiam quæ in cruce fuit. Hic enim sanguis, cum esset Filius Dei, equiparatur in pretio ipsius Filio Dei, puta Christo Domino.

Tropologicè, Religiosis votum animam, id est, totum se, Deo, puta corpus per votum castitatis, opes per votum paupertatis, animam per votum obedientiæ. Quare tales proxime sequuntur Christus, suntque martyres, sponsi, templi et holocausti Dei, uti pulchre ostendit noster Platus l. 2 de Bono states Itelig.

SEC ESTIMATIONS, quæ hic taxatur et præscribitur verbis sequ. Dabit pretium. Hebraei hic sunt involuta, ita ea cum Vatablo bene et clarè reddidit: *Vir cum separaverit votum animam Domino, juxta estimationem tuam (6 sacerdos: eum enim alloquentur) assignabitur, et reddetur votum omnium quod factum est*; q. d.: Cum quis emisit votum quo se devotus Deo, juxta estimationem tuam, 6 sacerdos, dabit pretium, votumque suum, ac seipsum redimet. Votum enim animarum, est illud quo quis animam, id est, seipsum, Deo devotus.

VERS. 5. — Dabit sicutis argentum, ad mensuram sanctuarii, qui scilicet sibi iustissimi ponderis, instar ponderis quod servatur in sanctuario, ut dixi Exod. 30, 15.

SI MULIER, TRIGINTA, q. d.: Quicumque vir fuerit 50 annorum aut plurimum, modo non excedat annum sexagesimum, sequo Deo devoverit, hic pro redemptione voti dabit 50 sicutis, id est, 50 florenos Brabant.; si sit mulier, dabit 50. Nota. Majus pretium imponitur hic viris quam feminis ut pueris, quia plura valet

vir quam femina aut puer, idque tum in se, tum ad operas et labores. Intellige hæc de liberis, non de servis: unde quaeres: Quid si quis voluisset servum suum Deo, an, et quo pretio eum redimere debebat?

— Resp. cum Abulensis, q. 58, 56 et 57: Talis servus redimendus erat uti alii homines, vel potius uti agri et possessiones; est enim servus possessio heri: Herus ergo pro servo Hebraeo quem volebat, solvebat pretium pro rata temporis quo ille hero servitio debebat, ita videlicet ut considerando quanto pretio eum emerat, simul etiam considerando quanto tempore ille adhuc servire debebat, tantum solveret quantum ex pretio quo eum emit, respondebat annis quibus adhuc servire debebat: v. g., emit herus servum statim post annum septimum, sive sabbaticum, anno primo, 60 sicutis, voti illam annos tercio elapso; igitur cum servus adhuc tres annos servitio debebat, et anno septimo, juxta legem Exod. c. 21, v. 2, egredi liber, dominus solvet pro ejus redemptione dimidium pretii quo eum emit, puta 30 sicutis: hi enim respondent dimidio temporis, puta tribus annis quibus servus adhuc servitio debet. Addet insuper herus quantum pretii partem, uti fiebat in aliorum votorum redemptione, puta 12 sicutis; 12 enim sunt quinta pars 60. Quod si herus noluisset servum redimere, sacerdos assignabit et statuet servo pretium justum jam dictum, puta 50 sicutorum, quo aliquid alteri vendatur. Si vero servus esset non Hebraeus, sed gentilis, idemque perperat scilicet servitium, tunc tantum vendatur quantum absolute valet pro tota vita; et si herus ejus vollet eum redimere pretio jam dicto, superaddere debet quantum præter partem.

VERS. 5. — A QUANTO ANNO. Si videlicet parentes eum devoverint: nam puer quinquennis cum carcat usu rationis, votare non potest.

VERS. 8. — CORAM SACERDOTE etiam minore, qui eo tempore ministrat; nam non exprimitur hic, quod debet esse pontifex: Ita Abulensis.

VERS. 9. — ANIMAL AUTEM QUOD TITULUM POTEST DOMINO, SI QVIS VOVERIT, SACRIFICIUM ERIT, ET MUTARI NON POTERIT, q. d.: Animal immutabile per votum quasi Deo consecratum: unde illud in aliis mutari nolo: itaque si quis tale animal voverit ad immutabilem, illud ipsum animal quod voverit, immolari debet. Si autem determinatè non voverit animal ad immutabilem, sed tantum in genere dixerit: Vove hoc animal Domino; tunc ipsum sacerdos dabit, tanquam rem Deo consecratam, neque poterit ipsum in aliud commutare: quod si commutet, et ipsum quod mutatum est, et illud pro quo mutatum est, consecratum erit Domino; sacerdos tamen non tenebit illud quod in genere votum est, non immutare; sed sibi servare potest, vel donare aut vendere cui vollet, sicut et decimas ac primitias. Item dico de animalo immundo quod quis Deo voverit, videlicet potuisse sacerdotem illud accipere, et sibi servare, vel donare aut vendere alteri, si vovens et offerens vollet illud redimere. omne enim quod ex voto offertur, sacerdos cedere voluit et sicuti Deus. Num. 18, v. 14.

VERS. 11. — ANIMAL IMMUNDUM QUOD TITULUM DOMINO NON POTEST, SI QVIS VOVERIT, ADDUCITUR ANTE SACERDOTE, QUI JUDICANS UTREM BONUM AN MALUM (an magis valeret an exigui) SIT, STATUET PRETIUM; QUOD SI DARE VOLUERIT SI QUI OFFERT, ADDET SUPRA ESTIMATIONEM QUINTAM PARTEM, UT PER HANC QUINTAM PARTEM, UTPOLE PRETII ACQUIRATUR, COMPENSATUR ONUS SACERDOTIS, QUO TENETUR EI QUI VOVIT ET OBTULIT ANIMAL IMMUNDUM, ILLUD REVENDERE, SI IPSE ILLUD REDIMERE VELIT; QUOD SI NOLIT REDIMERE, TUNC SACERDOS ANIMAL RETINEBIT, DONABIT AUT VENDIT, UTI JAM DIXI.

Nota. Hæc lex à pari habebat locum in quavis aliâ re mobili, quæ Deo volebatur; verisimile enim est res mobiles hæc lege animalis censeri, juxta ea quæ dicuntur v. 21. Ita Abulensis.

Nota secundo. Omnia animalia, omnesque res Deo vote redimi poterant, exceptis animalibus mundis ad sacrificium.

VERS. 14 ET 15. — HOMO SI VOVERIT DOMUM SUAM, ET SANCTIFICAVIT (per votum consecraverit) DOMINO, VENIET PARTIEM; SI AUTEM ILLE QUI VOVERIT VOLUERIT REDIMERE EAM, DABIT QUINTAM PARTEM ESTIMATIONIS SUPRA, PUTA, SUPRA PRETIUM À SACERDOTE ESTIMATUM ET TAXATUM. Causam hujus quintæ partis assignavi v. 11. Malebant autem plerique quintam partem pretii superaddere, ut redimerent rem suam; quia si non redimerent domum, aliamque rem immobilem, illa nunquam ad eos reversa fuisset, ne quidem in jubileo, sed absolute transibat in dominum sacerdotum, qui eam vendebant; sed ita ut in jubileo ad eos quasi primos dominos revertere, ut patet v. 21, unde et res vendebatur pluri vel minoris, secundum jubileum magis minusque distans, ac proinde minoris quam si in perpetuum vendita et alienata fuisset. Hæc ergo de causâ voventes rem immobilem, ferè semper eam redimebant, ac proinde paucæ possessiones in jubileo ad Levitas et sacerdotes devolvebantur. Ita Abulensis.

VERS. 16. — QUOD SI AGRUM POSSESSIONIS SUÆ (QUOD UT SUUM ET PROPRIUM POSSIDET) VOVERIT, JUXTA MENSURAM SEMENTIS ESTIMABITUR PRETIUM. SI TRIGINTA MODI HORDEI SCRITUR TERRA, QUINGUAGINTA SICLIS VENIETUR ARGENTI. Si plus minusve seminis caperet ager, proportionaliter augeretur vel minueretur pretium, ut si 60 modis scriberetur, vendebatur centum sicutis; si tantum 15, vendebatur 25, et ita consequenter. Verisimile est quod censet Abul., hosce 50 sicutos sumi pro pensione vel redditu 50 sicutorum; nam si pro tanto agro qui scribitur 50 modis, semel tantum fissent soluti 50 sicuti, ager ille nimis parvo et vix pretio venditus fuisset: videtur ergo venditus fuisse 50 sicutis, non semel, sed quotannis solvendis, sive censu anno 50 sicutorum. Nam ager qui scribitur 50 modis bordel, facit quotannis dat 50 sicutos et amplius: ponamus enim modium unum seminis proferre decem modios in messe, ita ut ager 50 modiorum seminis proferat 500 modios in messe; jam demus modium quomque bordel tunc valuisse tantum 4 stufers: hinc fiet ut 500 modii valuerint 60 florenos, sive sicutos.

Nota. Pro modis, hebr. est *omer*, quod Sept. et Chald. vertunt *corium*. Ex hoc ergo loco patet, quod *omer* sive *corus* continebat 50 modios: quare non videtur verum quod dicunt Hebraei, *omer* dici à *hamor*, id est, asinus, quod sit mensura quam ferre potest asinus, nec enim asinus ferre potest 50 modios.

VERS. 17. — SI STATIM AD ANNO INCIPENTIS JUBILEI VOVERIT AGRUM, QUANTO VALERE POTEST, TANTO ESTIMABITUR. Pro quanto valere potest, Sept. et Chald. vertunt, *juxta pretium vel estimationem agri*: Hebraei habent *juxta estimationem tuam (6 sacerdos)*; sacerdotis enim erat estimare agri pretium, sed juxta legem jam datam, videlicet ut pro agro qui scribatur 50 modis, venderetur 50 sicuti, si videlicet statim à jubileo is venderetur, ita ut pro quolibet anno numeratur sicutis: nam ab uno jubileo usque ad alterum sunt 50 anni: vendebatur enim ager tantum usque ad jubileum, quia tunc ad primum heredem et dominum redire debebat. Sicutum hic non simplicem, sed annum intelligi, dixi v. præced. Si ergo ager scriberetur 15 modis, sacerdotis erat estimare eum 25 sicutis, si integrum superasset jubileum: si integrum non superasset, sed aliquot anni inde jam elapsi essent, ita ut tantum superasset 10, 20, 30 anni, tunc pro rata temporis et annorum, sacerdos erat minore pretium, plus minusve. Permittit hic Deus heri, qui heres est, agrum suum vovet, ut eum possit redimere 50 sicutis, solvendis pro rata annorum qui superant usque ad jubileum; quod si non redimat, statuit ut ager nunquam, ne in jubileo quidem, ad eum redeat, sed absolute transeat in Jus Dei et sacerdotum: hoc est enim quod sequitur.

VERS. 20. — SI ANTEM (herus vovens et offerens agrum) VOLUERIT REDIMERE, SED ALIUS CUIUSDAM ERIT VENDEBILIS, ULTRA TEM QUI VOVERAT REDIMERE NON POTERIT: QUIA KEM JUBILEI VENIET DIES, SANCTIFICATUS ERIT DOMINO, q. d.: Ager hic tempore jubilei nunquam rediit ad herum qui eum vovit, sed semper ad Deum, cui per votum *cherem*, sive anathematis sanctificatus, id est, consecratus fuit: ac proinde in jubileo rediens, non ad herum suum laicum, sed ad Deum, de novo quasi ipsi sanctificatur, consecratur et confratur. Quare herus qui voverat eum, amplius redimere non poterit, sed cedit ille sacerdotibus in Jus Dei tenentibus, qui eum possidebant in perpetuum jure quasi hereditario. Ita Vatabl.; hoc est enim quod sequitur.

VERS. 21. — ET POSSESSIO CONSECRATA AD JUS PERTINET SACERDOTUM. Pro possessio consecrata, hebr. est *ager cherem*, id est, ager anathematis vel sueciosis, q. d.: Sicut rus occisus vel sueciosa non amplius redit ad vitam, ita ager hic Deo per votum consecratus, nec redemptus, redire nequit amplius ad dominum laicum aut profanum, sed Deo in perpetuum est consecratus, cedique sacerdotibus, ita tamen ut ipsi agrum illum non possideant, sed singulis jubilibus vendant alicui ex illa tribu, ex qua oriundus erat ille cuius erat ager, quique agrum Deo vorit et obtulit; idque ideo, ne sacerdotes possideant agros, hoc enim prohiberi vide-

tur Num. 18, 20, et non dimittantur possessiones tribum, aut transeant de tribu in tribum. Ita Abulens. q. 56. Eadem lex erat, si quis agrum suum devovisset sanctuario. In aliis autem rebus, si quis eas sanctuario devovisset, similis erat lex illi, quae lata est de animalibus: nam si res erat talis, quae usibus sanctuarii servire posset, ut victima, iumenta, as, ferrum, aurum, commutari aut redimi non poterant, sed cedebant thesauro aut ministerio sanctuarii; sin res usibus sanctuarii esset inepta, ut arua, libri, vestes: redimebantur à domino, addita insuper quinta pretii parie; sin ille nollet redimere, res vota aliis communi pretio vendebatur, pretiumque cedebat sanctuario. Ita Abulens. q. 31.

Vers. 22. — SI AGER EMPTUS EST, ET NON SIT POSSESSIO MAIORUM. Huius vers. et duorum sequentium hic est sensus: Si ager aliquis non sit hereditarius sors veniens, sed emptus sit ab eo, ita ut ad heredem et tribum suam redire debeat in iudicio, tunc si emptor primus, secundus, tertius, aut etiam vigesimus eum Deo vovebit, supplicabit sacerdos quantum temporis ad jubileum superstit, et quantum pretii quo eum emptor emit, illi tempore respondeat, illiusque vovens loco agri persolvat, tabulaque sacerdotibus. Unde apparet emptorem agri cum eum Deo voverit, obligatum fuisse ad pretium illud agri persolvendum (hoc enim solum hic exprimitur) neque potuisse agrum alteri vendi, idcirco non debuisse voventem addere quantum pretii partem, ut iustum esset in praecedenti casu. Cuius rei aequa et iusta ratio erat, quod in praecedenti casu, hero liberum erat redimere agrum, vel non redimere, sacerdos vero tenebatur eum redimere volenti reddere: hic autem à contrario onus subit, non sacerdos, sed vovens, qui cogitur agrum redimere. Rursum in praecedenti casu, quinta pars pretii addebatur ab hero vovente, pro absolutà et perpetua rei occupatione: nam alii emptores rei eam tantum emebant usque ad jubileum communi pretio, ultra quod perexiguam erat, hero rem redimere, addere quantum partem pretii, pro aeterna ejus possessione: in hoc vero huius versus casu tantum fiebat agri redemptio neque ad jubileum; emens enim eum et vovens, tantum emerat eum usque ad jubileum, nec ultra eum possidere poterat; in iudicio enim redibat ager ad primum heredem et dominum. Quare in hoc casu recte et aequè comparatur emptor rem vovens, cum aliis emptoribus praecedentis casus, qui tantum commune pretium persolvebant in rei à se voto redemptionem, non vero cum hero, qui, ut dixi, quantum pretii partem superaddere jubetur, pro accidenti rei dominio, proque perpetua rei possessione, quam hinc redemptione acquirit et recuperat.

Vers. 21. — REVERTETUR AD PRIOREM DOMINUM. Prior dominus hic non est emptor, qui agrum vovit, sed est primus haeres et possessor, qui agrum primo vendidit, ac proinde ad eum ager hic in jubileo reverti debet.

Vers. 25. — OMNIS ESTIMATIO SICLO SANCTUARI PONDERABITUR, id est, ut Sept., *מאסא כסף כהן וכל השלל*, omne pretium erit ponderibus sanctis, hoc est, om-

ne pretium ponderabitur libra sancta, et pondere sancto. Hinc liquet siclum, qui solvebatur voti causa, appendi debuisse ad siclum, sanctuarii, non quasi diversi esset pretii, tunc enim dicendum fuisset, *computabitur, non ponderabitur*, sed quod siclum qui in sanctuario servabatur, proorsis incorruptus esset, et iustissimè ponderis, de quo vide Act. Exodi 50, 15.

Vers. 26. — PRIMOGENITA QUAE AD DOMINUM PERTINENT, NEMO SANCTIFICARE POTERIT, ET (id est) VOVERE, SIVE BOS, SIVE OVIS (sive capra, hanc enim comprehendit Hebr. *se*) FURIT, DOMINI SIENT, q. d.: Haec primogenita bovis, ovis et caprae, Domino immolari debent ratione primogeniturae, ut patet Num. 18, 17; nolo ergo ut ea mihi voveatis; eum tota sint mea, etsi ea non soveatis.

Hinc docere videtur Abulens. non esse proprie votum, si quis voveat rem praecipuum, verbis gratia, non colere deos alienos; licet artibus talis obligetur, quam si non vovisset. Ratio Abulens. est, quia, inquit, votum est spontanea tantum oblatio. Verum hanc sententia absolute non est vera: possimus enim vovere omnem rem homin et sanctam, sive ea consili sit, sive praecipuum: homin enim et laudabile est, rem eandem praestare ex religione et voto, quam praestare tenelibus ex obedientia. Nova enim bonis virtutis religionis ex voto accessit hinc actui praecipuum et obedientiae. Sic Jacob Gen. 28, 21, vovit quod Dominus esset illi in Deum, hoc est, quod Deum perpetuo haberet et coleret et summum suum omniumque Dominum: ad quod tamen ex praecipuo tenebatur.

Dices: Votum est spontanea oblatio. — Resp.: Id verum est respectu actus voventis; hic enim spontaneus esse debet: vovere enim cuique est spontaneum et liberum, nulli praecipuum; falsum tamen id est, respectu rei vota: haec enim saepe non est spontanea, sed necessaria et praecipua. Quod ergo Deus hic noluerit Judaeos vovere primogenita, sibi ex praecipuo debita, et immolanda, peculiaris fuit sanctio: cuius ratio erat, quia illa iam per Dei legem Deo erant devota, et consecrata omnino; unde noluit ea Deus voveri, ne votum aliquid derogaret priori consecrationi, quasi illa non fuisset plena et perfecta, ita ut voto perfici et firmari possent.

Vers. 27. — Quid si immundum est animal, redimunt qui offerunt. Loquitur de animalii primogenito, ut patet ex versu praeced., quod nec voceri poterat, quia primogenitum, ut praecessit, nec immolari, quia immundum; redimi ergo illud jubet Deus, aut vendi. Abulens, ut intelligit de animalii immundo tantum per accidens, ut si bos primogenitus esset sine cauda vel auribus, quia, inquit ipse, inter animalia immunda secundum speciem, solus asini primogenitum iussit sibi Deus offerri, ejusque loco dari ovem, quae de dixi Exodi 15, v. 15, et rursum dicam Num. 18, 15.

SI REDIMERE NOLUERIT, VENDETUR ALIUM. Venditur, id est, vendi poterit: nam si dominus redimere nollet, poterat sacerdos animam immundum primogenitum sibi servare, aequè ut voto oblatum, ut dixi v. 9.

Vers. 28. — OMNE QUOD DOMINO CONSECRATUR,

SIVE HOMO FUERIT, SIVE ANIMAL, SIVE AGER, NON VENDETUR, NEC REDIMI POTERIT. Loquitur hoc lex de eo quod tantum consecratur, id est, vovetur Deo, voto et consecratione omnino absolutà et perfecta; alioqui ex versu 11 et seq. patet, animal et agrum simpliciter et nude votum potuisse redimi.

Unde nota. Pro consecratione vel quod consecratur, hebr. est, *cherem*, id est, successio, anathema, et quasi destructio rei; radix enim *charam* significat occidere, excidere, succidere: inde votum *cherem* dicebatur votum maximum, quo res vota à Deo consecralatur, ut destrui vel occidi deberet, morique aut naturaliter aut civiliter. Si ergo animal mundum (de quo maxime hic loquitur Moses, ut patet ex sequent.), quod immolari poterat, Deo voveretur, erat *cherem*, id est, vendi aut redimi non poterat, sed Deo immolari debebat, sic si homo qui poterat esse *cherem*, id est, qui poterat Deo voveri per votum *cherem* sive anathematis, verbis gratia, Levita, aut hostes Israel, quos Deus occidi iusserat, Num. 35, 92, Deut. 20, 15, devoverentur Deo, redimi non poterant. Sic ager hereditarius, si haeres eum redimere nollet, fiebat *cherem*, et omnino consecralatur Domino, ita ut amplius vendi aut redimi non posset, intellige absolute et venditione perfecta: nam post quolibet jubileum vendebatur, sed ita ut proximo jubileo rursum rediret ad saeculorum; de hoc ergo voto *cherem* tantum loquitur hic Deus, de eoque subdit: *Quidquid fuerit semel congregatum* (absolute et perfecte per votum *cherem*, ut habent Hebraei) Sanctum sanctorum erit Domino, id est, omnino sanctum et consecratum erit Domino.

Sanctum enim est quod purum, segregatum et consecratum est Deo. Unde S. Thom. 2-2, q. 81, art. 8: *Sanctificatio, ait, est munditia à peccato, vel confirmatio in bono, vel deputatio ad cultum Dei. Sanctitas vero est scientia eorum deorum, ait Cicero lib. 4 de Naturâ deorum; aut, ut Ambrusius, est virtus faciens homines fideles, et veritates eo quo est Deus sui iusta. Et, ait S. Dionys. de Divin. nomin. c. 12: Sanctitas est ob omnia immunditia libera et perfecta et omnino immaculata munditia. Quod enim Deo consecratur, purum et mundum sit oportet, unde S. Aug.: Sanctus, ait, est qui ordinationem habet claritatem; et sancto tria gerenda sunt, pudicitia corporis, castitas animae et veritas doctrinae. Talis fuit S. Joannes Baptista, de quo Chrysost. serm. 8 de eo: Joannes, ait, virtutum schola, magisterium vite, sanctitatis forma, norma iustitiae, virginitalis speculum, pudicitiae filius, castitatis exemplum, patientiae vita, peccatorum venia, fidei disciplinam, legis amantiss., Evangelii actio, Apostolorum rex, silentium Prophetarum, lucerna mundi, officium praecoris, praeco iudicis, Dominus testis, totius mediae Trinitatis. Rursum sancti ex hac unione cum Deo et consecratione fiunt deiformes, et quasi dii. Audi S. Cyprianum de Singular. Clericorum: Sicut modica aquae gutta multo vino infusa à se tota desinit, itaque saporem et colorem induit; ferrum candida pristina propriaque forma exalitur, et igni simillimum offeritur; solis rutilo aere perfusus, in eandem transformatur luminis claritatem; speculum rutila solaribus directis*

irradiatum, solis in se recipit similitudinem, itaque potest alterum esse solum: ita etiam sancti et beati, Dei charitate in infinitum à totaliter penetrantur, sicque deiformes effecti, in Dei similitudinem transformantur. Hic sunt *cherem* Dei.

Vers. 29. — OMNIS CONSECRATIO (hebr. *omne cherem*) QUAE OFFERTUR AB HOMINE, NON REDIMETUR, SED MORTE MORIETUR. Moritur morte propria et naturali, si occidi possit, aut si illud occidere liceat, ut si sit animal mundum, vel si hostes sint morti à Deo addicci: ejus exemplum videntur Num. 21, 2, ubi Chanaan ab Hebraeis voto *cherem* Deo devoti, omnino successi et usque ad interaemionem deleri narrantur, idcirco nomen loci vocatum est *cherem* et *cherma*, sive, ut alii pronuntiant, *herem* et *horma*. Sic Jericho statuta est à Deo *cherem*, id est, anathema, ut omnino succedi et succedi deberet, nec liceret Hebraeis ex ejus opibus quicquam contingere aut rapere. Non hæc de causa omnia castra Israel turbavit Achan, quod aliquid ex Jerichitis praedidit sibi vindicasset, ut patet Josue 6, 17, et c. 7. 1. Tale *cherem* sive anathema pro Judæis optabat fieri S. Paulus, ut dixi Rom. 9, 5. Si vero res per *cherem* Deo vota, mortis proprie dicte incapax esset, morte moritur, id est, mori debet morte civili, sicut Religiosi nostri quasi voto *cherem* Deo dicunt, evivunt mortui dicuntur: quia omni civili negotio, et hereditate ac dominio rerum temporalium sese abdicant, perinde ac si mortui essent. Ita olim à lege veteri tan Levita quam agri, qui tantquam *cherem* Domino erant devoti, civititer moriebantur, quia amplius ad profanos usus redire non poterant, perinde ut jam domus Ecclesiasticorum et Religiosorum amortizantur.

Talia *cherem*, talesque devotos habuerunt, et gentiles. Ita Leonidas cum trecentis pro patria se devovit, et irrupit in castra Xerxis, dicens: *Proinde, committentes, animi inferos canastri.* Rogatus, cur optavit nobiliorem mortem obscuro vite assequerent, respondit: *Quia hoc proprium naturae, illud sibi esse censuit.* Quare Xerxi promittenti imperium in omnes Graecos, si ab ejus partibus stare vellet, rescripsit: *Si bona vita cogit habere, utique alienarum rerum cupiditatem deposuisse; multi quidem potius est mortui pro Graecia quam in omnes gentes dominationem obtinere.* Ita Plutarchus in Leonida. Plura exempla citavi Exodi 32, 32.

Vers. 30. — OMNIS DECIME TERRE SIVE DE FRUGIBUS, SIVE DE VITIS (id est, fructibus: ita Hebr., Chald., Sept.); non enim solum prunorum, sed omnium fructuum et frugum decimas hic sibi, id est, suis ministris, puta Levitis, deposcit Deus; vide Abulens. q. 35 et seq. J domini gen. q. d.: Dominio ex hæc lege adhaerent, ET ILLI SANCTIFICANTUR, id est, sanctificari, dari et offerri debent. Simili phrasi dicitur Hebraei: *Quis non fuerit, id est, qui fieri non debent; Virum non cognoscere, id est, non possunt, non licet mihi virum cognoscere. Nōnit Deus Levitas in terrâ Israel possidere agros, sed vivere ex decimis, primitiis et oblationibus Domini; et hæc ratione dicitur Deus*

esse ipsorum pars et hereditas, id est, portio hereditaria; quia Levitae quasi filii et heredes Dei, gaudebant ejus bonis, puta decimis et primitiis, ut patet Num. 18, 21. Rursam Levitae solvebant pontifici decimam partem omnium suorum decimarum, ut patet Num. 18, 28; pontifex ergo olim ditissimus erat.

hinc cap. Parochianos, extrax. de decimis, asserit et sancti Alexander III, dicens: Cum decima non ab haereticis, sed ab ipso Domino sibi instituta, quasi debita exigi possunt. Ubi videtur asserere, decimas, etiam apud Christianos, debitas esse ex jure divino; quod intelligi de jure tunc generali; jus enim divinum, imò et naturale, debet esse ad populo sacerdotis et Ecclesiae ministris, licet in particulari non dicit eos decimas, aut primitiis, alio modo particulari debitas esse: tunc specialiter, quia scilicet decima in lege veteri erant jure divino Judaeis, precepte, quam legem et quod jus divinum inchoavit Ecclesia, idemque lege ecclesiastica servavit: licet tota obligatio juris veteris divina, qua dicitur quia jus illud erat ceremoniale cum lege vetari desierit, sicut abrogata, et tantum jam obliget lex positiva Ecclesiae, qua illud jus vetas, uti et plerumque alia, in suas leges recepit, et demum constituit ac stabilivit, puta de decimis et primitiis dicitur Num. 18, v. 12, et 21, et 29.

Vers. 52. — Ovis unus decem annis ovis erit caprae, quae sub pastoris virga transleunt, quicquid dicitur venient, sanctificaverit Domino, id est, offerretur et dabitur Domino pro decimis.

Nota est et capra legitur Romanae et Radulphi, et Hebraean non significat pecudes tam capras quam oves, eademque caprae quae ovium, uti in sacrificiis, ita et in decimis apud Judaeos fuit ratio. Sept. ergo et Chald., qui solus ovis meminissent, sub ove et capram intelligunt.

Nota secundò est quae sub gestoria virga transleunt, innoti modum decimandi, videlicet ut pastor ad partem ovem, vel capram consistens virga cohibeat suas oves, capras et boves, ne simul egrediantur, sed singula ordine, ita ut quod decimam venerit et occiderit, cedat in decimas Domino, illudque cum alio mutare non liceat, sive bonum sit, sive malum, sive pingue, sive marium.

Nota tertio. Sicut versu precedenti omnium frugum et fructuum decimas exigit Deus, ita hic exigit decimas animalium, idque tantum trium, scilicet havis, ovis et caprae, quia haec sola munda erant, aptaque ad sacrificium, Abulensis, tamen à partem oves aliorum quoque animalium, etiam immundorum, ut equorum, camelorum, asinorum, praecipit et dicitur à Judaeis fuisse decimas: verum locum aliquem S. Scripti. qui idipsum asserat, non asserit. Hinc patet, Judaeos ex

lege quotannis debuisse offerre Deo, tam frugum omnium, quam animalium, primò, decimas; secundò, primitias, et casque quadruplices, ut dixi Num. 18, 2; tertio, victimas et sacrificia, tum quotidie, tum singulis sabbatis et festis praescripta. Num. 28 et 29.

Vers. 51. — Haec sunt praecpta, quae mandavit Dominus Moysi ad filios Israel, in monte Sina, juxta montem Sinai, ut dixi c. praec. v. 46: Fons sapientiae verbum Dei in excelsis, et ingressus illius mandata aeterna. Sic vive, ut in aeternum vivas. O aeternitas, quam longa es, quam raro versaris in mentibus hominum! Quid est aeternitas? est circulus in se recurrens, cujus centrum est semper, circumferentia nunquam, puta nunquam finiri. Quid est aeternitas? est orbis ubique rotundus, saltem similis, in quo non est principium, nec finis, in quo non est incipere, non desinere. Quid est aeternitas? est rota quae semper volvitur, et volvitur in omnia volubilis eorum. Quid est aeternitas? est animus jugiter revolutus, qui ubi occidit et moritur, ibi et renascitur, rursusque oritur. Quid est aeternitas? est fons in quo aquae per mactros ad sumum scaturiginem semper reflunt, ut iterum fluant; est fons perennis juges datus aquas, et casque vel benedictionis suavissimas, vel maledictionis amarissimas. Quid est aeternitas? est labyrinthus innumeris gyris se intorquens, qui ingressos perpetuo circumducit, circumagat et perdit. Quid est aeternitas? est abyssus spirantum, est spira semper gyrans, et circulus in immensum. Quid est aeternitas? est anguis orbiculariter in se reflexus, cuiusdam oro complectens, qui in sui fine rursum semper incipit, et incipere nunquam desinet; est principium sine principio, sine medio, sine fine; est juge, interminum semperque inchoans principium: in quo beati vitam beatam continuo aspiciunt, novisque voluptatibus perpetuo affluunt; damnati semper moriuntur, postque omnem mortem mortisque agoniam, rursum jugiter mori et agonizare incipiunt: ut sicut erat in principio, ita sic et nunc, et semper, eritque in saecula saeculorum. Quamdiu terra erit terra, quamdiu caelum erit caelum, quamdiu Deus erit Deus, tamdiu beati erunt beati, tamdiu regnabunt et triumphabunt, tamdiu damnati erunt damnati, tamdiu ardebut in picis et sulphuris, et fumus tormentorum ascendet in saecula saeculorum.

O aeterna veritas, o vera charitas, o chara aeternitas, Deus cordis mei, da ut te agnoscamus, tibi mente et corde inhiemus, da ut nulla nos capiat vanitas tam brevis, et in aeternum lugenda vanitas; da ut multo nobiscum trahamus ad beatam aeternitatem: da ut heroica virtutum opera in hoc momento designemus, quae coram Deo et angelis quasi trophaea fulgeant, et perstent in omnem aeternitatem. Amen.

DOXOLOGIA DEI SANCTI

ET SANCTIFICATORIS SANCTE COLENDI,
EX SANCTIONIBUS LEVITICI.

Afferte Domino, filii Dei, afferte Domino filios arietum.

Afferte Domino gloriam et honorem; adorare Dominum in atrio sancto ejus.

Offerte holocausta, manna pacifica, pro peccato; victimas et holocausta vestra pinguebant.

Holocausta medullata offerte cum incenso arietum; offerte hoves cum hircis.

Verum jam holocausta, et pro peccato noluit, Domine; cum apparuit Christus, vera pro peccato victima, et dixit: Ecce venio.

In capite libri scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam, Deus, Deus meus, volui, et legem tuam in medio cordis mei.

Inmola Deo sacrificium laudis, et reddite Altissimo vota tua.

Sacrificium laudis honorificabit eum, et illic iter, quo ostendet tibi salutare suum.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum et humilatum, Deus, non despicies.

Bingatur, Domine, oratio nostra, sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuum nostrarum, aut sacrificium vespertinum.

Sicut in holocausto arietum et taurorum, et sicut in millibus agnorum pingulum;

Sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo, ut placeat tibi: quantum non est confusio confidentibus tute.

Et nunc sequuntur te in toto corde; et timeamus te, et queramus faciem tuam.

Ignem diximus in altari cordis nostri, Domine Jesu, jugiter inflammam; quoniam venisti mittere in terras, et voluisti vehementer accendi.

Elegit, et excelsum fecit Dominus Aaron: statuit ei testamentum aeternum, ut doceret Jacobi testimonia, et in lege sua lucem daret Israeli.

Dedit illi sacerdotium gentis; sacrificia ejus quotidie igne consumpsit.

Complexit Moses manus illius, et unxit eum oleo sancto.

Induit eum stolam gloriae; turri coronavit eum, in vasis virtutis.

Quasi stella matutina in medio nebulae, et quasi sol fulgens, sic ille effulsit in templo Dei.

Oblatio regis excelsi in manu ejus; libavit ad basin altaris de sanguine uvae.

Tunc exclamarunt filii Aaron, in tubis decantibus sonuerunt; vocem magnam dederunt psallentes Domino.

Cecidit omnis populus in faciem suam, adorans Dominum; et dedit precem omnipotenti Deo excelsi.

Tunc descendens manus suas exiit in omnem congregationem Israel; benedixit ei in nomine Domini.

Horavi orationem suam, petens dari populo iudicatum cordis, et fieri pacem in Israel, per dies semperternas.

Nadab et Abiu obtulerunt ignem alienum; ignis egressus à Domino devoravit eos.

Separavit Dominus animalia munda ab immundis; vetuit ne immundis contaminarent animas suas.

Sanxit in partu, in lepra, in fluxu sanguinis et sanguinis, purificationem, dicens: Sancti estote, quia ego sanctus sum.

Sanxit in die expiationis dari sortem caprorum, et portulicem expiare sancta sanctorum.

Sanguinem omnium, et adipem sibi deposcivit, quia in manu ejus est mors et vita nostra.

Sanxit leuitas matrisovis, ne quis ad proximum sanguinis accedat.

Sanxit tam sacerdotibus quam victimas esse sine macula: quia ipse sanctus est, et sanctificans eos.

Sanxit celebrare pasche, Pentecosten, sabbata et tabernacula: ferias sanctas Domino.

Luceanae in neopetiti tuba, in insigne die sollemnitate Israel.

Sanxit sabbatum terre, sanxit letum jubileum, et in eo remissionem civicis habitatoribus terra.

Sanxit leges votorum, praenuptiorum, decimarum ex chazar, Sanctam sanctorum Domino.

Novitas, et reditote Domine Deo vestro, omnes qui in circuitu ejus affectis muneris.

Non fecit taliter omni nationi; ceremonias, et judicia sua non manifestavit eis.

Mirabilia testimonia tua, Domine; ideo scrutata est ea anima mea.

Da mihi intellectum, et scrutabor mandata tua; considerabo mirabilia de lege tua.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto: sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

IN LEVITICUM

Dissertatio.

Levitici nomen ex legibus ad sacrificia spectantibus, numeribusque sacerdotum et Levitarum, libro

inditum est. Quare alterum ejus apud Rabbines nomen *Lex Sacerdotum*. In Hebraeo ex prima voce

esse ipsorum pars et hereditas, id est, portio hereditaria; quia Levitae quasi filii et heredes Dei, gaudebant ejus bonis, puta decimis et primitiis, ut patet Num. 18, 21. Rursam Levitae solvebant pontifici decimam partem omnium suorum decimarum, ut patet Num. 18, 28; pontifex ergo olim ditissimus erat.

hinc cap. Parochianos, extrax. de decimis, asserit et sancti Alexander III, dicens: Cum decima non ab haereticis, sed ab ipso Domino sibi instituta, quasi debita exigi possunt. Ubi videtur asserere, decimas, etiam apud Christianos, debitas esse ex jure divino; quod intelligi de jure tunc generali; jus enim divinum, imò et naturale, debet esse ad populo sacerdotis et Ecclesiae ministris, licet in particulari non dicit eos decimas, aut primitiis, alio modo particulari debitas esse: tunc specialiter, quia scilicet decima in lege veteri erant jure divino Judaeis, precepte, quam legem et quod jus divinum inchoavit Ecclesia, idemque lege ecclesiastica servavit: licet tota obligatio juris veteris divina, qua dicitur quia jus illud erat ceremoniale cum lege vetari desierit, sicut abrogata, et tantum jam obliget lex positiva Ecclesiae, qua illud jus vetas, ut et plerumque alia, in suas leges recepit, et demum constituit ac stabilivit, puta de decimis et primitiis dicitur Num. 18, v. 12, et 21, et 29.

Vers. 52. — Ovis unus decem denariis ovis et caprae, quae sub pastoris virga transierunt, quicquid deinde venerit, sanctificabitur Domino, id est, offerretur et dabitur Domino pro decimis.

Nota est et capra legitur Romanae et Radulphi, et Hebraean non significat pecudes tam capras quam oves, eademque caprae quae ovium, ut in sacrificiis, ita et in decimis apud Judaeos fuit ratio. Sept. ergo et Chald., qui solus ovis meminimus, sub ove et capram intelligunt.

Nota secundò est quae sub gestoria virga transierunt, innotuit modum decimandi, videlicet ut pastor ad portam ovium, vel caulae consistens virga cohibeat suas oves, capras et boves, ne simul egrediantur, sed singula ordine, ita ut quod decimam venerit et offerret, cedat in decimas Domino, illudque cum alio mutare non liceat, sive bonum sit, sive malum, sive pingue, sive marium.

Nota tertio. Sicut versu precedenti omnium frugum et fructuum decimas exigit Deus, ita hic exigit decimas animalium, idque tantum trium, scilicet havis, ovium et caprae, quia haec sola munda erant, aptaque ad sacrificium, Abulatis, tamen à partibus omnium quoque animalium, etiam immundorum, ut equorum, camelorum, asinorum, praecipit et dicitur à Judaeis fuisse decimas: verum locum aliquem S. Scripti. qui id ipsum asserat, non asserit. Hinc patet, Judaeos ex

lege quotannis debuisse offerre Deo, tam frugum omnium, quam animalium, primò, decimas; secundò, primitias, et casque quadruplices, ut dixi Num. 18, 2; tertio, victimas et sacrificia, tum quotidie, tum singulis sabbatis et festis praescripta. Num. 28 et 29.

Vers. 51. — Haec sunt praecpta, quae mandavit Dominus Moysi ad filios Israel, in monte Sina, juxta montem Sinai, ut dixi c. praec. v. 46: Fons sapientiae verbum Dei in excelsis, et ingressus illius mandata aeterna. Sic vive, ut in aeternum vivas. O aeternitas, quam longa es, quam raro versaris in mentibus hominum! Quid est aeternitas? est circulus in se recurrens, cujus centrum est semper, circumferentia nunquam, puta nunquam finiri. Quid est aeternitas? est orbis ubique rotundus, saltem similis, in quo non est principium, nec finis, in quo non est incipere, non desinere. Quid est aeternitas? est rota quae semper volvit, et volvit in omnia volubilis aevum. Quid est aeternitas? est animus jugiter revolutus, qui ubi occidit et moritur, ibi et renascitur, rursusque oritur. Quid est aeternitas? est fons in quo aquae per maeandros ad sumum scaturiginem semper reflunt, ut iterum fluant; est fons perennis juges datus aquas, et casque vel benedictionis suavissimas, vel maledictionis amarissimas. Quid est aeternitas? est labyrinthus innumeris gyris se intorquens, qui ingressos perpetuo circumducit, circumagat et perdit. Quid est aeternitas? est abyssus spirantum, est spira semper gyrans, et circulus in immensum. Quid est aeternitas? est anguis orbiculariter in se reflexus, cuiusdam oro complectens, qui in sui fine rursum semper incipit, et incipere nunquam desinet; est principium sine principio, sine medio, sine fine; est jugo, intermedium semperque inchoans principium: in quo beati vitam beatam continuo aspiciunt, novisque voluptatibus perpetuo affluunt; damnati semper moriuntur, postque omnem mortem mortisque agoniam, rursum jugiter mori et agonizare incipiunt: ut sicut erat in principio, ita sic et nunc, et semper, eritque in saecula saeculorum. Quamdiu terra erit terra, quamdiu caelum erit caelum, quamdiu Deus erit Deus, tamdiu beati erunt beati, tamdiu regnabunt et triumphabunt, tamdiu damnati erunt damnati, tamdiu ardebut in picis et sulphuris, et fumus tormentorum ascendet in saecula saeculorum.

O aeterna veritas, o vera charitas, o chara aeternitas, Deus cordis mei, da ut te agnoscamus, tibi mente et corde inhiemus, da ut nulla nos capiat vanitas tam brevis, et in aeternum lugenda vanitas; da ut multo nobiscum trahamus ad beatam aeternitatem: da ut heroica virtutum opera in hoc momento designemus, quae coram Deo et angelis quasi trophaea fulgeant, et perstent in omnem aeternitatem. Amen.

DOXOLOGIA DEI SANCTI

ET SANCTIFICATORIS SANCTE COLENDI,
EX SANCTIONIBUS LEVITICI.

Afferre Domino, filii Dei, afferre Domino filios arietum.

Afferre Domino gloriam et honorem; adorare Dominum in atrio sancto ejus.

Offerre holocausta, manna pacifica, pro peccato; victimas et holocausta vestra pinguebant.

Holocausta medullata offerre cum incenso arietum; offerre hoves cum hircis.

Verum jam holocausta, et pro peccato noluit, Domine; cum apparuit Christus, vera pro peccato victima, et dixit: Ecce venio.

In capite libri scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam, Deus, Deus meus, volui, et legem tuam in medio cordis mei.

Inmola Deo sacrificium laudis, et corde Altissimo vota tua.

Sacrificium laudis honorificabit eum, et illic iter, quo ostendet tibi salutare suum.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum et humilatum, Deus, non despicies.

Bingatur, Domine, oratio nostra, sicut incensum in conspectu tuo: elevatio manuum nostrarum, aut sacrificium vespertinum.

Sicut in holocausto arietum et taurorum, et sicut in millibus agnorum pingulum;

Sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo, ut placeat tibi: quantum non est confusio confidentibus tute. Et nunc sequuntur te in toto corde; et timeamus te, et queramus faciem tuam.

Ignem diximus in altari cordis nostri, Domine Jesu, jugiter inflammam; quoniam venisti mittere in terras, et voluisti vehementer accendi.

Elegit, et excelsum fecit Dominus Aaron: statuit ei testamentum aeternum, ut doceret Jacobi testimonia, et in lege sua lucem daret Israeli.

Dedit illi sacerdotium gentis; sacrificia ejus quotidie igne consumpsit.

Complexit Moses manus illius, et unxit eum oleo sancto.

Induit eum stolam gloriae: turri coronavit eum, in vasis virtutis.

Quasi stella matutina in medio nebulae, et quasi sol fulgens, sic ille effulsit in templo Dei.

Oblatio regis excelsi in manu ejus; libavit ad basin altaris de sanguine uvae.

Tunc exclamaverunt filii Aaron, in tubis decantibus sonuerunt; vocem magnam dederunt psallentes Domino.

Cecidit omnis populus in faciem suam, adorans Dominum; et dedit precem omnipotenti Deo excelsi.

Tunc descendens manus suas exiit in omnem congregationem Israel; benedixit ei in nomine Domini.

Horavi orationem suam, petens dari populo iudicium cordis, et fieri pacem in Israel, per dies semperternas.

Nadae et Abu obtulerunt ignem alienum; ignis egressus à Domino devoravit eos.

Separavit Dominus animalia munda ab immundis; vetuit ne immundis contaminarent animas suas.

Sanit in partu, in lepra, in fluxu sanguinis et sanguinis, purificationem, dicens: Sancti estote, quia ego sanctus sum.

Sanit in die expiationis dari sortem caprorum, et portulicem expiare sancta sanctorum.

Sanguinem omnium, et adipem sibi deposcivit, quia in manu ejus est mors et vita nostra.

Sanit leuitas matrisque, ne quis ad proximum sanguinis auferat.

Sanit tam sacerdotis quam victimas esse sine macula: quia ipse sanctus est, et sanctificans eos.

Sanit celebrare pasche, Pentecosten, sabbata et tabernacula: ferias sanctas Domino.

Luceat in neopetiti tula, in insigne die sollemnitate Israel.

Sanit sabbatum terre, sanit letum jubileum, et in eo remissionem civicis habitatoribus terra.

Sanit leges votorum, praenuptiorum, decimarum ex aeterna, Sanctam sanctorum Domino.

Novite, et redite Domine Deo vestro, omnes qui in circuitu ejus affertis munera.

Non fecit taliter omni nationi; ceremonias, et judicia sua non manifestavit eis.

Mirabilia testimonia tua, Domine; ideo scrutata est ea anima mea.

Da mihi intellectum, et scrutabor mandata tua; considerabo mirabilia de lege tua.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto: sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

IN LEVITICUM

Dissertatio.

Levitici nomen ex legibus ad sacrificia spectantibus, numeribusque sacerdotum et Levitarum, libro

inditum est. Quare alterum ejus apud Rabbines nomen *Lex Sacerdotum*. In Hebraeo ex prima voce

in exordio operis occurrente *Vajora* appellatur.

Post erectum à Moysè tabernaculum, Deus tanto majestatis apparatu in sacrum illud tentorium descendit, ut ad illud accedere ne Moyses quidem ipse audeat, quemadmodum in postremo Exodi capite relatum est. Sed venire nonentem appellans Deus leges illas docuit, quæ septem prioribus Levitici capitibus continentur. Omnium primum holocausti ritus, et ceremonias, tum eas quæ victimas offerendas, cum eas quæ sacerdotes immolantes spectant, præscribit (Cap. 1). Succedunt panis, vini, placentarum, spicarumque viscerum oblationes (Cap. 2), easque demum sacrificia pacifica, vel Eucharistice excipiunt. Omnes deinde sacrarum ceremonias, et victimarum partes, quoniam adolenda potissimum diriguntur (Cap. 3). Hinc pro expiatione criminis à summo sacerdote commisi, sicut et pro criminibus quæ sive imprudenti populo universo, sive etiam aliquibus ex populo obreperant, suos singulis habent ritus, in cap. 4 diducunt. Duo succedentia capita tum eadem argumento, tum percurrendis variis criminum generibus, sacrificio expiandis, impenduntur, ubi etiam quæ victimarum partes igne adolenda, quæ verò sacerdotibus immolantibus cedunt (Cap. 4, 5, 6, 7).

Erecto jam tabernaculo, Aaron ejusque filii in sacerdotibus, initiante Moysè, cui Deus Exod. 29 ejus rei dederat mandatum, consecrantur. Et decem diebus Moyses operatus est, factæ ab ille unctiones, atque sanguinis ex ritu aspersiones (Cap. 8); tum et novorum sacerdotum, quos ante aram sistere jussit, oblationem in eorum consecratione victimarum partes minutis imposuit, ne demum jussu Aaron ejusque filios totos octo dies in tabernaculo se continere, ceremonia peracta est. Aaron statim à consecratione sacrum pro suis ac filiorum criminibus operatus est; et cum aliorum pararet in holocaustum, et in hostiam sacrificam, ignis subito è tabernaculo egressus, victimas, spectante populo, absorpsit (Cap. 9).

Nadab et Abiu, filios Aaron, profano igni, aliunde quam ex altari, accepto, thure imposito in saecularium ingredi audientes, erumpens subito è loco sancto flamma corripuit. Eorum tum ne pater loqueret, edita Moyses lege cavet, additum etiam ut sacerdotes à viâ abstineant in tabernaculo (Cap. 10). Excipit hæc omnia animalium purorum ab impari discretio (Cap. 11); purificationis mulierum, statim à puerperio, ceremonia (Cap. 12); leprose hominum, ædium, et vestium iudicia (Cap. 13); sacrificia pro vultuibus à lepra (Cap. 14); prescripta ad eluendos viros qui gonorrhœa laborarent, et feminas post menstrua ceremonie (Cap. 15). Sequuntur ritus pro festo expiationis solemnibus, quo scilicet apparatu summus sacerdos in sanctuarium intrat, quo hircus emittitur (Cap. 16). Cautum est Israelitis ne alibi quam in limine tabernaculi sacrificia offerant; vetitus sanguis et morticina (Cap. 17); late pro suppis leges, quanto nempe cognationis gradu interdicitur. Cum exteris et Chanaanais connubiis (Cap. 18) interdicta.

Hæc leges decori et sanctitati tabernaculi provident

tes (quæ scilicet sancti loci veneratio tanta erat, ut pollutus omnis ad illum aditus præcluderetur), Deus, factis veluti omnium præcedentium legum epilogo, claudit. Reperit, v. g., de sabbati observatione, de præstanti parentibus reverentia præceptum; velut iterum idololatriam, furum, perjurium, calumniam, odium in proximos, etc. Monet ne excidentes messoribus inter metendum spicæ colligantur; sicut et messoribus injunctum, ut de industria aliquid relinquat, quod egenis, spicilegium facientibus, cedat. Satæ arboris fructus quinque prioribus annis in eam ne adhibeantur. Cautum Israelitis, ne prostitutionem unquam et divinationem, quæcumque demum ea sit, dedere se audeant. Tendenda comæ et barbae superstitiosus paganorum usus populo interdictus. Observent senes, comiter habeant advenas (Cap. 19). Mole filios ne offerant; alioquin Dei vindictæ ultioni subjectos se norint. Maledicta in parentes, adulterium, nuptiis incestæ, crimina nefanda (Cap. 20), ac tandem magis et divinationis professio capitalia sunt. Israelitæ omnes, ne sacerdotibus quidem exceptis, legali aliquâ macula pollutus, à sacræ Deo epulis abstineant. Sub hæc Moyses victimarum vitia, quibus ad sacrificium inepte efficiuntur, singillatim recenset (Cap. 22).

Tum consuetudo certe per annum solemnitas, atque prescripta in singulis ceremoniæ (Cap. 23). Sunt autem Pascha, Pentecostes, festum buccinarum, expiationis et tabernaculorum. De ritu paradisi lampades candelabri aurei, sicut et imponendorum panum in mensâ aureâ plura, quæ ante posita ad Sinai castra erectumque tabernaculum prescripta fuisse facile suspicamus. Dum his sanctiendis Moyses occupabatur, vir quidam in iudicium adductus est, usurpatis impiæ Dei nominis reus. Hunc Deus extra castra raptam lapidibus confici præcepit; latâ simul lege ut eo supplicii generi in blasphemos exinde animadvertetur. Decreta post hæc poenitentiam in eos, qui proximo suo, vulnere aliquo indilicte, injuriam irrogaverint (Cap. 24). Succedunt leges in monte à Deo Moysi datae de septimo quoque anno, nempe anno sabbatico, observando; sicut et quilibet quadragessimus nonus annus in jubileum destinatur; eo verò recurrente, decreta libertas Hebraei generis mancipii, atque avitæ hereditatis ad priores dominos reducantur. Latæ sunt in feneratoribus leges; additumque ut singulis Israelis redimendi fratres suos, mancipii lege captivos, facultas permitteretur (Cap. 25). Hæc omnia excipiunt minæ, quibus earumdem sanctionum prævaricatores terrentur; ac vicissim præmia, servantiibus legem promissa (Cap. 26). Denique totum librum claudunt regulæ quedam circa res Deo per votum oblatas, ac decimæ, tabernaculo offerenda (Cap. 28). Poterit si rituum illorum solas veluti cortex, et quid potissimum ad cultum tabernaculi conferant spectetur, nihil de illis magnum concipiendum oportet, ut vix in animum possimus inducere, Dominicum sacris, sanguine et adipè victimarum constantibus delectari voluisse. Quantum enim victimas auget

minus in altari, concipiamus licet sacerdotes jugi obsequio tabernaculo destinatos; tabernaculum ipsum omnibus vel minimâ legali labe infectis prohibuit; pompam etiam et magnificentiam sancti loci majorem, quam gets illa ferret; hæc sane omnia ideam, quam recti rerum æstimatores de cultu Domini ferendo habent, prorsus non expleat. Veris criminibus expiandis majori sanè piaculo, quam victimarum sanguine, atque externis purificationibus est opus. Porro verum sacrificium corde contrito et humiliato, voluntate rectâ, et malo affectu vacuâ, juxta Scripturæ phrasim, perficitur (1). Oblatis ab impiis sacrificiis nemum Deus non delectatur; sed sepulta jam longâ oblivione eorum crimina, iterum veluti divinis oculis subjiciuntur. Oblationes iustorum nunquam non Deo juvande, quibus iustitia et pietas libratur. Uno verbo verus Dei cultus probo animi sensu, atque religioso in Deum affectu perficitur. (Philo. 1. 5 de Vit. Mos.)

Idcirco Propheta, quos veluti divinos veteris legis interpretes habeamus oportet, uno omnes ore fatentur, Deum externo Judæorum cultu, quem terrenis rebus adhaerentes in tabernaculo et templo impendunt, minus tangi: *Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? (Isai. 1, 11, 12, 13.) Plena sunt Holocausta arietum, et adipum pinguium, et sanguinem vitulorum, et agnorum et hircorum, nobis. Cum veneritis ante conspectum meum, quis quæscit hæc de manibus vestris? Et alibi idem Deus per Amos 5, 21, 22: Osi, et projecit scititates vestras, et non capiam odorem cantuum vestrarum. Quò si obtuleris mihi, holocausta mala et manera vestra non suscipiam, et vota pinguium vestrorum non respiciam. Et Jerem. 7, 21: Holocausta vestra addita victimis vestris, et comedit carnes, quia non sum locutus cum patribus vestris, et non præcepi eis in die, quò eduxi eos de terra Ægypti. Ac si diceret Deus, non ita se victimas exegisse, quasi scilicet illis sive indigeret, sive plurimum delectaretur; sed, iniquant Patres, crassioris populi captivi Deus sese in illis præseribendis attemperans, gravioris mali metu sacrificia permisit. Ne demum victimas macularent, inquit S. Chrysostomus, Deus victimas sibi mactari permisit (in Psal. 49). Pronus in malum populos, sive corde obduratos, sacrificiis sive detinendos, sive flectendos censuise Deum S. Justinus in Dialogo cum Tryphonem autnavit. Eo, veluti pondere leviores animos, inquit S. Irenæus, firmavit, simulque eam hære penam voluit pro cultu aurei vituli, et affectato in Ægyptum regressu (Item. 1. 4, cap. 28). Paria apud Origenem legas; qui addit (Item. 7 in Num.) horum sacrarum altam fortè intentem, et mysticam rationem habere Deum potuisse, ut scilicet eo veluti aggere opposito Judæis in sacrificiis illis remoraretur, ne in perniciosos et superstitiosos demonum provolverentur; eodem scilicet artificio, quo aliqui ex venenis antidota parant. In sententiam Origenis inclinans S. Chrysostomus (adversus Judæos), ait Deum sacrificiorum*

(1) Psalm. 50, 19: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum et humilatum, Deus, non despicies. Vide Jerem. 55, Osée 14, 2, 3, Joel. 2, 12, etc.*

multitudine detinere Hebræos voluisse, ne scilicet superstitiosis vacarent, quemadmodum sapiens medicus frigidum percutit agro febre laboranti. Ne scilicet suis desperatione ad interiorum aliquid. S. Cyrillus Alexandrinus autnavit, sacrificiis illis percipiendis nullam quidem necessitatem in causa fuisse, quod ex Jeremie testimonio supra à nobis allato demonstrat (Cyrill. Alex. 1. 5 cont. Julian.). His omnibus Patribus consonant Theodoretus (de curand. Græc. affect.). S. Hieronymus (in Ezech. 20) et sanctus Thomas (1-2, q. 102, art. 5).

Non est tamen cor ex allatâ Patrum doctrinâ mala esse omnia simul hæc sacrificia et Deo tantum tolerante, quemadmodum et malum tolerat aliquando, permisso. Deum enim libent non permittem tantummodo, sed et auctorem, qui nempe illa consilio et auctoritate suscipit; imò et Deo jubente ad sacrificia quomodoque populus cogebatur. Nonne enim Deo scientie holocausta perpetua vespre et mane constituta sunt? Nonne sita pro singulis recurrentibus sabbatis, nementibus, solemnitatibus Paschalibus, Pentecostibus, expiationis et tabernaculorum? Quis, rago, sacra pro eluendis maculis, atque expiandis, quæ imprudentibus accidissent, criminibus innoxia? Ipso Deo oblatas victimas in actionem gratiarum pro acceptis ab eo beneficiis, sive novis impetrandis excipit. Ceremonia plerumque à lego præcepta sunt, nec nisi Deo invito atque viscente obmittantur; quemadmodum et premiis ad illas promittendis populus aliolelatur.

Sacrificiorum usus jam hæc à mundi exordio obtinuit. Sanctissimus quique viri, qui et ante legem, et sub lege vixerunt, nihil antiquius habuerunt unquam, quam ut illa observantia suæ et reverentia tributa Deo exhiberent. Celebrantur in Scripturâ sacrificia Abelis, Noe, Abrahami, Melchisedech, Jobi, Jacob et Isaac, quæ sanè tantummodo Deo oblatæ vix credimus, cum et præcepto innoxerit non raro, atque reciperi se illa non obscuris indicis, veluti missa de celo victimis assumendis igne, demonstraverit. Nonne Propheta in sacrificia quidquam, sed in eorum abusum inveci sunt, Judæorum persécutionem reprehendentes, qui solis externis ceremoniis fulentes, legis interiori maxime præcepta, amorem nempe Dei et proximi, sicut majora hominis in Deum officia, neglexerunt. *Si voluisset sacrificium, ait David, dedissem tique; holocaustis non delectaberis (Ps. 50, 18). Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum et humilatum, Deus, non despicies. Et alibi (Ps. 50, 7, 8): Sacrificium et oblationum multitas, aures autem (ad te auscultandam) perficit mihi. Holocaustum pro peccato non postulasti; tunc dixi: Ecce venio; nempe cum me invitares. Et alibi Deus in hæc verba loquitur: Non occipium de domo tuâ titulos (Ps. 49, 9), neque de gregebus tuis hircos, quoniam dixi tuis oves fere agnorum. Hæc igitur, ait Deus, ex te veni: Immo Deo sacrificium laudis, et reddo Altissimo vota tua.*

Vetus quidem auctor apud S. Augustinum, duo esse sacrarum generum in V. T. observat; alterum nempe in lege præceptum, alterum quod singulorum religioni

implendum pro arbitrio relinquatur (Apud August. quæst. ex utroq. Testam. quæst. 105). Deus igitur, inquit, libera sacrificia nunquam ab Israelitis exegit; quare integrum illis erat, si nulla offerre voluissent: Si verò aliqua offerre mallet, ratio ab illis erat habenda Dei, cui flatum accedebant; neque committendum, ut victimas, quæ ad manum venissent, nulla factâ discretione offerant. Sacra enim illa non litando quidem Deo, sed in ultionem instigando valebant; quare apud Malachiam queritur (Malach. 1, 8): *Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne molam est? Et si offeratis etyundum, et languidum, nonne vulum est? Offer illud dicit tuis, si placuerit ei, qui susceperis faciem tuam, filii Domini.*

Cur autem potissimum à sacris illis Judæorum Deus abhorret, cordis non recti habitudo in causa fuit. Omnes enim externo cultui, atque sensibilibus ceremoniis impendendis intenti, soli iustitie sue fiduciam; quibus interim Deo potissimum flarent, sacrificia negligentes, puri nempe cordis et innocenti spirituales victimas. Quod cortex erat et exterium Religionis, id maxime Judæi curabant, umbram et figuram vestiti ipsi et archetypo præferentes. Vetera sacrificia Messie sacrificio gradabantur (1). *Calculabant figuram futuræ rei multi scientes, sed plures ignorantia. Quot verò erant, qui hoc figuratum acutum noscent? Ad tempus præscripta sacrificia illa ad altarium hostiam et sacrificium deducebant, tanquam via essent et preparatio ad illud, à quo sanè dignitate et presentia vincerentur.* Scitè S. Irenæus (L. 4, cap. 28): *Lex et disciplina erant illis, et prophetia futurorum.*

Quomodo enim ipse littera, figure, et umbra plus nimio adhaerere, neglectâ interim veritate, rationi absonum fuisse, ita fore meritoque Scriptura, et Patres cum sibi de ritibus Judæis agendum proponerent, carnium Hebræorum ceremonias, non contempnissè

(1) Aug. Cont. Faust. 1. 20, c. 18: *In victimis peccatorum, quæ offeruntur Deo; sicut re iusta dignum erat, prophetiam celebrabant futura victimam quam Christus obtulit.* Item in Pa. 58, 7.

tantam veluti inutiles, sed reprehensas tanquam noxias visi sunt; illud interim addentes, Deum nonnisi iustitiam, et pernicitiam Judæorum aliquid indulgere volentem, ea sacrificia tolerasse. Si quis verò alio aspectu considerandam sibi legem proponat, cum sanè summo illam honore dignam habiturum credimus. Legem duplici aspectu considerandam proponit, post veteres nonnullos, Origenes (contra Cels. 1. 7). Juxta litteram nempe, et secundum spiritum. De lege ad litteram spectat illud Prophetarum intelligendum est: *Præcepta non bona* (Ezech. 20, 25); sicut et illud Pauli (Hebr. 7, 16): *Lex mandati carnalis.* De lege verò secundum spiritum pronuntiatur est: *Scimus quia lex spiritualis est* (Rom. 7, 14). Hinc Apostolus docet: *Littera occidit; spiritus autem vivificat* (2 Cor. 3, 6).

Quamvis itaque ritus, et sacra Judæorum, juxta corticem spectata, neque Deo placere unquam, neque Judæis servili præcepta illa animo obeuntibus iustitiam promereri potuissent; quamvis majestate et sanctitate Dei inferiora essent adeo ut neque ipse præcipere, sive voluptate ab illis aliqui affici potuissent; in ea tamen, quam sibi statuerat, idea, systema scilicet Religionis apud crassiores et carnalem populum statuenti, sicut et vitam perfectiori ac sanctiori Religioni præstruendi, nihil ejus consilio condiderat magis quam ut externas illas ceremonias et ritus inveniret, quorum indicio Religionis illius (quod unicus cordi habebat Deus) in cognitionem mortales venirent. Sicut enim semper Deus, et Filius sui sacrificium, et legis novæ veritatem sibi ante oculos præstitit, ita plane et legis veteris præcepta, et sacra ritusque omnes innoxisse par erat, quibus ad finem intentam via instrueretur. Externæ illæ Mosæicæ ceremonie futuris indispensabili necessitate prævalebant: quam quidem figuram non attendentes Judæi, in eo potissimum errarunt: pro solâ nimirum veritate accessorium et umbram secuti, atque legis fine neglecto ipsam tantum legem sectati: *Umbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum... unquam potest accedentes perfectos facere* (Hebr. 10, 1).

DE NATURA, CAUSIS

ET EFFECTIBUS LEPRÆ, ETC.,

Dissertatio.

Prælectis nec incuriosè, his quæ de leprâ, cujus est apud Moysen sermo, interpretes disseruerunt, nihil quod expectationem eâ de re nostram impleat, deprehensisse mihi visi sunt. Peritissimi inter illos ea de decursu contenti, quæ apud medicos et philosophos traduntur, factâ eorum cum Mosæicis collatione, quid potissimum differant, et in quo maxime ambe hæ nar-

rationes conveniant, legentibus exhibent. Reliqui verbis textûs Mosæici tantum inherentes, de aliâ planè quàm vulgari leprâ sermonem esse in S. Scripturâ autumârunt. Nec desunt ex Rabbiniis quidam, qui saltem lepram vestium et adium à Deo vindicari in Israelitis, invidiatis et murmuris roos, prodigio immissum suspicantur (Maimon. Gerund., Reconati, Sepharadi apud

Manaster) : quorum sententiam Patres nonnulli (Theodor. q. 18) et commentatores probasse suffragio suo visi sunt.

D. Clericus in dissertatione de hoc argumento repulsiâ visus est, lepram morbum inter eos habendam, quos statim quibusdam temporibus, vel in certâ quadam regna, Dei providentia immittit. Satis enim æperque scitum est, genera esse quedam morborum nostrâ ætate, quorum nulla fuit apud veteres cognitio, nec potest variantis interdum nature ratio ulla assignari.

Hippocratis auctoritas (lib. de Affectis), qui lepram non morbum quidem, sed corporis vitium esse asseruerat, plerisque post illum scriptores longè multo in eam sententiam pertraxit, ut lepram de quâ in utroque Testamento, vitiliginem quandam, non tractandam ut morbum, sed reparandam ut sordes, fuisse suspicarentur. Quod item probans Amobius de Christo leprosum mundante ait (Arab. 1. 4): *Nota abdicantiam vitiliginem manu admodum detersit.* Eo etiam spectans Turnebus (Turneb. 1. 15, c. 21), leprosum Evangelii maculis quibusdam vitiatam haluisse eundem autumavit; Theodorus Beza (in Math. 8) aliam fuisse lepram censet, quam Græcorum elephantiasin, morbum planè perniciosa, de quo apud scriptores frequentur.

Alii verò (Gloss. Cyrilii) ipsissimam elephantiasin, quæ lepræ genus est perniciosissimum, in S. Scripturâ designatam narrant. Alii nostrâ ætatis scriptores in leprâ veterum, ipsum, quem nos Gallicum morbum, inveteratum agnoscunt; quod D. Yournerford, leprosum in suis numeris oculis teste, visum est. Ex eo morbo vulgaribus remediis rari quidem convalescent; tabescent plerique, quod humores percutantes corporis hauritionem prorsus erumpunt. Sanè lepram morbum esse, à quo sibi omnes sanctorum semper caverant, audivit nemo à se non omnino quidem leprosum cum cæteris fuisse sepulcrum ex S. Scripturâ intelligamus (2 Par. 26, 25).

Hanc opinionem discrepantiam ex eo facillè inveni potuisse credimus, quod nec textus Mosæicus sæculo examini subiectus fuerit, nec satis cum Græcorum auctorum eâ de re scriptis collatus. Quomodo enim Moysen non minus tantum lepræ genus complexum fuisse constat, ita quoque nullum ejus morbi remedium indicavit, regulas tantum constituisse contentus, quibus virulenta atque contagiosa lepra ab aliâ pura, cui virulentia et contagiositas nihil, distingueretur. Hæc datâ occasione, corporis etiam alia vitia prescribit, quæ lepræ quidem speciem, sed non virus referunt. Nec præterire oportet in Scripturâ ac in Vulgata potissimum, frequenter contingere, ut lepræ nomine non morbus ipso, sed morbi præliodia et dispositiones, vel saltem indicia morbi, quibus suspicio ingeritur, designentur. Scitum est tandem, apud Moysen lepram quandam ædium et vestium occurrere, de quâ altum apud auctores cæteros silentium. Ex quibus oculibus pronum est colligamus, vocem illam Hebræam *Zarac* latius multo quàm Græcum et Latium

lepræ patere; quare in re fore cœtemus, si exactam de variis significandis hujus Hebrææ voces ideam antea exhibeamus, quam quibusdam de leprâ, cujus in Scripturâ sermo, disseratur. Moyses, Levit. 15, varia percurrit incommoda quæ ad lepram referri aliqua saltem ratione videntur. Primum igitur indicia nominata, quibus suspicio morbi ingeritur, designat. Omnium primum, tumore extimms (Schœt); alterum, pustula (Sophaot) vel vitium; succedunt albens et candens, vel etiam rubescens macula; nam rubescens macula quondamque luens et candens appellatur (Leviticus odmandet). Omnia hæc indicia sunt, quibus iusta lepræ suspicio inducitur. Ut autem rei veritas attingeretur, leprosum eorum sacerdotibus se sistens, certo quodam in loco 7 vel 14 diebus clausus detinebatur; quo scilicet eo temporis spatio morbus explicare se, atque certis indicis deprehendi potuisset. Hæc indicia 1^o albens, rubescens, et luens in pelle macula; 2^o pili ex loco polentes, et rudi; 3^o locus pro reliquâ cute humilior.

Albescens macula, si nihil haberet reliquî, minor erat quàm ut lepram indicaret; si crevisset, statim leprosum præbuit. Macula illa interdum s. albens erat (Levit. 15, 6); interdum rubor quidam pellem vitans. Cùm totum corpus alio quodam nitore à capite usque ad pedes confunderet, lepra erat mundissima, ait Moyses (Ibid. vers. 12, 15). Cùm verò totam pellem faciem pustole albentes fuderent (Levit. vers. 10, 15), atque pustule vitæ caro abhæset, utinam pili circa illas nativum colorem in alium transmutassent, lepra vitissimum indicium erat apertissimum.

Si fortè cicatrix ex vulnere seu combustione alio quodam tumore, sive maculâ albescens, incida sine rubescens abhæderet, tum verò reliquæ eute locus esset depressior atque pili pallescentes, lepram hæc omnia certissimum indicabant (Levit. 15, 19, 20, 21).

Tandem si quis in capite viri vel femine locus depressior occurreret, itaque crines colorem immutassent, lepra statim indicium pronuntiabatur (vers. 29, 30). Si verò de leprâ suspicio tantum haberetur, statim pili omnes novamque radiebant, excepto morbi loco; tum septem dierum experimentum capiebatur. Eo temporis spatio incisa in tres mensura certum lepræ suborienti indicium præbuit; nihil de colore comæ habitis ratione (Vers. 34, 35, 36). Macula; augetur, seu rubescens, atque reliquæ eute laediores; si quæ in calvo capite deprehenderentur lepræ non obscurum dabant indicium (Ibid. vers. 42, 45).

Tabæ de leprâ hominum Moyses, ex quibus certa lepræ indicia quinque colliguntur: 1^o albens in cute macula, cui et locus depressior et pili in flavum sive rufum mutati antecedebant. 2^o Pustula in cute aspersæ rubescens in basi, atque ex vivâ carne suborientes; quod vetustissimum lepræ indicium erat. 3^o Tumor albus luens, sive rufus in cicatrice, reliquo corpore humiliori; cui in alium mutati pili accedebant. 4^o In capite locus depressior, atque crines in flavum mutati. 5^o In calvo capite alba sive rufa macula.

Tria lepræ, vitiliginis, genera Celsus distinguit

(*Col. l. 5, cap. 28, § 17*). Harum prima albam appellat. Græcè *alpia*, albam nempo, quòd alla marata in cute hominum efficitur; sive potius albescentibus guttis consistit, quibus tota pellis non continua reddatur, et aspera. Intervallum non una est macula, sed plures; interdum latius serpunt, atque augentur. Alterum lepræ genus nigram appellat, colore tantum à priori diversum. Tertium tandem leucum, seu album; priori altius imprimitur, atque difficilior curatur. Pilos in locis corporis lepræ affectis albo efficit, tenes et languini similes. Nec difficile tantum, sed ferè nunquam totum curatur; atque pellis eo morbo semel infecta, nativo coloris nunquam resuscitur. Porro macule illæ albescentes, quas supra ex Moyse adduximus (*Levit. c. 13*), ad primum lepræ à Galeno descriptæ genus referri possunt; pustula viva (*vera, 10, 15*) carni insistentis, ad tertiam Galeni lepræ genus, quò etiam speciat et lepræ cicatrices afficiens (*vera, 19, 20, 14*).

Quod autem ad lepram illam Mosaicam spectat, tamore consistentem albo, in basi retro, et ad basin vivæ carnis ad elephantiasin, lepræ genus perniciosisimum, referri posse credimus. Eius morbi veneno caro asperatur, inoperabilis veluti corium elephantis efficitur; cutem abruptis, pruritu est molestissimo. Squammis tota caro obducitur instar piscis, acutum hinc, veteris illis atque pluribus in annis coarctatus. In vero stupor carni inducitur, ut illi maxime sensum vis explicatur compuncta caro, nullo doloris sensu afficitur. Pili totius corporis breviores efficiuntur, tenes, rigentes, qui si avellantur, unâ secum trahunt carnem corruptam, cujus aluntur sanie; avulsos verò si iterum suboriri contingit, in capite et merito flavi nascuntur.

Lepræ adhibe jam, sicut etiam inveteratæ, indicia hæc potissimum à medicis assignatâ: si vox asperetur, veluti canis post diuinam lationem; si naribus potius quam è labiis expressa; si pulsus debilis, gravis, leuitas fuerit et intricatus; si sanguis proderit grauis quibusdam veluti mullaceis albensibus et lucidis admixtus; ad hæc scabiosa quiddam serositate viscidus, nativo vero humore inædantibus, ut nec sal impostum dissolvat, insuper crescit pæcò, ut cum aceto ebulliat; sicut et ex eis quibusdam filamentis tota ejusdem massa firmissimè constringitur ne calcinato plumbo permeabilis; si urina appareat cruda, lenis, cinerea et turida, quæ subsidentem in imo fundo furturacem farinam demittit. Leprosi, vitulos instar languescens carbonis multo quodam incensæ ritionis inflatusque rigentibus, quibusdam tumoribus virescenti hæc et albescenti acumine disseminatur. Fronte est amplius rugis ad utraque tempora protensis sulcata. Ore prominentes, rigentesque, rubrum quemdam nitorem ac fulgorem instar felis emittunt. Aures tumentes et rubræ, ulceribus ad basin depauescunt; ulcera verò glandule ambiunt. Nasus albosus vel putrescenti cartilagine sinus efficitur; nares hiantes, meatus verò obducti, et in imo fundo ulcerosi. Lingua aretescens, inflata, ulcrosa, livida, contracta, alben-

tibus licet granulis disseminata, nigrescit. Pelle tandem tegitur inæquali, ruidâ et stupida, quæ si ponatur abscondaturque, pro sanguine sanum quondam reddit, nec raro aqua licet perusa non madescit quidem. Eo morbo affectos vehementer adco calore astuare ferunt, ut recens pomum per horam in manu tenentes, rugosum et arens vehit octo solidis diebus ad solem expositum reddant. Tandem nasus, digiti manuum et pedum, et reliqua membra à reliquo corpore ultrò avulsa morte suâ morti totius hominis prædicunt. Quem morbus iste pessimus causat, pruritus adeo violentus est, ut leprosus non leniter tantum carnem scalpere, sed necibus etiam fulcare corpus, non extra vulnere perniciosis inflammationes, cogatur.

Ferunt etiam lepram illam diu ante interiora depascere, quam in externum proleat; etiamque Avicennas morbum sui cancerum universale appellat. Sunt qui varios in partibus leprosum colores ad variam temperamentum et humorum cum sanguine harmoniam referant. Rubentes sanguine efficitur, melancholicum et viscido, albescentes admixtione pituitæ viscidæ, salsæ, nigrosæ, seris, cum sanguine melancholico. Reliquæ peiores sunt ex acrimoniâ, et igniâ humorum qualitate; ex his vermes et contagiosum quoddam virus facili in adstantes transfundendum inducitur. Parentum morbus cum sanguine in filios transfunditur. Eius indocendi morbi causam ferunt menstruorum sive hemorrhoidum cessationem, sicut et nimium in cibis delectum. Ex his omnibus, quantum arbitror, salis intelligentibus, lepram adultum non malam tantummodo corporis habitudinem, sed respsè incommodum nosivumque morbum haberi oportere.

Notissimus est autem in Oriente morbus, cuius nomen elephantiasis. Egyptiis peculiarem esse Lucretius affirmat (*Lucret. l. 6*):

Est elephas morbus, qui præter flumina Nilis

Gignitur, Ægypto in mediâ neque præter casus usque.

Et Plinius (*Plin. l. 26, c. 4*): *Ægypti peculiare hoc malum; tum addit contagiosus quosdam vitiligines Romæ apud optimates grassantes, nonnulli à medicis Ægyptiis, quò in regione frequens est morbus, curatis fuisse. Quod ad lepram elephantiasin attinet, ignota erat ante Pompeii ætatem morbus; nec diutius serpsit. Invenitis ejus ægritudinis crepundia primo in vultu conspiciuntur, ubi leucula quedam subito in naribus oborta ex paulatim sese per totum corpus explicans, variis aspersam maculis, inæqualem, asperam, crassiorum hinc inde pellem efficit; tandem caro nigrescit; ac tantum ossium tuda protegit. Digiti interea pedum manuumque tumescunt. Eo morbo si quando Ægypti reges corripit contigisset, hinc ex recenti casorum inferum sanguine adhibebant.*

Prosper Alpinus (*de Medic. Ægypt. l. 4, pp. 15*) observat elephantiasin, quò morbi genere potissimum pedes afficiuntur, vulgarem esse in Ægypto hæm. Peculiarem quemdam Phœnicum morbum (lepra genus est) Hippocrates (*Hippocr. l. 2 Porrhæsi*) et Galenus (*Galen Galen*) notaverunt, et quantum ex

descriptione Hippocratis assequimur, albescentis lepræ morbus ab illis designatus est. Apud recentiores quosdam medicos mentio occurrit lepræ eujusdam Thiviz (*Guido Cantuar*). Leprosos quosdam vidisse in Palestina Motandrellus testatur (*Motandrel, Voyage d'Alex à Jérusalem*). Eo morbo affectis pedes veluti elephantinis redduntur, vel quorum pedes vermes abrosieri ut tuncesunt coxæ, et sensus licet doloris destitute, pedibus tamen gradiendi officium præstare negant.

Veteres quidam (*Appio apud Joseph. l. 1 c. Appian*) narrat Hebræos eo morbo correptos, ex Ægypto extorres actos fuisse. Tacito et Justino impositum est, ut fabellis hisce ab invidis Ægyptiis in Judæos sparsis crudelitatem suam addicerent; sed à Josepho solidè eorumque refutatur, scilicetque admodum observat nunquam commissurum fuisse Moysen, ut leprosi contra leprosum cederet, si leprosum ipse populum et everectum habuisset. Jean Christi ætate frequentes erant in Judæa leprosi; nec raro in Arabiâ fuisse Avicennas est auctor (*Aricen. l. 5, Son. 7, Tract. 2, c. 9*). Persæ, juxta Herodotum et Ctesiam (*Ita Ctesius in excerpt. Photii apud Henric. Steph. et Herod.*), leprosos omnes gentis suæ ab omni cum civibus commercio, quin et ab urbius suarum ingressu interdcebant. Induci morbum autem non in potant violati, quem numinis loco habebant, solis. Advenæ hospitio apud leprosum recepti solum vertere cogebantur.

Sæculo undecimo, duodecimo, ceterisque subsequenibus, frequens habebatur in Europâ morbus, quem ex Juliorum frequentia et consortio inductum aliqui suspicantur. Alii verò malam mercem ex variis expeditionibus Græcæ signatorum in Syriam comportatam contendunt. Porro leprosos appellabant ludros, usque curandis magno numero excitata xenodochia, ludærie dicta. Ex hisce pæcò usui constructis ædibus ad 19,000 per Europam numerat Matthæus Parisius. Ne autem virus contagione diffunderetur, apposito signo leprosi à ceteris distinguantur; quin et à communi consortio discreti degere, nec raro sive creptiaculis monere populum, sive cada quodam in humeris delato apochi sui indicium exhibere jussi sunt. Porro lepræ genus est, caput afficiens; nam squammis, et crustis cineris, flavescensibus quandoque totum obducitur, odorem simul fetidum et cadaverosum exhalans. Hanc facili lepram insinuat nomine lepræ, comæ, barbet, tum et morbi illius, quò canum caput corripitur. Pautæ quidem ex lepræ incommo dis Moyses recenset; qui et ex tantum attingit, quæ discernendo hinc morbo à ceteris, indicium certissimum sacerdotibus, quibus ea demandata cura, præbentur. Porro lepræ morbum indicat tumor quidam albescens, qui et paulatim augetur, et carnem simul eo loco depressiorem reddit. Nec obscurum ejus signum exhibet color albescens et pallidus quo pili, ubi vitiatum est corpus, inficiuntur.

Impetigines quali incommo dis lepram præcurrere, primumque mori agmen duere videntur. Primò sola pellis inæqualitas, atque lenis quidam pruritus corpus

afficit, deinde aucta omnia pellis toto albedine quidam instar firmæ induitur; nec mora statim lepra succedit, cum scilicet albedo in crustas et squamas, piscium squamas referentes, degenerat. Novitum quoddam impetiginum genus apud Romanos innotuit, quò *metagram* appellârit. Ignotum fuisse morbum illum ante Tiberium Plinius affirmat; veneno autem erant adeo pernicioso, ut solo osculo, vel tactu contraheretur. Prima suborientis morbi signa in vultu, deinde in collo, pectore et manibus; tandem tota corporis facies furturaceo quodam colore inficiuntur. Quare Moysen, alborem quemdam in corpore subitò exortum sedulo observari, an scilicet morbus augetur, ipsius ægruti reclusionem precipientem, impetiginum incommo dis præ oculis habuisse ne ambigimus quidem.

Decursus lepræ indicis et effectibus, modò ad causas ejus morbi animam adficiam oportet. Igitur ex medicorum doctrinâ impetigines, scabies, lepra ex lite et discordiâ contrariorum humorum, accedente sanguine melancholico, viscido, copioso, pingui, acri, prorumpunt; hisse enim peccantibus humoribus, albosus pellis pruritus causat molestissimum, nullis fricationibus leniendum. Facili verò, iisdem medicis auctoribus, de parte in filium cum sanguine ipso transfunditur; nec modicè morbo contracte conducti sive minor in cibis delectus, sive minor in ratione teodurum ciborum cautio, sive tandem corporis, humorum, seris, cubiliis, vestium mala qualitas et halitudo. Sed ut veris fatear, hæc de lepræ causis medicorum observationes impares ad conceptam de illa ideam explicandam videntur; vis enim in animam iudico, qui fieri possit, ut mera atque interna humorum corruptio morbum efficiat, ejus tam promptâ et facili contagione virus communicetur; simulque prima ejus et apertissima indicia in extremâ corporis parte conspiciantur. Quæ sanè proportio et analogia inter hominum lepram his derivatam fontibus, et lepram vestium ac domorum, ut idem utriusque nomen, et paria ferè indicia quadrent! Novum igitur ejus rei systema proponam, quò rationem me futurum confido physicam et mechanicam, omnia à Moyse tradita de leprâ hominum, vestium, et domorum, per generales et communes rerum notiones explicandi.

De leprâ igitur usque omnibus, quæ ad lepram aliqua ratione referri videntur, ut *psora, alopecia, porrigo, elephantiasis, metagram, hœmæ, etc.*, quin et de omnibus morbis, quibus animalium cutis affecta abroditur, venenose contagio, pruritu violento, pilis atro colore infertis, corpus deglabratur, ac tandem stupor in membris inducitur, de his, inquam, omnibus id constituo, vermiculos scilicet, aspectum fugientes, inter carnem et pellem primò sese insinuantes, epidermem et cuticulam, et tum nervorum filamenta, ac tandem carnem depascere; ex quibus effectus omnis inermis, adultæ, et inveteratæ jam morbi facili inducitur. Porro rari occurrunt homines sive constantis, sive affecte sanitatis, ac vermium contagione immunes; singula enim hominum et brutorum corpora, per hæ-

litem et alimenta admissa vermiculorum semina nativo calore fovent. Namque aer, quem halitu trahimus, fructus perique, quibus inuimur, insectis sciant, qui calore corporum animalium fœi carni adherent, inuimurque, ac propagatione tandem crescant. Res etiam omnes, que nos ambiunt, quorum ministerio utimur, vermium sæpe scatere sunt et nidus, quibus veluti intrunculis incautos nos adoricibus, misero fœdique depopulantur.

Novis medicorum observationibus, quibus ope microscopii novus tenuissimorum insectorum aspectus fugientium mundus innotuit, instruitur, sua singulis corporibus esse, ab aliis diversis, insectarum genera, in variis variis corporibus veluti in suis quætuor partibus recipiunt. Hæc incolis aer, terra, pisces, arbores, lapides, panis, ministria, vitrum ac solidissima quæque coluntur. Homines frequentant præ rictibus, quorum nulli sermo corporis pars à vermibus vacat, non intestina, non cerebrum, non iacur, cor, sanguis, vesica, umbilicus, ulcera, pelvis; quin et totum denique corpus post obitum in vermes abire, sicut et vermiculari morbo interire plures infantes et adultos constat.

Adolescentulus atque infantibus potissimum limbriculi familiares sunt: est autem vermium gena rotundam, albens, è variis pellis partibus, et è manibus potissimum sciant. Porro vermes illi inter carnem et pellis insistentibus esse, et carnem deperascentes, pruritus causant molestissimum. Alii sunt etiam infantibus vermes, *crinos* Galli appellant, qui pellis suffodientes eos pterius incommodo afficiunt, ut Gibo eodem et summo relict, prolicere verò quidquam non sinant. Horum figura oculorum iudicio brevem ruberque crines vel telum similia exhibet, cum scilicet loci calor et mellis adrius vermes illos in lucem extruserint. Oculis microscopio instructis cernuntur; colore sunt cæreo, locis quibus cumilis, amplis oculis et rotundis, cauda oblonga et in extremitate villosa. Pierumque musculosos dorsi, scapularum, surarum partes infestant, pruritumque fixam in epiderm, clamores, vigilas, agitionem in paucis inducunt. Hinc incommodo inflammare et delicatuli infantes potissimum obnoxii sunt. Figuram autem utriusque, de quibus egimus, infesti, qualis per microscopium cernitur, videris ære incisam in Aëris eruditorem Lipsiensibus.

Febres, quæ putridas vocant, ex vermibus, et eâ, quam appellant putredatione animata plures accerunt; ex putri enim massa, inquit, ebulliens vermium turba totum excorrupt corpus, aculeis suis carnem transfodientes, eoque omnia indocentes incommoda, que in febribus cernimus. Vermibus scatere variolorum pustulas ope microscopii rubillos deprehendit; sicut et Petrus à Castro in luo Neapolitana bubones contagiosos vermium fuisse scaturus oculatus testis affirmavit.

Quid cancer morbus? Nonne vermes sunt, qui è morticio ulcere ebullientes, novos ex se factos emittunt, novas corrumpere partes nunquam desistunt? Quid pesis? nisi venenum seu insecta quadam, iuxta

nonnullorum medicorum doctrinam, per aera diffusa, que per caulem respirations in animalia sege insinuare, totumque corpus, sanguinem, nervos, partes solidas turbare noverunt? Hanc inveniunt rationem physici recentiores, ut epilepticorum morborum contagio explicarent; rali nimirum ex bubonibus contagiosis insecta quadam aliis instructa in circumfusum aërem erumpere, que adstantes dùm invadunt, invecto simul morbo occidunt. Hæc exactissimis experimentis compertisse se sanctè affirmant.

Prosper Alpinus (lib. 1, cap. 14 de Medic. Egypt.), qui Ægyptios morbos sedulo examine discessit, annuntiat lepram, quo morbi genere plures è fœce homines afficiuntur, ex eo potissimum ductorum, quod putredentibus et corruptis aquis in potum utuntur, videntur verò caribus boni, camelii, sicut et piscium sale macerata iam corruptiscentibus, quos hincosa quadam aqua sufficiunt; nec modicè conferre ad lucem illam alienam censet corruptionem quendam ac sale macerata casum, eujus vilissimum prælim cegenos quosdam homines invitat.

Que eam ita sint, validum pro veritate nostri systematis argumentum deditur; quemadmodum enim variâ hæc morborum genera ad unam eandemque vermiem causam referenda sunt, ita planè lepram à vermibus repetere non hocingrum arbitramur. Sed, ut tibi in apertam veritatis lucem ponamus, ejs morbi effectus omnes ex eadem causâ commodè derivari posse demonstrandum suscipimus.

Lepræ morbus, ex medicorum doctrinâ, non totum simul hominem corripit, sed pedetentim grescens, ad eam morbi statum erudit, eujus indolem virulentam hæc supra descripsimus. Primò lentiter afflicta pellis ægrotaum vellicat, hinc scarpenti pruritus, ex quo ulcera, unguibus namque discissa caro proccacem ad interiora manum invitat. Inducta inde vulneribus crustæ et squamæ totam corporis faciem obducunt. His autem squamis alendis fœces purulenti humoris venia aperitur, que veteribus non sine dolore è corpore deciditibus, in novas crustas conerescit. Antequam morbus ad ultimam desperationem deveniens impedita manus recuset, pustillas referat albantes, inæquales, lucidas, et alba cuspile, rubenti sive albenti basi, quibus totum corpus disseminat. Omnia sanè hæc nostro systemati quadrant.

Namque subiles illi vermiculi in epidermem irrepentes, facti sibi per illam viâ ad cuticulam penetrant, eamque, que tactis pedes est, aculeis appetentium puritum causant molestissimum. Hinc aperta sibi ad interiora viâ, glandulas papillares sub cuticula delitescentes aggrediuntur; ex quo fervescere humores atque in pustulas illas albenti cacumine, rubragæ basi exillire contingit. Hæc alendis pustulis humor è glandibus stillat perpetuus, et pro viro ægroti emperamento sive bilioso, sive sanguineo, sive melancholico, variis inde etiam pustularum color, sicut et lepræ generâ à medicis distincta. Afflicte carnis color immutatur, pili tenuiores et flavi redduntur, superficies, que lepræ subest, deprimitur; ac tandem cont-

giosis eo morbo nihil est. Hæc omnia proma sunt; carnem enim deperascentes vermiculi illi edificant, ne sanguine ultra et humoribus vegetetur: quare deperasita facili, reparari difficilis; hinc pili et glandulis corruptis et aërosi diffilice humorem trahentes colore efficiuntur pallenti, et languescunt, veluti plianta in arido et petroso solo.

Cum autem vermes motu sint, avillitate et numero ultra fidem, hinc facili ex uno in aliud corpus transeant; quare validum vegetumque virum solori, prurium statim excitant, salvis interea omnibus manentibus; ac sanguinis et humorum economiâ ne minium quidem turbata. Sed brevis hæc rerum tranquillitas; namque insecta sibi cum primùm ad glandulas penetraverint, omnia turbant, caro statim squamam et crustis obducitur, sanies indilice stillat. Hojus purulenti humoris materiam suppeditant capillares quædam venæ, quarum albrosa à vermibus ora fugem stillant seram, in sanem et squamam conerescens. Porro sanguinem melancholicum, pigrum, acrem, viscidum etc., lepræ causam et originem esse vix mihi persuasum; cur enim aliquam non eadem sanguinis et humorum dispositione in omnibus, in quibus prima suborientis morbi prælimia deprehenduntur? Paria etiam animalivertentur in his qui morbum contagione contrahunt, nisi illi malucrimis, noxiis sanguinis qualitates unâ cum morbo transeunt. Hæc autem omnia neque in animum inducere possumus, atque ne inducamus experientia ipsæ cogunt, quippe que contagione quidem contrahi moxiam demonstrat, quæquam nihil primò de tota sanguinis economiâ immutatum apparet. Fætor quidem non defuisse medicos, qui interiora prius deperascerent morbum quam in externum prodiret, suspicentur, sed mallem opinionis suæ certiora ab illis argumenta afferri.

Tantum profecto adest ut sanguis ille viscidus, etc., lepram inducat, ut putus à leprâ ipse induci videatur. Sanguinem enim melancholicum vitiatum, indigestum, ac malè excoctus chyms effluit; indigestum chymum reddidit tenuis stomachi et sanguinis calor; que planè omnia ex defectu spirituum vitalium et admixtione humoris visceri, crassioris, leni, terrestris, derivata semus. Porro hæc omnia in nobis hypothesi pliant sunt, et ultro sequuntur. Moxiam hunc canceron esse universalem ex Avicennâ supra animadvertimus; quare sicut in cancro totius morbi origo ex corruptione glandula, eujus turbati economiam contingit, reperitur; corrupta enim in glandula dicitur, resant humores, et fermentari inter se, accrescere, simulque conrumpi coguntur, ex quo in venena mordax transmittit, viros in partes ulcero proximas inferunt. Cum brevi vim suam exerens, totam sanguinis massam corrumpit; ut ab eo pernicioso morbo convalescendi vix aliterum suppetat remedium, quam, ut resectis morbo affectis partibus noxia sanguinis et humorum quantitas corrigitur.

In leprâ tamen alicubi vis morbi major, ita latere coc-

rumpit; omnes enim corporis partes leprâ affectas, vermiculis sciant, eandemque referent aeris humoris impugnantem, quam supra in cancro animadvertimus. Semel autem turbata economiâ glandularum, que per totam corporis faciem infra cuticulam disseminat; sicut et arteris, nervis, venis, vasis lymphaticis, ex quibus constituta glandula, corruptis, sive loco subnotis, facili humores accrescere, atque fermentari contingit. Cum autem humores illi ita affecti ad cor et ad sanguinis massam per circulationem delati fuerint, nihil imperurbatum relinquunt; nec modicum ad eam confusionem angendam conferre potest chyms malè excoctus, et digestus defecto calore, qui patetibus totius corporis poris, unde vitalis humor effluit, vel totus evaporat, vel aliorum carens extinguitur. Ad hæc sanguinis, inter fluendum, contractæ viscositates, et falsi illi humores, qui per suborem distillant, simulque fulgites, cum per apertos à natura meatos emitti non possint, sanguinem ipsam acrem, crassierem, sequiorumque efficiunt. Accidere etiam potest, ut sanguinis calor, contrariis planè causis, veluti insueti et violenti fermentatione suo transpiratione plus nimio actus, in toto corpore vehementem illam humorum conturbationem, qualem lepræ adscripsimus, inducat. Ex his omnibus facili intelligimus, primam lepræ originem ad vitium totius corporis et sanguinis habitudinem illi referri potuisse, ut propior et immediata causa ex vermiculis epidermici, pellem, glandulas et carnem deperascentibus deducatur. His enim accepta referuntur totius sanguinis corruptio, calor vitiosus, omnia tandem lepræ symptomata, ac tanta morbi perniciosa, que vix ac ne vix quidem morbo jam veterascente medicaminum vi retinuitur.

Morbus iste in nostris regionibus sicut et in septentrionalibus rarior, sub climatibus fervidioribus; et in Oriente frequentior est, ubi insecta illa sive copia seu vividior ad nocendum virum magis possunt. Mala vestium, cubilium, domorum habitudo plurimum oleudo morbo confer, sicut et leprosum multitudine morbi contagione lepram propagat. Hinc cautiones illæ à Moyse præscriptæ, ut à communi convivet leprosi arcerentur, ut sordis omnes ipsi balnearum detegerentur; sordibus enim, ut jam iuniamus, morbus gaudet. Vestium lepram, de qua Moyses, nullò difficilis assequeremur, variantibus maxime eâ de re veterum sententias. Rabbini nonnulli (Mosi Bar-Nachum) placuit, divino tantum prodigio lepram vestium, et in Chanaan idem tantummodo immisissam, quo ulionis genere deperascentes à fide Judai purgantur. Malucrum alii per transpirationem, veluti canal quodam, corporum lepram ad vestes transmitti (Abraham) que causa est, inquit, cur rubentes viridesque manent in leprosum vestibus non raro apparent. Nec sanè vitium illud vestium lepræ appellaretur, nisi analogia quadam ad lepram corporum referretur, veluti quia vestium colorem immutat, contagione inter vestes morbus communicatur, penos abradat, ac tandem sensim angustat; hæc enim nobis ejus rei analogia Moyses ingessit (Levit. 13, 40, etc.). Si quis, inquit

ille, in panno, sive in tela, sive in pelle quacunque macula aliquis subviridis vel subrubras animadvertit, statim inspicionem aliquam de leprâ concipiat. Quare datus ad sacerdotem pannus, ejus jusum septem diebus clausum asseretur; quo temporis spatio si macula crevisse deprehendatur, statim igni res illa velati lepra infecta addicitur.

Si verò, inquit Moyses, idem in maculis status manserit, lotus pannus ad alios septem dies custoditur; si post id temporis macule non aucta quidem, permansisse tamen deprehendantur, igni subliminis res illa tanquam impura tradenda, certum enim lepræ iudicium est, vel saltem mœnia ipsi statim infundens, quam scilicet igne expiari oportet. Si verò macula illa, vel locus qui lepræ inspicionem induxit, eandem exhibet colorem, eandemque servet habitudinem quam pannus ille igne crematus habere (Levit. 13, 26. *Unkel chehab*), nempe locus esset reliquâ superficie depressior; statim frustulum à reliquo panno avellatur. Tandem si post hæc omnia, iudicia lepræ in vestes gliscentis deprehendantur, ubi scilicet nulla antea observata fuerant, tunc vestis igne damnetur; immo nisi verò pronuncietur, si nulla extat ejus rei indicia; tunc eam semel prius, iterumque lota pura esto. Hæc de leprâ vestium Moyses; in nostrâ eâ de re conjecturæ. Hanc igitur lepram ex eadem vermium panno vitium causâ derivandam censeo. Tinea quibus pannus dilutus inclit corruptumque, vermes esse, res est apud omnes exploratissima. Scitum est etiam male paratas pelles hinc incommodè præ cæteris exponi, quemadmodum et tinea frequenter scitent aucta Arverne pinguioribus lanis contexta. Hinc male repositis inter pannu plicis radellis occurrit; vermes illi proiam ceram nacti, relicta panno, caudulam abrodunt. In regionibus soli expositis, et eâ potissimum ætate cum parandi pelles et lanæ ars minus erat explorata majus certe incommodum pannis omnibus, et vestibus ex tinea timebatur. Cum autem nec vestes per eam ætatem frequenter immutari consueviscent, nec id facile potuissent Israëliti in deserto iter agentes, sicut et per eam occasionem nullus esset balnearum usus; hinc facile eorum vestes contrahere soles, adeoque et vermes potuerunt. Carbasinis quidem telis præ aliis omnibus tinea parcere consueverunt; pannis verò cæteris ac telæ ex retorto pluribus filamentis stamine contextis, plus ab his vermibus, nec minus sanè quam cæteris aliis pannis, timendum fuerat. Facile etiam frequentes erant apud Iudeos vestes illæ, quarum deinde usum Moyses inibuit; ex lino nempe et lana contextæ, quod certè panni genus contrahendis tinea aptissimum est.

Èâ hypothèsi semel constitutâ, ut in leprâ vestium à Moysè significatâ vermes, vestes illas et pannos abrodentes, lanam est concipiamus. Coloris in panno mutatio, macularum vitium auctum, depressior superficies, veluti si igne afflata fuisset; hæc, inquam, omnia commodè explicantur, si vermes inducamus vestimenta infestantes; dùm potissimum morbidiorem aliquam panni partem nacti fuerint. Facile insecta illa

ex uno in alterum locum transmigrant, et dùm sedem immanant, priorem regionem adeò vastatam reliquunt, quasi si flammâ afflatus esset locus. Cressina enim et solida filamenta, ipsaque panni textura manet: cum interim tenuior superficies, ac læva vellus depasti sint. Jubet igitur Moyses, vestes illas, ut primum certam lepræ indicium exhiberint, igne absumi; neque enim fieri potuisse creditur, ut à vermibus, quibus scitent, repurgarentur; sicut eam adhibendam cautionem censuit, ne lues in reliquis vestes propagaretur.

Quin et id consilium habuisse Moyses potuit, ne scilicet lues ex vestibus in homines transiret; quamquam enim in nostro climate et vestidii consuetudine vix contingat vestium usum ad homines transire, non est tamen cur paria de eorum climate arbitrentur. In ferventibus enim regionibus insecta abundant magis quam in septentrionalibus; neque Moysès ætate humanis commodis adeò ars et inventa hominum servierant, quemadmodum nostrâ, qui et cætera omnia et artes ipse mechanicè in paradisi telis, pannis et pellibus ad altissimam perfectionem devenerunt.

Quicunque Sinæ regiones excurrerunt, quantum Sinenses illi adhibent diligentiam curantibus vestibus et pellibus, ne quid vermium per ætatis fervorem contrahant nobis reperirent. Porro pelles et pellicæ vestes frequentes apud Hebræos obtinuisse sacrâ Scripturâ libè referent discimus. Earum usus in veterumque libernaculi, in tentoriis militum, in vulgaribus Prophetarum vestibus occurrit. Moyses eâ de re sermonem habet Levit. cap. 11, 52; et 15, 48, 59; et 15, 47, veluti de re in vestibus et culcitrâ usitatissimâ. Quid veteres heros? Nonne exuviis usorum, tigrillum, leonum alarumque belluarum induti pinguntur? veluti, ait Festus, si eo indicio priorum hominum vestes nobis designarentur. Arabes, Turcæ, Sæthæ, Pannonæ, Moschi nostrâ etiam ætate pelle in vestibus, culcitrâ, tentoriis, mensis adhibent. Pelles sanè omnes, et vellera, nisi sedulâ arte parentur, vermes facili, eamque, quam Moyses vocat lepram vestium, contrahunt. Porro de vermibus, vestimenta corruptentibus frequenter est in sacrâ Scripturâ sermo, veluti si res esset eâ ætate exploratissima. Job, e.g., ait (Job 15, 18): *Quasi putredo consumendas sum, et quasi vestimentum quod condidit à tinea*. Salomon in Prov. 23, 20: *Sicut tinea vestimento, et vermis ligni; ita trahit viri nocet cordi*. Isai. 51, 8: *Sicut vestimentum, sic comedit eos vermis; et sicut lanam, sic devorabit eorum tinea* (Vide etiam Osee 5, 12; Isai. 50, 9. Ps. 58, 12; Eccli. 42, 15).

Adhuc lepra de qua Levit. 14, etc., Israëliti, cum potissimum in Ægypto versarentur, notissima creditur; nec sanè in Chanaanitide, quò ipsi transmigrabant, lues erat extranea; quod enim in deserto est de Moysè sancivit, id sanè ad futura gens sedes referendum fuerat, cum nullas tunc essent populo ædes, quibus à leprâ caveret. Ita verò Moysès de leprâ domorum. Cùm in parietibus domus inæqualis superficies non sive subviridis, vel subrubro colore infecta

apparuerit; statim eâ de re monitus sacerdos, aspartari omnia è domo, atque vacuum septem diebus clausum vastidiri præcipit. Eo temporis spatio evoluta, si indicia morbi crevisse, atque lues intimius penetrâsse deprehendatur, avulsè è pariete lapides in locum extra urbem immundum projiciantur, tum et parietes abradit, et erasum pulverem extra urbem spargi præcipit. Denum novâ calce oblita interiora domus, atque puris lapidibus in locum impiorum substitutis, oblato prius pro ejus expiatione duorum passerum sacrificio, salva erunt omnia. Si quid tamen deinde veteris lepræ occurrerit, tunc inveterati et pervicacis morbi indicium esto; quare eversæ statim domus rudera omnia extra urbem in locum impurum projiciantur. Hæc Moyses; hæc verò eâ de re nostre conjectura.

Opè microscopi (Vide *Journal des Savants*, an 1668) vermuli quidam lapides abrodentes detecti sunt, quos coloro nigritantes, diutius lineis circiter oblongos, tribus lineæ quadrantibus lato, testâ subviridis munitis, describit. Addunt etiam tribus illos pedibus capiti proximioribus ex utroque latere instructos esse, pediculi instar, sicut et caput habere pro reliquo corpore crassius; gulam ferunt quatuor mandibulis in crucis modum conformatis paratam; has autem mandibulas semper habent expeditas, atque instar circini quadrupartiti lateris removet; oculos tandem gerunt rotundos nigricantes. Mortaria pariter vermuculum, lineis casèi nullo minorum, exereus roditi: subnigri illis, et quatuor longioribus pedibus ex utroque latere instructi. Neque est cur eâ de re vehementer miremur, cum nihil frequentius occurat, quam corallii ramusculi, atque conchæ pulcherrimæ vermium pervis, quin et vitri vermuculati frustulum me-

VERS. 17. — QUOS TRACTAVIT MOYSES ET AARON CUM OMNI VULGI MULTITUDINE. *Tractavit*, id est, conscripserunt et convocaverunt tanquam populi primates et principes. Hebr. Chald. et Septuag. *et vulgi multitudine* ad se, versum referunt, sed eodem ferè sensu. Sic enim habent: *Et accepit Moyses et Aaron viros illos, quas recitavit, vel declaravit per nomina, punctum. Et omnia congregationem congregaverunt primo die mensis*, etc.

VERS. 20. — PER GENERATIONES, ET FAMILIAS, AC DOMOS SUAS. *Generatio*, sive cognatio hic communis est ad familiam et domum: vox ergo et, hic significat id est, q. d.: *Per generationes*, id est, per familias et domos; familia enim amplam generationem, sive cognationem significat, et plures sub se domos complectitur: domus vero est particularis quælibet familia, sive cognatio. Hæc ergo ordine factus est hic populi census, ut primo Moyses et Aaron intrant numerum familiarum cujusque tribus: deinde numerant omnes domos sive particulares familias cujusque communis familie, sive cognationis; tertio numerant capita cujusque domus.

VERS. 47. — LEVITAE AUTEM IN TRIBU FAMILIARUM SUARUM NON SUNT NUMERATI CUM IIS. Non quod Levitæ ad bellum procedere, et pugnare vestium esset: contrarium enim patet in Machabeis, qui cum Levitæ essent, fuerunt tamen pugnacissimi, et in Levitæ qui cum Moysi occiderunt adoratores vitularum Exodi 32, 28. Nec enim Levitæ veteris legis talia sacra tractabant, quæ tractant sacerdotes legis novæ, qui proinde bello et sanguine effusione abstinere debent: sed quod in castrorum metatione Levitæ non collocarentur cum aliis tribubus: sed quod circa ipsius tabernaculum ejus ministerii deputati versarentur, ut patet v. 40, ideoque à 12 tribubus secreti essent, tanquam pars et tribus Domini, ejus servitio dicata.

VERS. 50. — ET QUOTIDIE AD CÆRIMONIAS PERTINENT, ID EST, OMNIA VASA, OMNISQUE SUPPELLEX PERTINENS AD CULTUM, SITUS ET MINISTERIA TABERNACULI: unde hebraice est, *et quidquid ad illud, scilicet tabernaculum, pertinet*.

AC PER GRUUM TABERNACULI METABUNTUR. Per tabernaculum hic simul ejus atrium intelligo, q. d.: *Lé-*

vite circa atrium quasi custodes et ministri ejus, castra sua metabuntur, ne illi, utpote laici, ad atrium et tabernaculum propis castra metentur, idque ad atrii et tabernaculi, Deique ipsius cultum et reverentiam. Erant ergo Moyses et Aaron ad ostium tabernaculi, puta ad orientem; Gersonite verò ad occidentem tabernaculi: Merarite ad aquilonem; Caathite ad meridiem, ut dicitur e. 5; hisce deinde undequaque se circumferebant 12 tribus.

VERS. 51. — CUM CASTRAMETANDUM, CUM CASTRA LOCANDA ET FIGENDA ERUNT; oppositur enim metatio castrorum profectio eorumdem.

QUISQUIS EXTERIORUM ACCESSERIT, OCCIDETUR, q. d.: Si aliquis qui non est de tribu Levi accesserit, ut figat castra cum Levitæ, juxta atrium, aut tabernaculum deponere et erigere, vel portare presumpserit, occidetur, vel à iudice, vel à Deo peculiari vindicta. Stultit hoc Deus, ut dixi, ob reverentiam loci sacri, puta tabernaculi, quod erat quasi templum mobile Hebræorum per desertum; unde subdit: *Ne faci indignatio super multitudinem filiorum Israel; si videlicet ipsi contra mandatum hocce meum ad atrium tabernaculi accederent, et castra metari presumpserunt.*

VERS. 52. — PER TURMAS ET CURSUS. Hebr., *per vexilla sua*, de quibus cap. sequenti.

VERS. 55. — ET EXCURABUNT IN CUSTODIS TABERNACULI TESTIMONI, q. d.: Levitæ vigilantiter custodiant tabernaculum, ejusque vasa, maxime ne quis exterorum accedat, aut illud polluat. Dicitur *tabernaculum testimonii*, id est, legis, quia continebat tabulas lapideas divite legis, sive Decalogi, ut dixi Exodi 25, 16.

Allegor. Israelite et duodecim eorum tribus significant fideles omnium gentium, qui numerati sunt et inscripti catalogo Ecclesie, ac libro vite, saltem inchoatè. Hinc alludit Christus Matth. 19, 28, ubi ait Apostolos judicatos 12 tribus Israel, id est, omnes fideles omnium gentium; et S. Paulus Rom. 9, 8, ubi docet fideles quosvis esse Israelitas, et filios Abraham, non secundum carnem, sed secundum spiritum. Et S. Joan. Apoc. 21, 10 et 12 ubi vidit Jerusalem novam descendentem de celo, habentem portas 12, et eis inscripta nomina 12 tribuum Israel, nam 12 tribus significant universitatem sanctorum: duodecim enim est numerus perfectus, ideoque est symbolum universalitatis; de hoc plura dicam e. 2, v. 2, q. 5.

Tropol. Rupert. Hæc, ait, nomina omnium nostrorum professionem significant, qui in presenti vite cursum, atque non in vultu et mari, sed in eo quod per hæc significatum est, baptizati sumus; ac spirituales escam manducamus, et spirituales potum bibimus de petra, quæ jam non in figurâ, sed in veritate est Christus. Ruben ergo est, qui multos Deo parit filios; Ruben enim hebr. idem est quod videns filios.

Eliazr, idem est quod pater meus fortis. Sadeur idem est quod uberum lux. Simeon est audiens tristitiam, vel obediens. Salamiel idem est quod retribuens tibi Deus, vel pax mea Deus. Surisaddai est continens ubera mea, vel fortis meus Dominus. Judas est confessio. Nahasion est serpentinus (prodens ut serpens)

vel argurium. *Aminadab* est populi mei spontaneus. *Isachar* est merces, *Nathanael* est donum Dei. *Suar* est pusillus. *Zabulon* est habitaculum fortitudinis, vel doloris. *Eliab* est Deus meus pater. *Helon* est exercitûs fortitudo. *Joseph* est augmentum. *Ephraim* est frugifer, vel crescens. *Eliasa* idem est quod Deus meus audivit. *Aminud* est populus meus inclutus. *Mannase* est oblitio. *Ganuel* est retributio Dei. *Phadassar* est redemptio fortis. *Benjamin* est filius dextri. *Abidan* est pater meus judex. *Geddon* est successio iniquitatis; perperam enim Rupert. ex S. Hieron. in Nomin. Hebr. (qui liber non videtur esse S. Hier. aut certe hæc, et similia parum congrua, et à sciolo aliquo inserta sunt) *Geddon* putat idem esse quod tentatio iniquitatis. *Dan*

CAPUT II.

1. LOCUTUSQUE EST DOMINUS AD MOYSEN ET AARON, DICENS:

2. Singuli per turmas signa, atque vexilla, et domos cognationum suarum, castrametabuntur filii Israel, per gryum tabernaculi foderis.

3. Ad orientem Judas figet tentoria per turmas exercitûs sui: critique princeps filiorum ejus Nahasion filius Aminadab.

4. Et omnis de stirpe ejus summa pugnantium, septuaginta quatuor millia sexcenti.

5. Juxta eum castrametati sunt de tribu Isachar, quorum princeps fuit Nathanael, filius Suar.

6. Et omnis numerus pugnatorum ejus, quinquaginta quatuor millia quadringenti.

7. In tribu Zabulon princeps fuit Eliab, filius Helon.

8. Omnis de stirpe ejus exercitûs pugnatorum, quinquaginta septem millia quadringenti.

9. Universi qui in castris Judee annumerati sunt, fuerunt centum octoginta sex millia quadringenti: et per turmas suas primi egredientur.

10. In castris filiorum Ruben, ad meridionam plagam, erit princeps Eliazr, filius Sadeur:

11. Et cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, quadraginta sex millia quingenti.

12. Juxta eum castrametati sunt de tribu Simeon, quorum princeps fuit Salamiel, filius Surisaddai:

13. Et cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, quinquaginta novem millia trecenti.

14. In tribu Gad princeps fuit Eliassaph, filius Duul:

15. Et cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, quadraginta quinque millia sexcenti quinquaginta.

16. Omnes qui recensiti sunt in castris Ruben, centum quinquaginta millia et mille quadringenti quinquaginta per turmas suas: in secundo loco proficiscentur.

17. Levitatur autem tabernaculum testimonii per officia Levitarum et turmas eorum; quomodo erigetur, ita et deponetur. Singuli per loca et ordines suos proficiscentur.

18. Ad occidentalem plagam erunt castra filiorum Ephraim, quorum princeps fuit Elisama, filius Aminud:

est judicium. *Abieser* est frater meus adjutor. *Aminadab* est populus meus sufficiens. *Asar* est beatus. *Phergil* idem est quod, occurre mihi, Deus. *Ochran* idem est quod, turbavit eos, puta infernales potestates. *Gad* est accinctus. *Eliassaph* idem est quod, Deus meus congregavit. *Duel* idem est quod, cognoscite Deum. *Nephthali* est distortus, vel luctans. Rupert. ex S. Hier. *Nephthali*, ait, idem est quod *puta si*, id est, dilavit me; verum hæc non est origo nominis *Nephthali*, sed prior jam dicta, ut patet Gen. 50, 8. *Ahira* est frater meus amicus. *Hannu* est nubes. Tales debent esse veri Israelite, filii Abraham; puta fideles; maxime principes et prelati Ecclesie, quibus hæc omnia significationem adaptat Rabanus.

CHAPITRE II.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse et à Aaron, et leur dit:

2. Les enfans d'Israël camperont autour du tabernacle de l'alliance par diverses bandes, chacun sous ses drapeaux et sous ses enseignes, et selon leurs familles et leurs maisons, dans l'ordre qui suit:

3. La tribu de Juda dressera ses tentes vers l'orient; elle sera distribuée et divisée par bandes; et Nahasion, fils d'Aminadab, sera le prince de cette tribu.

4. Le nombre des combattans de Juda est de soixante-quatorze mille six cents.

5. Ceux de la tribu d'Issachar camperont auprès de Juda. Leur prince est Nathanael, fils de Suar.

6. Et le nombre de tous ses combattans est de cinquante-quatre mille quatre cents.

7. Eliab, fils d'Hélon, est le prince de la tribu de Zabulon.

8. Et tout le corps des combattans de sa tribu est de cinquante-sept mille quatre cents.

9. Tous ceux que l'on a comptés comme devant être du camp de Juda sont au nombre de cent quatre-vingt-six mille quatre cents; et ils marcheront les premiers, chacun dans sa bande.

10. Du côté du midi, Elisur, fils de Sédour, sera le prince dans le camp des enfans de Ruben:

11. Et tout le corps de ses combattans dont on a fait le dénombrement, est de quarante-six mille cinq cents.

12. Ceux de la tribu de Siméon camperont auprès de Ruben; le prince est Salamiel, fils de Surisaddai:

13. Tout le corps de ses combattans dont on a fait le dénombrement, est de cinquante-neuf mille trois cents.

14. Eliassaph, fils de Duul, est le prince de la tribu de Gad:

15. Et tout le corps de ses combattans, dont on a fait le dénombrement, est de quarante-cinq mille six cent cinquante.

16. Tous ceux dont on a fait le dénombrement pour être du camp de Ruben sont au nombre de cent cinquante et mille quatre cent cinquante, distingués tous par leurs bandes: ceux-ci marcheront au second rang.

17. Dans tous les mouvemens de l'armée d'Israël, le tabernacle du témoignage sera porté par le ministère des Lévités, qui marcheront après ces deux bataillons composés des six premières tribus, étant distingués selon leurs bandes. Et à l'égard du tabernacle, on le déterra et on le dressera toujours dans le même ordre; et les Lévités marcheront chacun en sa place et en son rang, selon l'ordre qui les gardent dans leur camp.

18. Après eux marcheront les enfans d'Ephraïm qui camperont du côté de l'occident, et Elisama, fils d'Aminud, en est le prince.

- 19. Cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, quadraginta milia quingenti.
- 20. Et cum eis tribus filiorum Manasse, quorum princeps fuit Gamaliel, filius Phadassur :
- 21. Cunctisque exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, triginta duo milia ducenti.
- 22. In tribu filiorum Benjamin princeps fuit Abidan, filius Gedemini :
- 23. Et cunctus exercitus pugnatorum ejus qui recensiti sunt, triginta quingenti milia quadringenti.
- 24. Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim, centum octo milia centum, per turmas suas : tertii profecti sunt.
- 25. Ad aquilonis partem, castrametati sunt filii Dan : quorum princeps fuit Abiezer, filius Amisaddai :
- 26. Cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, sexaginta duo milia septingenti.
- 27. Justa eum fixere tentoria de tribu Aser, quorum princeps fuit Phagiel, filius Ocloran :
- 28. Cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, quadraginta milia et mille quingenti.
- 29. De tribu filiorum Nephthali, princeps fuit Ahira, filius Enan :
- 30. Cunctus exercitus pugnatorum ejus, quinquaginta tria milia quadringenti.
- 31. Omnes qui numerati sunt in castris Dan, septuaginta octo milia quingenta septem milia sexcenti : et novissimus profectus est.
- 32. Hic numerus filiorum Israel, per domos cognationum suarum et turmas divise exercitus, sexcenta tria milia quingenti quinquaginta.
- 33. Levite autem non sunt numerati inter filios Israel : sic enim præcepit Dominus Moysi.
- 34. Feceruntque filii Israel juxta omnia quæ mandaverat Dominus. Castrametati sunt per turmas suas, et profecti per familias ac domos patrum suorum.

COMMENTARIUM.

YERS. 2. — SINGULI PER TURMAS, SIGNA ATQUE VEXILLA, ET DOMOS COGNATIONUM SUBEUNT CASTRAMETATIONEM. Heb., *singuli juxta vexillum suum, in signis domus patrum suorum, castrametabuntur.* Unde videtur quod, præter vexillum unum commune toti acri, fuerint alia quoque vexilla specialia domorum, id est, familiarum, vel potius tribuum singularum; quales erant ergo tribus, præter unum commune et archiducum, videtur insuper aliud proprium habuisse vexillum.

Quæres primo quomodo hæc dispositio castrorum et trium 12 circa tabernaculum sit facta? Pro responsione nota, tabernaculum et atrium ambobus tabernaculum, quadratum, vel potius quadrangulum fuisse. Nam atrium in longitudine habebat cubitos centum, in latitudine 50: latus ergo meridionale et septentrionale, quæ erant latera longitudinis, habebant singula 100 cubitos. Unde sequitur, castra Hebraeorum circa atrium disposita fuisse in quadrum, fuisseque quadrata, quæ castrorum figura est optima.

- 19. Tout le corps des combattants, dont on a fait le dénombrement, est de quarante mille cinq cents.
- 20. La tribu des enfants de Manasse sera après d'eux; Gamaliel, fils de Phadassur, en est le prince.
- 21. Et tout le corps de ses combattants, dont on a fait le dénombrement, est de trente-deux mille deux cents.
- 22. Abidan, fils de Gedéon, est le prince de la tribu des enfants de Benjamin.
- 23. Et tout le corps de ses combattants, dont on a fait le dénombrement, est de trente-cinq mille quatre cents.
- 24. Tous ceux dont on a fait le dénombrement pour être du camp d'Ephraïm sont au nombre de cent huit mille cent hommes, distingués tous par leurs bandes : ceux-ci marcheront au troisième rang.
- 25. Les enfants de Dan camperont du côté de Paquilon; et Abiezer, fils d'Amisaddai en est le prince.
- 26. Tout le corps de ses combattants, dont on a fait le dénombrement, est de soixante-deux mille sept cents.
- 27. Ceux de la tribu d'Aser dresseront leurs tentes près de Dan; et leur prince est Phagiel, fils d'Ocloran.
- 28. Tout le corps de ses combattants, dont on a fait le dénombrement, est de quarante-et-un mille cinq cents.
- 29. Ahira, fils d'Enan, est le prince de la tribu des enfants de Nephthali.
- 30. Tout le corps de ses combattants est de cinquante-trois mille quatre cents.
- 31. Le dénombrement de ceux qui seront dans le camp de Dan, est de cent cinquante-six mille six cents; et ils marcheront au dernier rang.
- 32. Toute l'armée des enfants d'Israël, partagée en diverses bandes, selon leurs maisons et leurs familles, était donc de six cent trois mille cinq cent cinquante hommes; et sans compter les femmes, ni les enfants indistincts de vingt ans, ni les vieillards malades de soixante, ni une multitude infinie d'étrangers qui s'étaient joints à eux.
- 33. Mais les Levites n'ont point été comptés dans ce dénombrement des enfants d'Israël; car le Seigneur leur avait commandé. Quand il fallut camper, ils se campèrent par diverses bandes; et quand il fallut marcher, ils marchèrent suivant l'ordre des familles et des maisons de leurs pères qui leur avait été marqué.
- 34. Et les enfants d'Israël exécutèrent tout ce que le Seigneur leur avait commandé.

inquit Vegetius tractans de re militari. Tradunt Hebræi, Israelitas ita castrametatos fuisse circa tabernaculum, ut unum milliare interfoeret, hoc est spatium mille passuum, idque tum reverentur, tum spæti et commoditatis causâ; et hoc fuisse iter sabbati, quo in sabbato non licebat alterius progredi. Quod si verum est, magna fuit et multorum milliarum latus castrorum Israelis expansio in deserto. Sic jussit Deus, ut area præcederet castra in transitu orbis ad spatium eorum bis mille, Josue 3, 4. Intellige hæc de castra hæcerum, nam castra Isporum entodiditum tabernaculum erant juxta ipsum circumcirca, nisi et habitatio Moisi et Aaron; nunc dico, circa atrium erat primum quadratum, seu castra quadrata Levitarum; niturum Moysi et Aaron erant ad orientem et ad ingressum atrii; Gersonite erant ad occidentem; Merarite ad æquilonem. Canthite ad meridies: post hos erat secundum quadratum, seu castra quadrata aliorum Israelitarum, puta 12 tribuum, quæ distributa

erant circa atrium et castra Levitarum, ita ut ad quodque latus quadratæ, sive ad quælibet unam plagam dispositæ essent tres tribus, ac consequenter 12 tribus ita collocatæ faciebant 4 terminos sive acies, atque in quolibet termino sive acie, prima erat tribus aliqua insignitor, quæ cæteris præibat, erantque quatuor archiducibus, ut scilicet hæc ratione 4 tribus insigniores, quasi archiducibus, munirent 4 cornua: et latera exercitus, à quibus cætera tribus, et castra omnia denominabantur, ut vexillum Ruben, verbi gratiâ, indicabat et denominabat omnia castra ad meridium sita. Ruben enim senior erat Siméone et Gad associis suis ad meridium, et ita de cæteris. Itaque ad orientem expansum erat vexillum primæ aciei, puta archiducibus Judæ, sub quo ordine suo ad idem latus consequentur, primò Issachar, deinde Zabulon. Ad austrum erat vexillum Ruben, sub quo ponè erat Siméon, deinde Gad. Ad occidentem erat vexillum Ephraim, sub quo ponè erat Manasse, deinde Benjamin. Ad septentrionem denique erat vexillum Dan, sub quo ponè erat Aser, deinde Nephthali. Egyptios autem et gentiles alios, qui Hebræos ex Aegypto secuti fuerant, vertebantur est his fuisse immixtos, unde simul cum eis murruratio et murmur concitare solebant.

Nota. Inter omnes archiducibus et prima tribus ad orientem sita erat Judæ. Prima, quia hæc tribus erat numerosior et fortior, idcirco regnum illi à Jacobo consignatum est, Gen. 49, 10, ut scilicet tribus hæc regia et fortissima suum regem facillime totum posset. Secundò, quia ex hæc tribu nasciturus erat Christus. Ita Theodor. hic q. 5. Tribus vero Dan fuit ad aquilonem, quia ab aquilone pavidior omne malum: ex Dan autem nascetur pessimus Antichristus. Ita Rupert. et Radulphus in 24 Leviticis.

Nota secundò. Hic quadratus tribuum situs et ordo tantum erat tunc, cum castra ligebant: nam cum es movebant, alius erat ordo, non enim æquino quadrato, sed longo et extenso singula tribus alia post alias seorsim incedebant, ut patet v. 9.

Tropol. quomodo quisque secundum signa sua, id est, ordinem et gradum vocationis, gratiæ et status sibi quæsi vivere, in eoque quiete esse continere debet, docet Origenes hic hom. 2.

Quæres secundo quæ ex quibus insignis habuerint hæc quatuor archiducum tribuum vexilla? Tradunt Hebræi et Rabbinj scribentes in hoc caput, vexilla hæc habuisse effigies quatuor animalium, scilicet leonis, hominis, bovis et aquilæ. Hebræos sequitur Anthonius Mastus in c. 6 Josue, v. 9, ubi sic ait: Tradunt Hebræi primam vexillum primitivæ tribus Judæ: cum suis habuisse effigiem leonis pro insigni; secundum vexillum Rubenitarum habuisse hominis effigiem cum mandragoris, quæ ad matrem uteritur Ruben, Gen. 30, 14; tertium vexillum Ephraim habuisse imaginem bovis; quartum Danitarum habuisse effigiem aquilæ. Quæ sunt apud typò significabant prophetiarum nostrarum, scilicet Christi, utiqueque ejus, scilicet Ecclesiam, quæ inter hæc quatuor vexilla sita erat per quatuor Evangelistarum signa ad omnes mundi plures diffundenda esse. Item

docent Villalpando de Templo l. 2, p. 2, l. 5, disp. 3, c. 29, et Hier. Prado in c. 1 Ezech. pag. 44, qui ex Hebræis ita hæc describit: *Singuli duces tribuum propriæ gestabant insignia, parentum scilicet stemmata in vexillis depicta.* Ad orientem ergo, supra positionem Naasson primogeniti Judæ collocabatur vexillum viridis coloris, quem sibi colorem assumpsit, quoniam in viridi tapillo, utarogod scilicet parentis Judæ nomen erat exaratum in rationali pontificis, hoc est in bullâ ejus pectorali, in qua vicebatur jus dignitatis et nobilitatis Israelitarum, quia singularum 12 tribuum; in quo vexillo depictus erat leo, stemma et hieroglyphicum parentis Judæ: nam hunc leonem comparaverat Jacob dicens: *Viridibus leonibus Judæ.* Ad occidentem, supra tentorium Elishir filii Ruben eminebat vexillum rubrum, referens colorem sardi, in quo erat nomen patris, puta Ruben scriptum in rationali: symbolum autem in hoc vexillo depictum vicebatur hemannem caput, quod Ruben caput primogenitus es familie caput. Ad occidentem, surgebat in altum supra tentorium Elishir filii Ephraim vexillum aurum in quo exaratum vicebatur caput vituli (quod quod avus ejus Joseph per visionem viditorum, sive bonum prædixisset et providisset fami Aegypti: unde et Aegyptii omni specie bovis colebantur, veterantique Agypti vel Serapii, ut dicit Gen. 41, in flavo: unde et Moses postea Gen. 33, 17, benedicens tribum Joseph, puta Ephraim, ait: *Primo genitum tauri pulcherrimum ejus.* Austrum vero spectabat vexillum Ephraim, eminebatat fagorem chrysolithi, in quo scriptum erat nomen Ephraim in rationali. Ad aquilonem plagam, fluctabat supra tentorium Abiezer filii Dan variegatum signum ex albo et rubro colore ad instar hospitis (ita Prado, sed verius est, Dan in rationali fuisse inscriptum carbonem, ut dicit Exodi 28, 18; addo, jaspides ferè esse virides, non albos et rubros), in quo celatum erat nomen Dan in rationali: hujus stemma fuit omnia serpentes insimul, ab archiduce vice serpentis electa: quoniam avus Jacob parentem Dan contulerat colubro, dicens: *Filius Dan coluber in via, cerastes in semita, cujus loco Abiezer possit aquilam, qui unguibus arreptum gestaret colubrum, et stracuncuncquod Lacedæmoniorum quoque fuit stemma, quæ etiam ipse obdignatur litteras ad Judæos conscripsit: cap. 5. Sic apud Plutarchum legitimus, aquilam C. Mario rotundum cum summi gloria et triumpho potuisse, cum anguem unguibus arreptum dilacerasset, et in aquas abjecisset, atque inde occasum versus avallasset.*

Sic aquila decum firmavit Jupiter omnes, Partibus intonuit cæli pater ipse aëtheris.

Gestabant ergo hæc tribus gentilitia familiarum et parentum suorum stemmata pro insigni et vexillo: unde in Hebræo hæc vexilla vocantur signa patrum suorum. Porro hæc insignia quatuor animalium, cuius Prædo significari à Psal. Psal. 67, cum loquens de castris Hebræorum ait: *Animalia sua habitabant (id est, habitabant) in eis, q. d. In loca hæreditate, in tuis castris, in tuo populo, Douine, visitantur enim in deserto*

vexilla insignita figuris quatuor animalium, puta hominis, leonis, aquilæ et vituli. Adducit Prado, pland videtur has quatuor animalium figuras desumptas esse ex Cherubinis arca: Deus enim sua attributa, majestatem, gloriam et triumphos per hæc quatuor animalia quasi significata sua significare voluit, idcirco suos Cherubinos ita fieri et fingi jussit, ut horum quatuor animalium speciem referrent, ut dicit Exodi 25, 18: hinc et eadem ad castra et populum suum, eorumque vexilla tradidit. Erant enim hæc Dei castra, quorum dux et princeps erat Deus ipse. Merito ergo castrorum horum pæhritudinem adstrans Balaam, cecinit Num. 24, 5: *Quantum pulchra tabernacula tua, Jacob, et tentoria tua, Israel! ut nulla memorata, ut loci iuxta fluvios irrigui, ut tabernacula que fecit Dominus, etc.*

Quæres tertio, quid mystice hæc castra et vexilla significant? Respondet primò ex Philone Vitalandensi, symbolice in hisce castris Dei totum mundum representari, atque 12 tribuum insignis significare 12 signa Zodiaci. Judas enim leonis habet speciem, Ruben aquarum, Ephraim tauri, Dan serpentis ab aquila apprehensi. Vide cætera in idea et imagine ab eo expressa l. 470, ubi et per quatuor plagas et per quatuor acies, tum Levitarum, quam castrorum, quatuor elementa significari docet, septem per Moysen et Aaron, qui arant ad orientem, ignem; per Gersonites, qui erant ad occidentem, terram; per Caathitas, qui erant ad meridiam, aerem; per Meraritas, qui erant ad septentrionem, aquam.

Allegorice, castra hæc significant Ecclesiam Christi, de qua dicitur Cant. 8, 5: *Pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum caeca ordinata*; hinc et Deus dicitur *substitui*, id est, acierum et exercituum; hæc etiam de causâ castra hæc erant circa tabernaculum, id est, templum Dei, illius commensa erant, adeoque ipsa speciem templi sive Ecclesie exhibebant, sicut vicissim ipsum templum speciem castrorum referebat. Unde 2 Paral. 31, 2 dicitur Ezechias constituisse Levitas, qui *erant in partibus castrorum Domini*, id est, templi. Moses ergo est Christus, qui in medio duodecim Patriarum et tribuum, id est, duodecim Apostolorum, in Judæa visus est, adoratusque ut verus creator cæli novi novæque terræ, quatuor stirpibus, videlicet Cherubinis, Evangelistas, quos ad quatuor mundi plagas evangelizare transmisit. Hinc Cherubim habent speciem hominis, leonis, bovis et aquilæ, per que quatuor Evangelistas adumbrari et depingi patet Apoc. 4, v. 7, illique passim Patres omnes docent. Archidamus, teste Photarcho in Lacon., rogatus quantum regionis Spartani possiderent, respondit: *Quantum hastæ pertingimus*. Ita Ecclesia tantum regionum occupat, quantum pugnando contra demones, infideles et impios subjogavit, ut possit dicere cum Jacobo: *Do tibi partem unam, quam tui de manu Anorrhæi in gladio et arcu meo, Gen. 48, 22; hæc ergo sunt castra, hæc acies Ecclesie. Agis rex cum prohiberetur ad Mantineam pugnare, quod hostes numero vincerent. Necessæ est, ait, contra multos pugnet, qui multis vult imperare*. Ita Apostoli 12 contra totum orbem pugnant.

tes, eum sibi et Christo subdiderunt. Lacena filio in bellum proficiscenti porrigens scutum: *Hæc, ait, pater tuus semper servavit, itaque aut tu idem facies, aut per idem dicat. nunc Ecclesia cuius fidelis*. Alia cum solemnè pompe coronata interesset, audiens filium in prælio victorem occubuisse, non detractâ coronâ, sed factabunda proximo dixit: *Multo pulchrius esis, o mihi-cæ, vincens in acie mortem appetere, quam imperatorem vincere*. Idem dicat martyr, qui patiendo, ilem doctor et concionator, qui laborando pro gloria Dei occumbit. E contrario, Damatria filium ad se reversum, quod in bello timide et indignè se gessisset, interfecit. Lacena alia ad filium fugâ servatum scripsit: *Mala de te fama spargitur, aut igitur hæc eluc, aut vivere cæca*. Alia, cum filii e prælio fugissent, et ad ipsam venirent: *Quis, ait, perfugere voluistis, mala municipi an hic (ventrem ostendens) unde eratis, rediituri? Alia filium e foga adventantem cernens, rogavit quo loco essent res patriæ: cùmque is responderet, civis esse occisus, tegula eum occidit, dicens: Ergo te infansu rei multum illi miserunt nobis? Cùm quidam narretet matri fratrem honestâ morte occubuisse: *Nomine, ait, turpe est, te talis comitatus occasionem amississe? Quid jam dicat fidelis, quid miles in castris Ecclesie? dicit utique cum Machabæis: Moriamur fortiter in prælio, nec inferamus crimem gloriæ nostræ. Dilectum regnum Christi, toto orbe evangelizemus: si cadamus, si occidamur, martyres resurgemus. Particularium verò S. Amb. l. 2 de Salomone c. 2, Christum comparat aquilæ cum dracone pugnantem, quod hinc stemma Dan, dicitur: *Ut aquila serpentes decorat, et coram venena cælorum concoquit interno, ita et Christus Dominus noster, dracone percussus, id est, diabolo luctatus, dicitur humanum sibi corpus assumit, peccatum illud quod hominum teuebatur obnoxium, tanquam perniciosum virus extorxit, sicuti Apostolus ait: Et de peccato damnavit peccatum in carne sua*.**

Verum aptius singula sigillatim ita adaptat Rabanus hic. Hæc, ait, castrorum acies est Ecclesia, tam novi, quam veteris Testamenti. Levitis sunt sacerdotes et clerici; hi sacra custodiunt, et pro eis depugnant, eosque ambet et protegit populus, qui à quatuor mundi plagis ad Ecclesiam venit; à singulis quatuor lateribus est trinitas tribuum, id est, fides SS. Trinitatis; 12 principes sunt 12 Apostoli, quorum precibus et doctrinâ munus Ecclesia.

Ab oriente est Judas, qui ex Iudæ ortus est Christus, cuius nomen est Oriens. Rursus per orientem, ubi erat introitus tabernaculi, significatur primitiva Ecclesia, et initium conversionis fidelium ad Christum: hic est Judas, id est, confessio; et Issachar, id est, merces, et Zabulon, id est, habitaculum fortitudinis: quia confessores Christi in Ecclesiam, que Dei domus est fortissima, per Christum introitum habent, ut in eâ pro mercede æternâ laborent. Plaga australis antiquam Dei plebem, olim à Deo illustratam significat: hic est Ruben, Simeon et Gad: quia sancti Patres, qui intuitum mentis ad voluntatem Dei Patris videndam bene exacerunt, obedientiæ studium rito

illi impediabant, accingentes se armis iustitiae contra leonem regentem et demonem meridianum, sicut que dicebant: *Esto Ruben*, id est, vide te esse filium Patris æterni; cui debes esse Simeon, id est, obediens; ut sis Gad, id est, accinctus contra demones. Rursus esto Ruben, id est, vide ut filios Deo procees. Aquilo significat gentium multitudinem, que usque ad Christum tenebris et frigore indiditatis torpuerat: hic est Dan, id est, iudicium; Aser, id est, beatus; et Nephthali, id est, collectans, vel dilatatus, quia sperentibus Iudæis verbum Domini, iusto iudicio Dei, per multitudinem gentium credentium dilatatus, et lætans Ecclesie populus, æternam beatitudinem sperare et quærere non desistit. Occidens, sive ultima pars tabernaculi, significat impletionem Ecclesie, que fiet in fine mundi, cum omnis Israel salvus fiet: hic sunt Ephraim, id est, crescens; Manasse, id est, oblitio; et Benjamin, id est, filius dextere: quia tunc in persecutione Antichristi probabuntur, et meritis acrescent electi, tuncque aderit hora, quâ in oblivione mortis perpetuæ impiis tradidit, iusti ad dexteram Dei in æternam cum Domino regnaturi collocabuntur. Illic usque Babanus.

Quæritur quartò quid hæc castra significant tropologicè et analogicè? Responsum enim literalis hic facilis est, sed spiritualis, qui hic occulitur, illustris est. Respondo, anima quælibet fidelis et sancta est tabernaculum Dei, ut dicit Exodi 26, 1. Aspectus ad orientem significat mentis illuminationem et purgationem, que perficitur Judâ, id est, verâ confessione; et Zabulon, id est, forti penitentia; et Issachar, id est, spe mercedis. Meridies significat mentis inflammationem et ardorem, quem perficit Ruben, id est, visio et procreatio florum in spiritu; ac Simeon, id est, obedientia; et Gad, id est, fortitudo in adversis. Aquilo demonis et hostium aliorum tentamenta significat, contra que munimur castris Dan, id est, metu extremi iudicii; et Nephthali, id est, constantia lucta; et Aser, id est, memoria beatitudinis æternæ. Occidens significat perfectionem animæ, quam præstat Ephraim, id est, fruges et incrementa continua bonorum operum; ac Manasse, id est, oblitio rerum temporalium; et Benjamin, id est, dextera et virtus Patris nostri Dei: hæc omnia penè habet Abrahæus. hic q. ult.

Analogicè, castra hæc cæterum beatorum, et civitatem celestem significant. Unde Apoc. 21, v. 16, dicitur ipsa in quadro esse posita, æquè ut hæc castra; atque duodecim habere portas, videlicet à quolibet latere et plaga tres, inscriptas nominibus duodecim tribuum florum Israel: duodecim enim tribus omnes veros Israelitas, id est, electos, qui illi civitati dominabuntur, significat. Itaque ingredietur in cælum per portam Levi, vel ut Levi, sacerdos, qui bene præfuit sacerdotio; ingredietur per Iudæ, vel ut Iudæ, princeps, qui bene præfuit populo; ingredietur ut Simeon, qui suis præpositis fuerunt obediens; ingredietur ut Issachar, vel Manasse, monachi et religiosi, qui voluplates presentes calcant, spe in æternam

mercedem delixi; ingredietur per portam Ephraim, qui fructibus misericordiæ abundantia; per Dan iusti iudices. Cætera collige et applica ex tropologicè paulò ante assignatâ. Ita Origen. hom. 1, et ex eo Raham.

VERS. 9.—PER TURMAS SCAS PRIMI EGREDIENTES. Non quòd simul hæc tribus pari gressu proficiscentur: hoc enim serpe ob variam angustiam iudicium impossibile, sed quòd prognati ex tribu Judæ primi essent, præterea cæteras omnes tribus. Duodecim ergo tribus in 4 acies fuerunt distribute, que hoc ordine procedebant. Prima acies, eaque fortissima erat tribus Juda: hæc non pari passu comitabatur, sed à tergo pone sequebatur proxime Issachar, deinde Zabulon: adeoque hæc tres tribus unam, videlicet primam aciem constabant 186 millium bellatorum, ut patet v. 9. Secunda acies erat tribus Ruben, que sequebatur tribum Zabulon; post Ruben incedebat Simeon, post hunc Gad; erantque hæc acies secunda, aquæ ac prima; triplex, videlicet ex tribus jam dictis tribubus constata, continebatque 156 millia bellatorum, ut patet v. 16. Post hæc secundam aciem, in medio omnium castrorum proficiscebantur Levite cum tabernaculo, illud in partes dissolutum, et per varios distributum portando. Post Levites incedebat tertia acies Ephraim, cui conjuncta, et succedanea erat acies Manasse, deinde Benjamin: hæc acies continebat 168 millia bellatorum, ut patet v. 24. Post hæc sequentur quarta acies Dan, cui à tergo conjuncta erat Aser, deinde Nephthali. Nephthali ergo clauderet totum agmen, omnesque alias tribus; hæc acies continebat 137 millia bellatorum, ut patet v. 31.

VERS. 17.—LEVITIBUS AUTEM TABERNACULUM TESTIMONIUM PER OFFICIA LEVITARUM, q. d. Tabernaculum dissolutum portabitur à Levitis, secundum distincta eorum ministeria, que cap. sequenti singulis Deus distribuit.

Nota. Incedebant Levite loco tutissime, scilicet medio in castris, cum illa proficiscebantur: nun autem se habebant duas acies, puta sex tribus jam dictas; post se habebant duas pariter acies, puta sex alias tribus; inde hebre. est, *proficiscentibus tabernaculum testimonium; et castra Levitarum in medio castrorum*. Quod sic intellige, non quasi omnes Levite simul essent in medio præces, ut aliqui volebant, sed quòd Gersonite et Merarite sequerentur primam aciem, sive primas tres tribus: Caathite vero sequerentur secundam aciem, et præces essent in medio castrorum, ut disertè narratur c. 10, v. 17 et 21. Ita Andreas Masius in c. 6 Josue.

QUOMODO EUGETUR, ITA ET DEPOSITOR. Hæc verba non sunt in Hebræo hoc loco, sed c. 4, unde ab interprete Latino hæc videntur translata, lucis et claritatis causâ.

VERS. 29.—NEPHTHALI. Nota. Concordiæ causâ Deus aptum hunc hæc quatuor tribus dedit ordinem, ut videlicet, cum quatuor essent ancillarum Jacobi illi, videlicet Bala, Dan et Nephthali; Zephæ verò, Gad et Aser; ideoque unus alteri aciei (nupte que ternis

tantum constat tribus) et vestilo jungendus foret. Gad iungeretur Ruben, Dan autem et Nephthali, Iuda

CAPUT III.

1. Hæc sunt generationes Aaron et Moysi, in die quâ locutus est Dominus ad Moysen in monte Sinai.

2. Et hæc nomina filiorum Aaron: primogenitus ejus Nadab, deinde Abiu, et Eleazar, et Ithamar.

3. Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotum, qui ucti sunt, et quorum repleta et consecrata manus ut sacerdotio fungerentur.

4. Mortui sunt enim Nadab et Abiu, cum offerrent ignem alienum in conspectu Domini in deserto Sinai, usque liberis: functio sacerdotio Eleazar et Ithamar coram Aaron, patre suo.

5. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

6. Applica tribum Levî, et fac stare in conspectu Aaron sacerdotis ut ministrant ei, et exultent.

7. Et observent quidquid ad cultum pertinet multitudinis eorum in tabernaculo testimonii.

8. Et custodiant vasa tabernaculi, servientes in ministerio ejus.

9. Dabisque dono Levitas

10. Aaron et filios ejus, quibus traditi sunt à filiis Israel. Aaron autem et filios ejus constituas super cultum sacerdotii. Exteris, qui ad ministrandum accesserint, morietur.

11. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

12. Ego tui Levitas à filiis Israel pro omni primogenito, qui aperit vulvam in filiis Israel, eruntque Levite mei.

13. Meum est enim omne primogenitum: ex quo percussit primogenitos in terra Ægypti: sanctificavi mihi quidquid primum nascitur in Israel: ab homine usque ad pecus, mei sunt. Ego Dominus.

14. Locutusque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, dicens:

15. Numeros filios Levi per domos patrum sporata et familias, omnem masculum ab uno mense et supra.

16. Numeravit Moyses, et preceperat Dominus,

17. Et inventi sunt filii Levi per nomina sua, Gerson et Caath et Merari.

18. Filii Gerson: Lebni et Semei.

19. Filii Caath: Amram et Jessar, Hebron et Oziel.

20. Filii Merari: Moholi et Mesi.

21. De Gerson fuerunt familias duæ, Lebnitica et Semeitica:

22. Quarum numeratus est populus sexus masculini ab uno mense et supra, septem milia quingenti.

23. Hi post tabernaculum metabuntur ad occidentem,

filii, medium Aser Zelphæ filium, amoris et unionis causâ, complecterentur.

CAPITRE III.

1. Voici quelle était la postérité d'Aaron, et quels étaient les frères de Moïse, au temps que le Seigneur parla à Moïse sur la montagne de Sinai.

2. Voici, dis-je, les noms des enfants d'Aaron: l'aîné était Nadab, et les autres étaient Abiu, Eleazar et Ithamar.

3. Voilà donc les noms des enfants d'Aaron qui ont été prêtres, qui ont reçu l'onction, et dont les mains ont été remplies de sacrifices, et consacrées ainsi pour exercer les fonctions du sacerdoce.

4. Or, Nadab et Abiu, ayant offert un feu étranger devant le Seigneur, au désert de Sinai, moururent sans enfants; et après leur mort, Eleazar et Ithamar exercèrent les fonctions du sacerdoce, du vivant de leur père Aaron.

5. Et le Seigneur voulant leur donner quelque chose pour leur aider dans les fonctions de leur ministère, parla à Moïse, et lui dit:

6. Faites approcher la tribu de Lévi, faites que ceux de cette tribu se tiennent devant Aaron, grand-prêtre, afin qu'ils lui servent dans ses fonctions, qu'ils veillent à la garde du tabernacle.

7. Et qu'ils observent tout ce qui regarde le culte que le peuple me doit rendre devant le tabernacle du témoignage.

8. Qu'ils aient en garde les vases du tabernacle, et qu'ils rendent tous les services qui regardent le saint ministère.

9. Vous donnerez les Lévités

10. À Aaron et à ses fils, comme un présent que leur tribu les enfants d'Israël, afin qu'ils les assistent dans ce qui regarde le service du tabernacle. Mais, vous établirez Aaron et ses enfants sur les fonctions du sacerdoce. Tout étranger qui, n'étant point de la famille d'Aaron, s'approchera du saint ministère, sera puni de mort.

11. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit:

12. J'ai pris les Lévités d'entre les enfants d'Israël, en la place de tous les premiers-nés qui sortent les premiers du sein de leur mère, d'entre les enfants d'Israël; c'est pourquoi les Lévités seront à moi d'une manière toute particulière.

13. Car tous les premiers-nés d'Israël sont à moi. Depuis que j'ai frappé dans l'Égypte les premiers-nés des Égyptiens, j'ai consacré à moi tout ce qui naît le premier en Israël; depuis les hommes jusqu'aux bêtes, ils sont tous à moi. Je suis le Seigneur, et personne ne se sera à moi le diaprè.

14. Le Seigneur parla de nouveau à Moïse au désert de Sinai, et lui dit:

15. Faites le dénombrement des enfants de Lévi, selon toutes les maisons de leurs pères et leurs familles différentes; et comptez tous les mâles, non depuis vingt ans seulement, comme ceux des autres tribus, mais depuis un mois et au-dessus, parce qu'il ne s'est pas de les appliquer à des fonctions pénibles, mais de les remplir par eux le nombre des premiers-nés d'Israël dont ils doivent tenir la place.

16. Moïse en fit donc le dénombrement comme le Seigneur l'avait ordonné.

17. Et il trouva parmi les enfants de Lévi ceux qui suivent, dont voici les noms: Gerson, Caath et Merari.

18. Les fils de Gerson sont, Lebni et Semei.

19. Les fils de Caath, sont Amram, Jessar, Hebron et Oziel.

20. Les fils de Merari, sont Moholi et Mesi.

21. De Gerson sont sorties deux familles, celle de Lebni et celle de Semei.

22. Dont tous les mâles ayant été comptés depuis un mois et au-dessus, il s'en trouva sept mille cinq cents.

23. Ceux-ci doivent camper derrière le tabernacle, vers l'occident,

24. Sub principe Eliasaph, filio Lael.

25. Et habebunt excubias in tabernaculo fœderis,

26. Et in ipsum tabernaculum et operimentum ejus tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis, et cortinas atrii: tentorium quoque quod appenditur in introitu atrii tabernaculi, et quicquid ad ritum altaris pertinet, fumes tabernaculi et omnia utensilia ejus.

27. Cognatio Caath habebit populos Amramitas, et Jessaritas et Hebronitas, et Ozielitas. Hæc sunt familie Caathitarum recensite per nomina sua:

28. Omnes generis masculini ab uno mense et supra, octo milia sexcenti habebunt excubias sanctuarii,

29. Et castrametabuntur ad meridianam plagam.

30. Princepsque eorum erit Elisaphan, filius Oziel:

31. Et custodiet arcam, mensamque et candelabrum, altaria et vasa sanctuarii, in quibus ministratur, et velum, cunctaque hujuscemodi suppellectilem.

32. Princeps autem principum Levitarum Eleazar, filius Aaron sacerdotis, erit super excubitorum custodia sanctuarii.

33. At verò de Merari erunt populi Moholites et Mesiæ recensiti per nomina sua:

34. Omnes generis masculini ab uno mense et supra, sex milia ducenti.

35. Princeps eorum Sriei, filius Abihaiel: in pugâ septentrionali castrametabuntur.

36. Erunt sub custodia eorum tabule tabernaculi et lectici, et columna ac bases eorum, et omnia que ad cultum hujuscemodi pertinent:

37. Columnæque atrii per circuitum cum basilibus, suis, et passili cum funibus.

38. Castrametabuntur ante tabernaculum fœderis, id est, ad orientalem plagam; Moyses et Aaron cum filiis suis, habentes custodiam sanctuarii in medio filiorum Israel; quisquis alienus accesserit, morietur.

39. Omnes Levite, quos numeraverunt Moyses et Aaron, juxta præceptum Domini per familias suas in genere masculino, à mense uno et supra, fuerunt viginti duo milia.

40. Et ait Dominus ad Moysen: Numeras primogenitos sexus masculini de filiis Israel ab uno mense et supra, et habebis summam eorum.

41. Tollisque Levitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel. Ego sum Dominus, et pecora eorum pro universis primogenitis pecorum filiorum Israel.

42. Recensuit Moyses, sicut preceperat Dominus, primogenitos filiorum Israel,

43. Et fuerunt masculi per nomina sua, à mense uno et supra, viginti duo milia ducenti septuaginta tres.

44. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

45. Tolle Levitas pro primogenitis filiorum Israel,

24. Ayant pour prince Eliasaph, fils de Lael.

25. Et ils veilleront dans le parvis du tabernacle de l'alliance:

26. Ayant en leur garde le tabernacle même, c'est-à-dire, sa couverture, le voile qu'on tire devant la porte du tabernacle de l'alliance, et les rideaux du parvis, comme aussi le voile qui est tendu à l'entrée du parvis du tabernacle: tout ce qui appartient au ministère de l'autel, les cordages qui servent à tenir les rideaux du tabernacle, et tout ce qui est employé à son usage.

27. Le Caath sont sorties les familles des Amramites, des Jessarites, des Hébronites et des Ozielites. Ce sont là les familles des Caathites dont on a fait le dénombrement selon leurs noms.

28. Tous les mâles depuis un mois et au-dessus, sont au nombre de huit mille six cents. Ils veilleront à la garde du sanctuaire.

29. Et camperont vers le midi.

30. Leur prince sera Elisaphan, fils d'Oziel.

31. Ils garderont l'arche, la table, le chandelier, les autels et les vases du sanctuaire qui servent au saint ministère, le voile, et toutes les choses de cette nature.

32. Eleazar, fils d'Aaron, grand-prêtre, et prince des princes des Lévités, sera au-dessus de tout, mais plus particulièrement au-dessus de ceux qui veilleront à la garde du sanctuaire.

33. Les familles sorties de Merari, sont les Moholites et les Mésites, dont on a fait le dénombrement selon leurs noms:

34. Tous les mâles depuis un mois et au-dessus, sont au nombre de six mille deux cents.

35. Le prince est Sriei, fils d'Abihaiel. Ils camperont vers le septentrion.

36. Ils auront en garde les aîs du tabernacle, les pièces de travers, les colonnes avec leurs bases, et tout ce qui appartient à ces choses:

37. Les colonnes qui environnent le parvis avec leurs bases, et les pieux qui servent à les tenir fermes avec leurs cordages.

38. Moïse et Aaron avec ses fils, qui ont la garde du sanctuaire, au milieu des enfants d'Israël, camperont devant le tabernacle de l'alliance, c'est-à-dire, du côté de l'orient. Tout étranger qui s'approchera du tabernacle pour y exercer les fonctions des prêtres ou des Lévités, sera puni de mort.

39. Tous les mâles d'entre les Lévités, depuis un mois et au-dessus, dont Moïse et Aaron font le dénombrement selon leurs familles, comme le Seigneur leur avait commandé, se trouveront au nombre de vingt-deux mille trois cents. Mais comme ces trois cents étaient premiers-nés, et que ce nombre appartenait au Seigneur, on ne compte que vingt-deux mille Lévités, capables de remplacer les premiers-nés des enfants d'Israël.

40. Le Seigneur dit encore à Moïse: Comptez tous les premiers-nés d'entre les mâles des enfants d'Israël depuis un mois et au-dessus, et vous en tiendrez le compte.

41. Vous prendrez pour moi les Lévités, en la place de tous les premiers-nés des enfants d'Israël. Je suis le Seigneur, et les troupeaux des Lévités me seront donnés comme pour racheter tous les premiers-nés des troupeaux des enfants d'Israël, qui ne furent alors consacrés.

42. Moïse fit donc le dénombrement des premiers-nés des enfants d'Israël, comme le Seigneur l'avait ordonné:

43. Et tous les mâles ayant été marqués par leurs noms, depuis un mois et au-dessus, il s'en trouva vingt-deux mille deux cent soixante-trois, c'est-à-dire, deux cent soixante-trois de plus qu'il ne s'était trouvé de Lévités pour les remplacer.

44. Le Seigneur parla de nouveau à Moïse, et lui dit:

45. Prenez les Lévités pour les premiers-nés des

cléam : quia curabat quantum poterat, ut Ecclesia conservaretur et propagaretur, nec tamen ecclesiastica munia usurpabat. Et S. August. tract. 51 in Joan. dicit quomodo patremfamilias in domo sua debere exercere episcopale officium, ut pro Christo, et pro veta aeterna suo animae adiument; docent, hortentur, corripiant, etc.

Vers. 25. — ET HABEBUNT EXCUBIAS IN TABERNACULO. Excubiae hic metonymice sumuntur pro custodia, quae excolando fit. Iursum, custodia metonymice sumitur pro re custodienda. Sensus ergo est: *Habebunt excubias*, id est, custodiant, vel habebunt custodienda ea quae sequuntur, scilicet ipsum tabernaculum, et operimentum, etc. Patet hic sensus ex Hebræo. Unde v. 32, noster interpres custodes los tabernaculi vocat excubiores custodiam sanctuarii.

Vers. 26. — Ipsi TABERNACULI ET OPERIMENTUM EIUS, VENTORUM QUOD TRANHIBIT ANTE FORES TECTI FORIBUS. Tabernaculum hic vocatur infimum tabernaculi velum, ex decem coriis compositum, quod proxime ipsis tabernaculi tabulas rebat et operabat circumquaque, de quo Exodi 26, 1 et 6. Operimentum vero tabernaculi hic vocatur velum aliud triplex, vel priori decem cortinarum superpositum, scilicet primam eorum cilectam, secundam sagum ex pellibus arietum rubricatis, tertiam eorum ianthinum, de quibus Exodi 26; omnia ergo vela tabernaculi portabant Gersonites in protectione castrorum.

Tentorium, id est, velum, quod TRANHIBIT ANTE FORAS TECTI, id est, tabernaculi, quod undique est lectum et velatum: loquitur enim hic Moses de velo, quod erat in ingressu tabernaculi, et quae eius quasi janua.

Tentorium quod operimentum in introitu ante tabernaculum. Prius tentorium, id est, velum, erat fustes tabernaculi: hoc vero est atrium, quod erat ante tabernaculum; et in quo custodia Gersonitarum hic committitur.

Et quibus ad ritum altaris pertinet. *Quidquid scilicet velorum:* agit enim hic tantum de velis altaris amplexibus, ut patet ex Ildr., Chald. et Sept. Haec enim inter alias causa fuit atrii et velorum eius, videlicet ut servirent altari holocaustorum eiusque ritui, id est, ut curae, utque illud undique tegerent. Non ergo altarium in nostra versione est sensus ut queritur Abul., nam noster interpres, cum ait *quidquid, et cortinarum vel velorum*, ex antecedentibus intelligendum relinquit. Agitur enim de Gersonitis qui nulla vasa altaris (hoc enim Caathitarum erat ministerium) sed tantum vela custodiunt et portabant, ut patet tum ex hoc loco, tum ex c. seq. v. 21.

Notandum enim, ministeria Levitarum ita à Deo parita fuisse, ut Caathitas custodirent, et in protectione portarent ipsa vasa sacra, et labrum aeneum, arcam testamenti involutam velo, quod pedebat ante Sanctum sanctorum, altaria duo, scilicet thymiomaticum unum, holocaustorum alterum, candelabrum et mensam cum suis utensilibus, ut patet v. 31. Merarites autem et Gersonites custodiunt, et in protectione portarent ipsas partes tabernaculi et atrii; sed Merarites

solidas, videlicet tabulas, columnas, bases passillos et vectes, ut patet v. 36; Gersonitis vero operimenta ipsa mollia, videlicet vela et cortinas cum suis funibus, ut patet hoc v. 26. Ubi adverte, Caathitis ceteris Levitis fuisse prelatos, et vasa maxime sacra custodisse et portasse: quia ex Caath, per Amram descendebat Aaron et Moses, unde et Caathitis praerat Eleazar, senior Aaronis filius, ut patet cap. seq. v. 16.

Vers. 28. — HABEBUNT EXCUBIAS, id est, habebunt custodiam sanctuarii, quae vasa quae sequuntur. Patet ex Hebræo; vide dicta v. 25.

Vers. 31. — ET VELUM quod opponitur Sancto sanctorum; huic enim invoivenda erat arca, portanda à Caathitis, ut dixi v. 26. Alia enim vela omnia, non à Caathitis, sed à Gersonitis portabantur, uti ibidem dictum est.

Vers. 37. — PAVILLI cum FUNIBUS. Funes intellige eos quibus distendebantur et firmabantur columnae tabernaculi, uti explicat Josephus: haec enim custodiabant et portabant Merarites; nam alios funes, quibus vela passillis in terra fixis firmabantur, et cortinae expandebantur, custodiabant et portabant Gersonites, ut patet v. 20. Itaque nulla est hic ambiguitas; funes enim columnarum ad Merarites, funes vero velorum et cortinarum ad Gersonitis pertinebant.

IBIDEM c. 15 de Humilitate: Abbas Amph septem fratres suos docuit modum vivendi concorderiter esse. Nam per totam septimanam faciem concorderiter tandem mane lapidabat: vespere autem dicebat: Ignosce mihi. Rogatus cur id feceret, ait: Propter vos hoc feci. Quando me vidistis lapidantem faciem vestram, nun locuta est, nun furit et dixerunt: Non. Iterum quando apud eam penitentiam egit, nun turbata est? nun dixit: Non ignosco? et responderunt: Non. Tum ille dixit: Ergo et nos qui sumus septem fratres, si vultis ut ineamus simul, efficiamur sicut statua hæc, quæ contumeliis affecta non turpatur. Illi autem prostraverunt se dicentes: Quod jubes faciemus; manseruntque simul per totam vitam operantes et facientes juxta verbum Amph. Constituit autem ipse cum eis dispensatorem, qui quodcumque eis approposisset, comedebat, nec quicquam dicebat: Alter aliquid aliud, aut nolo istud manducare: et sic transigerunt vitam suam cum pace et quiete. Ibidem abbas Nesterò rogatus, quomodo in cenobio pacificè vixisset, atque in quavis turbatione didicisset servare silentium et patientiam, respondit: Quando intravi initio in congregationem, dixi animo meo: Tu et asinus unum estote. Sicut enim asinus vapulat, et non loquitur, injuriam patitur, et non respondet, sic et tu, sicut et in Ps. legitur: Ut jumentum factus sum opud te, et ego semper tecum.

Ibidem lib. 6, c. 4, abbas Moyses dixit: e Si quis portat peccata sua, non videt peccata proximi sui.

Rursum abbas Agatho dixit: (Si inlitas cum proximo tuo, esse sicut columna lapidea, quae si injariatur, non irascitur, si gloriatur, non extollitur, si ibidem in sententiam Patrum Aegyptiorum, sent. 107, dicebant de abbate Macario seniore: Quia sicut Deus protegit totum mundum et portat peccata hominum, ita et ille quasi quidam Deus terrenus fuit in fratribus, operiens delicta eorum et ea quae videbat vel audiebat, quasi non videns, et non audiens.

VERS. 15. — SEN ALITER TIBI VIDEATUR, OBSECO UT INTERFERAS ME. Mose hic laetis premebatur angustiis, ut hanc sibi gratiam fieri cupiat, videlicet ut mori sibi liceat, amarissime ergo affectus, et perturbato animo existens, neque satis sibi praesens haec dixit, mortemque petit: unde vel nihil, vel leve pusillanimitatis tantum peccatum admisit, quare et a Domino non correptionem, sed consolationem accepit.

VERS. 16. — ET IERIT DOMINUS AD MOYSEM: CONGREGA MIHI SEPTUAGINTA VIROS DE SENIBUS ISRAEL, ut videat in eis partem operis tui, ut ipsi te sublevent in populi regimine. Licet enim Exod. 18, ex suggestione Ietharo, Moses in populo constituisset decanos et tribunos, qui iuxta populi decederent, tamen ultima appellatio semper erat ad Moysen. Ad haec, majores causa ad Moysen referuntur. Denique ea quae Deum, Deique eunim spectabant, solum Moses docebat, quare etiam ipse sustinebat onus: ad quod levandum Deus hic jubet decem septuaginta viros, qui haec tria, quae ut Moses, praestarent; idcirco eis aequae ac Moysen spiritu prophetico insigniunt, ut familiariter Deum consulerent in dubiis, et ab eo edicerentur. Nota. Hi septuaginta non fuerunt iidem cum illis septuaginta, qui non tam delecti, quam quasi fortuito occurrentes, vel offerentes se constituti sunt Moysen, euntem ad colloquium Dei in Sina, Exod. 24, 4; sed ex his et aliis hi septuaginta a Mose delecti, et à Deo confirmati fuerunt. Manserunt hi septuaginta deinceps, et continuis habere successores, etiam in Chanaan, sed carentes spiritu prophetico. Nam solo consilio suo aderant pontifici, qui Deuter. 17, 9, summus Hebraeorum stantior iudex, etiamque ejus consiliarius. Unde concilium horum cum pontifice summum erat, et ab Hebraeis vocatum est *Sanhedrim*, grece *synagoga*, de quo videtur postea Josephus, et Gelatius L. 4, c. 5. Atque hi seniores fuerunt, qui in magno illo suo *concilio*, sive concilio, Christiani mortis reum proclamarent, et Pilato occidendum tradiderunt, de quo Matth. 26 et 27. Rursum Moysen communicasse hisce 70 senibus legis sensum, praesentem secretorum, et mysticum poterit tradendum (quem legem spirituationem et archetypum vocat Philo l. de Plantat. Noe, et Nazianz. or. 1 Apol.) docent Hebraei, uti refert Genebr. l. 2. Chronol. Moyses, inquit, accepit legem de Sina, et tradidit eam Josue, ipse vero senioribus, senioribus Prophetis: Prophetas vero eam tradiderunt viris magis Synagoga, qui fuerunt Esdras cum reliquis. Idem confirmat S. Hilar. in Psal. 2: *Moses*, inquit, quamvis veteris Testamenti verba litteris condidisset, tamen separata quadam et occulta legit secretorum myste-

ria septuaginta senioribus, qui doctores detuque monebant, inlimateat. Cujus doctrine etiam Dominus in *Evang. meminit*, dicens: Super cathedram Mosi sederunt Scribae et Pharisei: doctrina vero vobis inmisit in poterunt. Haec ergo senioribus veterum successisse Scribae in officio explicandi legem et interpretandi S. Scripturam, qui promissum in *Evang. legis periti*, et seniores vocantur. Tradunt Hebraei ab hisce celebratum esse magnam synodum 120 hominum, sub Artaxerxe Longimano, in qua constitutus est ordo 23 litterarum canonicorum: cui Synodo, si credimus Elias prefatione 3 Massorath, praesent Daniel, cum Anania, Misaele, et Azaria, Esdrâ, Nehemiâ, Mardocheo, Zorobabele, Aggare, Zacharia et Malachiâ.

Nota secundò, sub hoc idem tempus, quo hi septuaginta iudices Hebraeorum constituti sunt, institutus esse apud Graecos iudices Arcepagitas, qui causas tum criminales, tum civiles iudicabant: Arcepagum enim institutum esse quondam annis ab egressu Hebraeorum ex Aegypto docet Eusebius in Chronico.

OTUS TU MORI, QUOD SENES MORIUTI SINT, ac macerari: Illic palea, senes hic intelligi non tam etate quam prudentia et moribus, qui senes populi sint, ut est, qui a populo graves et sapientes habentur. Nam alii senes, ipsa etate, non autem Moysi iudicio et delecta segetum fuissent, eum civitates eorum omnibus esset conspecta. Ita S. Greg. 19 Moral. cap. 15. Adde, parvi interesse an vir quis etate, an senex, modo moribus sit senex. De hac senectute ait Sapient. 4, v. 8: Senectus venerabilis est, non distinetur, neque minorum numero computata: et civi antem sunt *senes hominum*, et *otus senectus etia invidiam*. E contrario puer dicitur, qui prudentia et vita bona destituitur, id est, qui insipiens est et impius, etiam cum dentium sit annorum, de quali dicit Isaias, c. 65, 20: *Quoniam puer centum annorum morietur*; puer, id est, peccator: posterior enim versus more bellicoso priorem explicat. Ita S. Greg. l. 19 Moral. 13.

Notat Abulensis in hisce septuaginta iudicibus, et aliis quibusvis tria requiri: Primò, prudentiam tum humanam, tum divinam; secundò, iustitiam et rectam conversationem; tertio, gravitatem et reverentiam personae. His adde quarto, fortitudinem et eorum boni communis, ut nec potentes veniant, aut his succedant, nec sua, sed reipublicae commoda querant. Grossus, quia dives, putabat se felicem, cunctaque rogaret Solonem, an non idem sentiret, respondit Solon neminem ante mortem felicem esse dicendum esse quòd opibus se felicitate spoliarî possit. Egred hoc accepit Grossus, sicque de insolentia dimisit Solonem. Vidit hoc Aesopus et indoluit, dixitque: *O Solon, cum regibus aut quam minime, aut quam antea sumis colloquendum est. Naquaquam vero, ait Solon, sed vel nihil, vel recessum. Captus tandem à Cyro Grossus et rogo adiutarius, exclamavit: O Solon, nunc experitur totam sententiam esse verissimam. Themistocles cum esset praetor, Simonidi Coo petenti aliquid inquitum, respondit: *Neque verò aut tu bonus poeta, si praeter carmen aliquid caneres, aut ipse bonus orator essem, si**

praeterquam quod leges permittunt, tibi gratificaver. Pelopidas in bellum domo exiit, uxori ipsius deducens, se oranti cum lacrimis ut saluti suae consuleret: *Privati, ait, o mator, de hoc monendi sunt; iustitiam vero gerere, ut mori incolumes praestet: ita refert Plutarch. in Solonis, Themistocles et Pelopidas vita.*

VERS. 17. — DESCENDAM. Inclinando columnam nihil, in qua quasi auriga et dux delecto et resideo.

AUPLAM DE SPIRITU TEO, non quasi partem tui spiritus dimittam et auferam, atque in hisce septuaginta transferam, hoc enim impossibile est, maxime in accidentibus et actibus vitalibus; hi enim à subjecto uno in aliud, puta ab animâ usque in aliam transferri nequeunt; hoc etiam sibi, o Moses, foret incommodum, aequo ac si solus majori et ingenti spiritui plenus populum regeres: factus enim mille magno, quam centum parvo et exili spiritui regeretur. Sed auferam, in est, accipiam et noviter prodeam aliquid de spiritu tuo, id est, de spiritu qui est in te, ut habent Hebraei et Sapient. aliquid inquam, non idem numero, sed specie; hoc est, aliquid spiritui tuo simile producam, et dabo illis septuaginta senioribus; ita tamen ut tuus spiritus tibi indiget maneat: quia aequo ut prius totus populi cura tibi semper incumbet, etiam si hos tibi dem adjuveris. Sic accipitur, et auferitur lux à lucerna, cum candela in ea accenditur: lux enim candela in lucerna accense, nil de lucerna luce dimittit, sed potius eam addebat et propagat. Nam spiritus in Mose erat quasi in lucerna, fonte, capite et exemplari, indeque quasi in alios septuaginta derivatus est. Unde Chald. verit: *Angelo de spiritu qui est super te, et ponem super eos*. Ita Theod. q. 18, et S. Aug. lib. q. 18, et lib. 5 de Trinitate cap. 14, qui et addit dicens: *Sic spiritus Elias requiritur super Eliseum*, 4 Reg. 2, 15, id est, datus est Eliaeo spiritus Dei, qui per eam talis operaretur, qualis per Eliam operabatur. Usture vero Deus hae phrasî elegantiae causâ, quasi Deus, si cui partem operis ab humeris Moysi ablatam, in alios septuaginta dispergit: ita similiter ex spiritu Moysi, ad sustentandum illud omni comparato, aliquid accipitur, similisque spiritui Moysi spiritum in eis dispergitur. Porro spiritus hic propheticus intelligitur, ut satis colligitur ex v. 25. Ille enim in industria regendi populi primas tenet. Prophetia enim hic et alibi generalis est, multaque complectitur, ut dicit 1 Corinth. 14, scilicet, primò, prudentiam regendi; secundò, doctrinam et consilium, ad dubia tam juris et iustitiam, quam caritativam et religionis, atque quae libet resolvenda. Tertio, intellectum cognitionem, ad decidenda lites et causas occultas. Quarto, propriè futurorum praesentium ad ea vel accendenda, vel praecavenda et arcenda à populo. Quinto, Dei laudes et hymnos, ut dicitur v. 25.

VERS. 18. — SANCTIFICAMINI. Id est, ut Chald. praeparamini, immundum videlicet, et instruat vos ad epulum caelestem, quasi ad divinas aerasque coturnicum carnes comedendas, quas eras vobis afflabo.

UT DAT VOBIS DOMINUS CARNES, scilicet ob gulam, et

morum vestrum, idcirco dabo ille quidem vobis carnes, sed in vestram perniciem; ita Vatablus et Abul. Estque etiam persona: loquitur enim Deus de se in tertîa personâ, q. d.: Itaque ego Deus dabo vobis carnes.

VERS. 18 et 20. — ET COMEDATE, etc., MENSEM INTEGRO, id est, mense integro, seu omnibus mensis diebus. Ita Vatabl.

VERS. 20. — DOMUS EXIAT PER NABES VESTRAS, ET VERTATUR IN SARBEM, q. d.: Douce ex nimia voracitate stomachus vester carnes cruciet, navesque vestrae eas effient, tandemque carnes sint vobis in museum et alienationem. Hoc enim propriè significat Hebraeorum *zari*, sicut Chald. verit, *offenditulum, Sept. cholertum*; sed in non tam verbi propriam significationem, quam paraphrastice sensum, et rem ipsam interpretatur. Dicit Ulysses Aldrovandus Ornithol. l. 15, cap. 23, coturnicos, praesertim pinguiores, si sopiis et largis comedantur, generare sanguinem putredinem, alique crassos, pituitosos et viscosos humores, quâ nat sunt epilepsiam, totamque, similisque morbos procreare. Hinc Hebraei lis se ingurgitantibus nauseam, aliosque mortuos pepererunt. Ita et Hieron. Frascatorum l. 2 de Morbo Gall., cum ait:

Vitæque ipsi coturnici tarda sagina. Votens coturnices a mensis renoventur, quod veneno abundant, putrescentque se pariter veneno infundens, si eos ediderit. Sed hoc refellit Aldrovandus; ubi et refutat sententiam Galeni et Pisoni dicentium se multos observasse, qui ex coturnicibus (sui musculorum distensionibus et spasmo corripentur, quoniam veratro, inquit, rescuntur aves istae. Est hoc singulare remedium ad adversandam Ictidiam, gulam et erupitiam, si quis intucatur sordes, phlegmata, vomitus, nauseam, et cetera quae ex ea sequuntur. Ita in Vitis Patr. l. 5, tit. 5, n. 22, fecit eremita ille, qui tentibus spiritu fortissimè circa eremam famisam, ubi eam mortuam aditit, alit et aperuit sepulcrum ejus, atque pulvis mo detrahit sanicum putredati eadaveris; mox rodens in eremum, ingrante feda suggestione, foetorem illius infecti pallii intuitus est, dicens: *Ecco hinc quod querelas, malitiae et eo*. Et haec haec fecido panis cruciatum se, donec recederet ista illudiosa cogitatio. Si enim corpus guttosum sis sordibus punitur, quibus patitur guttosus anima? Recit ergo dicit S. Aug. apud Possidon. in Vita ejus, c. 22: *Non ego sum munditiam obsequi timens, sed immunditiam cupiditatis*.

Hiuc in Vitis Patr. l. 5, n. 25, monacho rudim, qui carnalem mutationem labore et jejuniis superaverat, apparuit demon carnalis concupiscentiae incertor, et specie Athiopissa turpis et foetida, ita ut foetorem ejus ferre non posset; porro Athiopissa haec dicebat ei: *Ego sum que in cordibus hominum dulcia apparro, sed propter obedientiam tantum, et laborem quam sustulim, non permittit Deus seducere te, sed immundi filii fortorem manum*.

Ita B. Iacoponis eruci bubule carnis lentibus eorum comparavit, ac in cubiculo servavit, donec patresceret, et horrendo fatoret per totum mundabarium, quam

ille deinde afflictebat, et quasi rem odoratissimam la-
ciabatur. Ob hunc factorem excitatum, à superiore in
locum fortissimum est dejectus, ubi Deo assidue
gratias agebat. Apparuit ei Christus cum consolans,
dicensque: *Pone quod optas, et impetrabis*, tum ille:
*Peto, Domine, ut me in locum isto longe fortidorem
conspicias, ut tibi eo mea expiam peccata: nam hic mili-
tibus tolerabilis est.* Mox Christus insolita cum perfu-
dit consolatione, eique gratiam dedit, ut deticeps
omnibus malis, ærumnis et tormentis hujus vite esset
superior; atque in assidue quasi Dei contemplatione
delectus, et quasi raptus existeret. Idem initio in gu-
lam demerit, absinthio, quasi sale, ad cibos utebatur,
eosque indiciebat, donec eo perveniret, ut sporem
cibi in unam Deum referret, ita ut tandem nihil, nisi
Deus, illi superet.

EO QUOD RECUPERAVIS DOMINUM, EO QUOD MANNA, UT
POTE, IUGUM DOMINI DOMINI, REPUISISTIS, ET QUIA LIBERATIONIS,
QUA DOMINUS EX ÆGYPTO VOS EDUXIT, VOS PRU-
FICET.

VERS. 21. — SEXCENTA NULLA PERITUR MOTUS POPULI
SUNT. *Peccatum*, scilicet armorum Hebræorum: nam
feminarum, puerorum, servorum et Ægyptiorum nu-
merus facile excreverat ad trigentes centena milia.

VERS. 25. — NUMQUAM MANUS (id est, potestas) DOMINI
INVALIDA EST? DEUS HIC PER OMNIPOTENTIAM SUAM
OPPOSITIONEM, RESPONDET DUBITATIONI MOÏSIS. Ipse enim
perturbatus, motus quosdam dubitationis et diffidentie
in Deum ostendit, licet ob perturbationem et inconsi-
derationem non graviter peccarit. S. Aug. tamen pu-
tat, Moysen non de re promissa, sed de ejus exigentia
modo tantum dubitasse, uti dubitavit et B. Virgo
dicens: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non co-
gnovimus?*

VERS. 26. — PROPHETAVERUNT. QUÆRES, QUID ET
QUOMODO? — Respondent Babbini, hos septuaginta
seniores prophetasse de morte Moïsi in deserto, et de
successione Josue in principatu populi; id conjiciunt
ex eo quod Josue dixit Moïsi: *Prohibe eos.* Sed hæc
sunt eorum commenta, non fignenta.

Alii verisimiliter respondent eos prophetasse aliquod
de eo quod pertinebat ad gubernationem populi. Ter-
tio et optimè, Alul. Prophetabant, inquit, id est, ex
Dei instinctu Deum deliquit laudes celebrabant. Sic
enim Saul dicitur prophetasse, cum quasi enthusiasmo
actus Dei laudes ceclit, 1 Reg. 10. Sic et cantores
atque psalmista vocantur Prophete, dicunturque pro-
pheteare in citharis, psalteris et cymbalis, 1 Paral. 16;
hic enim spiritus signum erat et pars prophetie ge-
neralis, de qua dixi v. 17.

NEC ULTRA CESSAVERT. Pro cessaverunt Hebræi
iosaphu, id est, addiderunt; ita Sept., Theod. hic q.
20, et Vatabl.; unde sequitur hos septuaginta illo die
tantum prophetasse non ultra. Verum noster inter-
pretis, et Chald. aliis punctis legerunt *intra*, id est,
defecerunt, cessaverunt, id rad. *soph*, vel *sophu*, id est,
finivit, deficit, cessavit. Itaque verus est: nam hoc
spiritu (licet non quoad Dei laudes et cantum, tamen
quoad alias ejus partes, de quibus dixi v. 17) continuo

indigebant hi septuaginta ad regimen, et ad lites po-
puli decidendas. Semper ergo habuerunt spiritum
propheticum, quasi in habitu sibi paratum, et assiden-
tem; licet actu non semper prophetarent, sed
tunc tantum, cum quaestionibus populi respondere de-
bebant. Tunc enim Deus eis interitus loquebatur, et
inspirabat quid dicendum vel agendum esset, perinde
ut inspirat Prophetas ea que dicere vel agere de-
bebant.

VERS. 27. — ELDAD ET MEDAD PROPHETANT IN CAS-
TRIS. Fabulatur Judæi hos duos fuisse fratres Moïse,
ex eodem patre scilicet Amram, sed ex alia matre.
Amram enim post datum legem Levit. 18, 12, repu-
diasse Jochabeb, uxorem suam, utpote amitam suam,
tuncque aliam duxisse, ex eoque genuisse Eldad et
Medad. Nam ut alia taceam, que hic congerit Abul.,
si id esset verum, Eldad et Medad forent hoc tem-
poro infantes unius anni; quomodo ergo propheta-
sent? nam lex illa Lev. 18 data est hoc eodem anno,
qui fuit secundus ab egressu ex Ægypto.

Nota in hæc castris: alii enim sexaginta octo pro-
pheta-
bant presente Moïse in tabernaculo, idque videbat
Josue; unde eis non invidit, quia videbat Moïse vo-
lente et agente eos prophetare, nec per eos aliquid
Moïsi honoris decedere, utpote qui Moïsi conjuncti et
subjecti, ab eo hunc spiritum acciperent: illi vero duo
in castris prophetantes, à Moïse erant disjuncti, eoque
absente et inscio, saltem uti putabat Josue, propheta-
bant: unde timebat Josue ne auctoritati et glorie
Moïsi officerent; ita Abul. Extabat olim liber or-
aculorum Eldad et Medad, ex quo Hermas, Pauli disci-
pulus, in 1 libro qui dicitur Pastor. c. 2, hæc habet:
*Proph. est Dominus hic, qui se ad eum convertit, sicut
scriptum est in Eldad et Medad, qui ratiocinati sunt in
solitudine populo.*

VERS. 28. — STATIM JOSUE VILUS NON, MINISTER
MOÏSIS, ET ELECTUS E FLUMINE. Licet enim Moïse plu-
res haberet famulos, nullam tamen fideliorum, fami-
liariorum, magisque strenuam habebat, quam Josue,
unde et cum sibi successorem designavit.

AIT: DOMINE MI MOÏSES, PROHIBE EOS. Emulatione
aliqui, vel invidia dixit hoc Josue, timens scilicet, ne
Moïsi gloria et auctoritas minueretur, si alii etiam
aque ut Moïse prophetarent, maxime in castris, ne-
scio vel invito Moïse, uti putabat Josue. Venialis tamen
fuit hæc culpa: quia non suam, sed Moïsi dicit et
domini sui spectabat gloriam, et populi bonum. Patent
hæc ex responsione Moïsi. Chald. vertit: *Mitte eos in
carcerem, et ita ex Hebræo verti potest.*

VERS. 29. — AT ILLE: QUID, INQUIT, CULPARIUS ERGO
ME? QUIS TRIBUAT ET OMNIS POPULUS PROPHETI. Hunc
spiritum charitatis imitentur omnes prælati, doctores,
concionatores, qui non suam, sed Dei unius gloriam
querunt, petuntque quod Martha petiit à Christo: *Dis-
sorori, ut adjuvet me.*

Hic liberalis et regis est animus, qui suos honores
cum amicis communicat; ita Alexander, cum Darii
uxor captiva salutasset Hephastionem pro Alexandro,
illaque cognito errore pudefieret, dixit: *Non errasti,*

et ipse Alexander est. Rursùm Mazæi, cujus apud Dari-
um summa fuerat gratia, filio Satrapie prefecto alter-
teram adject ampliores. At ille recusans, ait: *Tunc,
ò rex, una erat Davius: nunc tu, multos effectus Alexan-
dros.* Ita Platarch. in Alexandro.

VERS. 30. — REVERSUSQUE EST MOÏSES IN CASTRA,
SCILICET EX TABERNACULO, QUOD ERAT IN MEDIO CASTRORUM
AD IPSA CIRCUMJACENTIA POPULI CASTRA EGRESSUS EST.

VERS. 31. — VENITUS AUTEM EGREDIENS A DOMINO,
q. d.: Venitus à Domino recenter, præter nature or-
dinem, productus afflavit coturnices. Similis phras-
is est Gen. 1, v. 2; Exodi 10, 19. Fuit hæc alia missio
coturnicum ab eâ de qua Exodi 16, v. 15. Illa enim
passu post egressum ex Ægypto, primo anno contigit
in octava mansione, que fuit in Sin: hæc vero con-
tingit secundo anno, in decima tertia mansione, que
fuit in Sepularis concupiscentia.

ARREPTANS TRANS MARE (Rubrum, quod jam trans-
ierant) COTURNICES DETULIT. Unde Psal. 77, 26, ven-
tus hic afflans coturnices dicitur fuisse Africanus, sive
Libycus, qui partim occidentalis, partim meridionalis
est: nam mare Rubrum tali situ respiciebat desertum.
Unde et Joseph has coturnices, non ex Ortygiis insulis,
utpote que longè aberant (erant enim sitæ in Græciâ),
sed ex sinu Arabico, qui isabundat, afflatisserit. Hic
ergo ventus non tam naturalis fuit, quam miraculosus,
et opus potentie Dei. Nam Plinius l. 10, 25, asserit
coturnices naturaliter volare flante, non austro, utpote
humido et graviori, sed aquilone.

Nota. Hic ventus, et consequenter hæ coturnices
afflatae sunt ab angelo, vel potius angelis pluribus:
imò Abul. putat singulos coturnices à singulis angelis
esse adductas. Nam unus angelus, inquit, non poterat
virtutum suam impulsivam extendere per multas, sed
quod essent discontinue. Verum hoc est falsum: sic
enim multa millia, imò miliones angelorum occipari
debuissent in hæ coturnicum adductione. Idem ergo
angelus poterat multas adducere, videlicet omnes que
erant intra spheram sue activitatis, esto essent discon-
tinuæ. Si enim homines simul movere possunt plura,
que sunt discontinue, ergo multo magis angeli.

COTURNICES. Sept. vertunt *ortygometram*, ita vertit
et master interpres Sapient. 16, v. 2: licet enim Uly-
ses Aldrovandus ortygometram à coturnico distinguit,
tamen Scriptura pro eodem licet et alibi accipit.

Quæres cur coturnices vocantur ortygometra?

Primo, Isidorus lib. 12 Etymol. 7, et Alul. hæc
dant causam, quod hæc avis primùm sit visa in insu-
lis Ortygiis; hinc dicitur *ortyg*; sed, cur dicitur ortygo-
metra? Secundo, Janssonius, in Sap. c. 16, respondet
ortygometram dici ducent coturnicum, quasi *πτερον
δρωρον*, eo quod metron, id est, mensura et moderat-
io sit coturnicum; verum *πτερον* per *επισILON*, *δρωρον*
πτερον per *ητα* scribitur. Tertio ergo et gentinè ortygo-
metra dicitur quasi *δρωρον*, id est, coturnicum,
πτερον, id est, mater, vel *πτερον*, id est, matrix, unde
et Aristot. l. 8 Hist. anim. eam absolutè *πτερον* vocat.
Est enim ortygometra ipse rex coturnicum, qui aliis
coturnicibus major et nigrior cæteris preit, quem

ipse sequuntur ut ducem, non aliter quam apes suum
regem. Sub duce ergo totum exercitum coturnicum
accipit; ubi enim est dux, ibi est exercitus: unde Isi-
dorus: *Ortygometra*, ait, est coturnix qua grege ducit,
et Plinius eam coturnicum ducem vocat: unde et vulgò
gallicè eam vocamus, *Roi* ou *mira des caillies*. Quarto,
Hesychius in Lexico, et Petr. Nannius in Sap. c. 16:
video, inquit, illud parcelon *πτερον* adjungi quibusdam
animalibus, quando grandiora in eo genere designan-
tur, ut echnometra est echinus grandior et spinosior,
de quo Plinius l. 9, c. 21; leonimetra est leo grandior,
de quo Gesnerus in leone; sic ortygometra est cotur-
nix major. Satis enim est verisimile coturnices hæc
miraculosas, quasi Deus opus, fuisse aliis majores et
excellentes. Verum sic potius vocarentur ortygo-
metra: in plurali, jam autem vocatur ortygometra in
singulari: quare tertia explicatio jam data verior est
et solidior.

Quæres secundò cur Deus Hebræis petonibus car-
nes, potius coturnices dedit quam columbas, oves,
an seres, etc. — Respondeo primò: Quia coturnices in
copiâ ad manum erant. Abundant enim in sinu Ara-
bico, qui Hebræis vicinus erat, teste Josepho. Secun-
dò, quia coturnicum carum excellens et delicata est,
perteritur eo loco: Deum autem decet dare excel-
lentia. Ita Abulensis.

Addit Galenus et Aldrovandus coturnices epilepsia
mederi, idòque Herculeum coturnices secum vixisse,
quòcumque iter faceret, ut per eas epilepsia sue me-
deretur: unde Posta:

Servavit Herculeum coturnix strenuum.

Mysticè S. Cyrill. l. 5 in Joan. cap. 54, docet cotur-
nices denotasse legem veterem: *Nunquam enim, in-
quit, anti hæc volatu essetur, sed propè terram semper
volat. Nam et disciplina legis terrestris quodammodo est,
animalium oblationes, et purificationes continentur Julai-
cas, quibus illi non nullam à terra levabantur.*

Rursùm Beza in cap. 25 Exodi, per coturnices in-
telligit predicationes divinitus missas, que transcur-
runt per verba sonantia, quasi per aera volatilia pen-
nata, quibus per fidem ascendit hi, qui ad patriam
regni cælestis pervenire contendunt. Atque subjungit:
*Postea, ait, et volucrum esca significare legis eloquia, qua
plebem carnalem tanquam carno cibant, per verba di-
vinitus missa quasi volatilia.*

Tropologicè, coturnicum ex alia regione in aliam
migratio, significat eos qui se hic æstimant peregrinos,
et toto corpore ad cælum suspirant. Illæ enim gregatim
volant et ducem eligunt hincis; hi simul degere van-
dent, et ducem unum sequuntur. Ille austrum vident,
et aquilonem querunt: hi carnales hujus mundi pro-
spertates fugiunt, abstinentiam et penitentiam se-
cuntur. Ille ducem gregis ab accipitre acciso, aliesi
genoris alium sibi in ducem adoptant; hi Adamo pa-
rente et duce à diabolo seducto et occiso, ducem alie-
rius generis et naturæ, scilicet Christum, eligunt et
sequuntur. Ita Aldrovandus Ornithologie l. 15, c. 22.

DEMIUM IN CASTRA, decidere fecit in castra circun-
circa, per spatium unius diei.

Notat Abulensis, non tantum impios murmuratores, sed etiam viros justos ex hisce coturnicibus comidasse. Erat enim hoc Dei beneficium generale omnibus, et vel maximè iustis datum ad fruendum. Tantis enim populus ex hisce coturnicibus comedit : neque eas comedendo uli (etiam ante murmurasset) peccarunt, nisi forte gulosis eas comedendo, sed tantum peccarunt murmurando, et murmuratorie eas ligulando. Item fuit in manna, quod pariter ob murmuratum datum est : illud tamen postea omnes licite comederunt per 40 annos, Exod. 16, Num. ut ait Abulensis, populus quidem negavit, per murmur petendo manna et carnes; causa tamen ea à Deo impetravit, non fuit peccatum (peccatum enim murmuris huius rei non causa fuit, sed tantum occasio), sed hominis Dei et bonitas (quoniam iustorum non murmuratum, nec peccatum eius, quibus Deus voluit competi, et liberaliter beneficere. Unde Rabanus ait: *Carnalia populi Iudaeorum apostropha castis cibo carnis delectatione, sed Deus ita iudicium contempserit, ut puniret malos, nec fragilibus alimoniam denegaret.*

VERS. 32. — CONGRUAVIT COTURNICEM MULTITUDINEM; QUI PARUM, BECUM COLOS. Cotus continebat 50 modios, sive mensuras oim communae: 10 ergo cori faciebant 500 modios Romano; quisque enim collegit tantum quantum ad mensuram victui sufficeret; iam si quisque tantum collegit, cogit quàm immensa fuerit coturnicium multitudo : nam colligentes eas erat facile duo milliones hominum. Domus enim in quolibet modio fuisse tantum viginti coturnices, petiunt ac modus continet 20 libras fermenti : hinc sequitur quod quisque colligens 500 modios, collegit sex millia coturnicum; ac consequenter quod unus hominum milio collegit sex millia millionum, duo vero milliones hominum collegit duodecim millia millionum coturnicum. Ecce quam dives in misericordia, et liberalis in beneficiis suis est Deus : tales simus et nos in elemosynis. Deus enim hic Iudaeorum non tantum fami et gale, sed et oculis avaritiæ abundè satisfacere volens, tantam copiam coturnicum eis misit, quæ non tantum ad mensuram, uti promiserat Moses v. 20, sed et ad multos menses sufficere possent. Divide enim sex millia coturnicum per dies, tribuendo cuique diei 25 coturnices (qui enim plures vorat non die?) invenies sex millia coturnicum sufficisse cuique ad victum per 240 dies, qui faciunt menses octo. Si enim uno mense absumpserint sex millia, quolibet die vorare deberent quisque dupentas coturnices, quot ne Polyphagus quidem vorare potuisset. Mensuram ergo statuit eum eorum v. 20, quia mense exacto structurae hanc carum gulam et murmur castigare, et morte punire.

ET RECALCARENT EAS. Hebr., *expandendo expandunt eas per gyrum*, scilicet siccandi causa, ut eas asservarent in futurum, ne putrescerent : nam per mensuram integrum eas comederunt.

VERS. 35. — ABHUC CARRES ERANT IN DENTIBUS EORUM, NEC DEFICERAT BUTYRUM CIRCUS, ET EGGER FEROR DOMINI CONGREGATIS IN POPULUM, PERCUSIT VIT

PLAGA MAGNA NIMIS, q. d. : Continuo vescabantur Hebraei carnibus, nec deficiebat, videlicet ad-mensuram integrum, ut promiserat Dominus v. 20; voluit enim Deus prius prestare promissum suum, quam punire murmuratores; quos deum in fine mensis, carnibus etiam tunc dentibus suis inhaerentes, punivit plaga lethifera. Hinc videtur piteoque murmurantis gulosis comidasse has coturnices, Domque tam gulam quam durrum corum punivisse morte.

PLAGA MAGNA NIMIS. Fuit haec plaga ignis : qui deinde procihus Mosis repressus et absorptus est, uti dictum est vers. 5. Illa enim ad hunc vers. referenda esse, ibidem ostendi; plaga haec non tetigit iustos, sed solos murmuratores.

VERS. 54. VOCATUSQUE EST ILLE LOCUS, SEPULCRA CONSCIPISCENTIE : IBI ENIM SEPULCRUM POPULUM, QUI DESIDERABANT CARNES. Visant scapè haec Sepulcra concupiscentia gulosi, et maximè ebriosi, qui uti rationem, ita et animum et corpus vni sepelint : quorum proinde anima cum divite epulone mox sepelitur in inferna; caro vero ita signata sepelitur in ventre vermium et bestiarum. Audant illud Plutarchi : *In victu luxuria mortis supplicio castigatur.* Legant crebro epitaphium Sardanapalli, iam sepulti et putidi : *Hanc habes quam edis, quoque exultata litido Hanc illi : opes et quæ quondam me cuncta bobant, Non sunt, non cibus.*

Ille est ergo concupiscentie fructus, ut scilicet, sicut ait Apost. 1 Timoth. 6, 9, mergat homines in interitum et perditionem. Quare rectè monet S. Petrus Ep. 2, c. 4, 4, fugere concupiscentiam, qui in mundo est, corruptionem; et Eccl. 48, v. 50 : *Si praestes, inquit, amorem tuum concupiscentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis.*

Carotus Magnus Imper. ebriosus fuisse submergi, quia, inquit, hic vini perditur meretur, non vino, sed aqua sepehri; ut qui vino se mersit, aqua mergatur; et aqua sitim suam expleat. Alexander Magnus vino se sepelivit, et occidit : cum enim poculum ingens (dicos congius capiebat) à Protæ homine bibacissimo-propinatum bis exhausisset, concidit, decubuit, interit; testis est Athen. 1. 10, c. 11. Ita gula Israelitis in cultu Beelphegor repentiâ morte multavit, Num. 25; gula ab Esù jus primogenituræ in Jacob transtulit, Genes. 25; gula Ela gladio Zambrâ interficiendum objecit, 5 Reg. 16, 9; gula per Judith caput Holofornis abscedit; gula Simonem Machabæum cum filiis in convivio occidit, 1 Machab. 16. Denique Balthasar vni sepulchro vidit manum conscribentem mortis et excidii sententiam : *mane, talem, phara*; eademque nocte regno et vitâ spoliatus est, Daniel. 5, 25.

Nota. Josephus hæc subdidit, atque aliter narrat, uti et alias scapè : quia scribit gentilibus quibus suam gentem vel religionem commendare capit. Unde et quæ gentem et religionem Iudaeorum gentibus viam et contemptibilem efficere poterat, vel præterit, vel palliat et colorat, nil rectè advertit Abulensis hic q. ult.

VENERUNT IN HASEBOTH. Hæc est decima quarta transitio Hebræorum in deserto.

CAPUT XII.

CHAPITRE XII.

1. Locutaque est Maria et Aaron contra Moysen propter uxorem ejus Æthiopiissam.

2. Et dixerunt : Num per solam Moysen locutus est Dominus? nonne et nobis similiter est locutus? Quod cum audisset Dominus

3. (Erat enim Moyses vir mississimus super omnes homines qui morabantur in terra),

4. Statim locutus est ad eum, et ad Aaron, et Mariam : Egredimini vos tantum tres ad tabernaculum fœderis. Cùmque fuissent egressi,

5. Descendit Dominus in columnâ nubis, et stetit in introitu tabernaculi, vocans Aaron et Mariam. Qui cum essent,

6. Dixit ad eos : Audite sermones meos : Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparbo ei, vel per somnum loquar ad illum.

7. At non talis servus meus Moyses, qui in omni domo meâ fidelissimus est;

8. Ore enim ad os loquor ei : et palmam, et non per signata et figuras Dominum videt. Quare ergo non timistis detrahere servo meo Moysi?

9. Irasque contra eos, abiit

10. Nobis quoque recessit quæ erat super tabernaculum : et ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix. Cùmque respexisset eam Aaron, et vidisset perfusam lepra,

11. At ad Moysen : Obsecro, domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum quod sumpsit cumissimus,

12. Ne fiat hæc quasi mortua, et ut abortivum quod projicitur de vulvâ matris suæ : ecce jam modicum carnis ejus deoratum est à lepra.

13. Clamavitque Moyses ad Dominum, dicens : Dans, obsecro, sana eam.

14. Cui respondit Dominus : Si pater ejus visisset in faciem illius, nonne debrerat saltem septem diebus rubore suffundi? Separavit septem diebus extra castra, et postea revocabitur.

15. Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus : et populus non est motus de loco illo, donec revocata est Maria.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — LOCUTAQUE EST MARIA ET AARON CONTRA MOYSEN, PROPTER UXOREM EJUS ÆTHIOPISAM. Quæres, quemam hæc Æthiopiassam? Josephus lib. 2 Antiq. 10, et ex eo Euseb., Isidorus, et alii narrat Moysen, cum adhuc in paternâ Pharaonis domo ageret, gessisse bellum pro Ægyptiis contra Æthiopes, eosque subjuggisse proditione Tharbis, filie regis Æthiopiæ, quam proinde Moysen uxorem duxerit, et hanc esse Æthiopiissam. Verùm hujus belli et victorie æquè ac uxoris Moysi, non meminit Script., sed solius Sèphoræ. Hæc ergo Sèphoram hic vocari Æthiopiissam, quia erat Madianita. Madianita enim in Scripturâ vocatur Æthiopes, ut patet Itaque 5, v. 7; et 2 Paral. 14, r. 10, 12. Duplex enim in Scripturâ est Æthiopia, scilicet una occidentalis ultra Ægyptum, puta Abyssia, hîi modo regnat Præto-Jeanes, quæ sola jam vocatur Æthiopia; altera orientalis, quæ est Arabia, in

1. Alors Marie et Aaron parlèrent contre Moïse à cause de sa femme, qui étoit Éthiopienne, et qui se glorifiait des faveurs que Dieu faisoit à son mari.

2. Et ils dirent : Le Seigneur n'a-t-il parlé que par le seul Moïse? Ne nous a-t-il pas aussi parlé comme à lui? Ce que le Seigneur ayant entendu, il se mit en colère.

3. (Parce que Moïse étoit de tous les hommes le plus doux qui fut sur la terre), et qui donnoit moins lieu de murmurer contre lui.)

4. Il parla aussitôt à Moïse, à Aaron et à Marie, et leur dit : Allez vous trois seulement au tabernacle de l'alliance. Et lorsqu'ils y furent allés,

5. Le Seigneur descendit dans la colonne de nuée, et se tenant à l'entrée du tabernacle, il appela Aaron et Marie qui s'en tenoient éloignés. Ils s'avancèrent,

6. Et il leur dit : Écoutez mes paroles : Si se trouve parmi vous un prophète du Seigneur, je lui apparaitrai en vision, ou je lui parlerai en songe.

7. Mais il n'en est pas ainsi de Moïse, qui est mon serviteur très-fidèle dans toute ma maison.

8. Car je lui parle bouche à bouche, et il voit le Seigneur clairement, et non sous des énigmes et sous des figures. Pourquoi donc a'avez-vous pas craint de parler contre mon serviteur Moïse, que vous voyez qui n'est si cher?

9. Il entra ensuite en colère contre eux, et s'en alla.

10. La nuée se retira en même temps de l'entrée du tabernacle, et Marie parut aussitôt toute blanche de lepre comme de la neige. Aaron ayant jeté les yeux sur elle, et la voyant toute couverte de lepre.

11. Præ à Moïse : Seigneur, je vous conjure de ne pas nous imputer ce péché que nous avons commis follement,

12. Et que celle-ci ne devienne pas comme morte, et comme un fruit avorté qu'on jette hors du sein de sa mère. Vous voyez que la lepre lui a déjà mangé la moitié du corps.

13. Alors Moïse cria au Seigneur, et lui dit : Mon Dieu, guérissèz-la, je vous prie.

14. Le Seigneur lui répondit : Si son père lui avait crié au visage par mépris, ou pour la punir de quelque faute qu'elle aurait commise contre lui, j'aurais-elle pas dû demeurer au moins pendant sept jours couverte de honte, sans se précipiter devant son père? Qu'elle soit donc assés séparée lors du camp pendant sept jours, comme doivent l'être les lépreux; et après cela, on la fera revenir.

15. Marie fut donc chassée hors du camp pendant sept jours; et le peuple ne sortit point de ce lieu, jusqu'à ce que Marie fut rappelée dans le camp.

quæ habebant Amaltheæ, Madianita, etc ; hî ergo vocatur Æthiopes. Ita S. August. hic q. 20, Theod. q. 22, Raban., Rupert., Lyran., Abul., Equib., Vatabl., et Oleaster. In hoc conjugio Moysi cum Æthiopiâ, figurabatur allegoricè conjugium Christi cum Ecclesiâ gentium; tropol. conjugium Verbi cum animâ peccatrice, inquit S. Bern. ser. 33 in Cantica.

Quæres secundò cur contra Moysen ab Sèphoram insurrexerit Maria et Aaron? Verissimè est quod ait Abulensis, Sèphoram uxore mulichæ (hic enim sexus, cum sit imbecillis ingenii et iudicii, ambiciosus est, et sui honoris studiosus) voluisse se præferre Marie, eò quod uxor esset Moysi, Moseneque suum, quasi populi decem viribus extulisset, ac proposuisset Marie et Aaroni. Quare primum conclata Maria, deinde Aaron, se erigere conperunt, volentes se non tantum Sèphoram, sed et Mosi sequere, ja-

citatio sic tam nobiles esse Prophetas quam erat Moyses. Id ita esse colligitur tum ex v. seq., tum ex v. 6, ubi Deus hanc murmuris causam indicat et praescindit, docetque eos in ambitione sua falli; eò quòd Moyses praestantissimus, fidelissimus, Doctore familiarissimus sit Propheta, cuius quis alius comparari possit.

Nota. In hoc murmure maxime peccavit Maria, utpote mulier Sephorae uxora, videturque ipsa contempsisse Aaronem contra Sephoram et Mosem, unde et ipsa sola ponita est lepra, non Aaron. Addit Abul. Aaronem non esse perenssum lepra, eò quòd esset pontifex, in quo summi requirebatur munditia, auctoritas et reverentia. Gravis enim infamia fuisset in lepra Dei, si ejus pontifex Aaron fuisset aliquando leprosus. Discant hic principes et praebati, à suis praefectis et parochis arceri omnem infamiam, nec eos qui aliquando infamia laboraverunt, etiamsi jam se emendaverint, promovere et praebatari pōnō; hic enim ad praetertam infamiam tales contemnit, imò ridebit.

Alleg. S. Ambr. l. 10, Ep. 82: Ad typum, ait, Significatio hanc Maria admirandissimo pertinet, quae Hierosolymis, id est, Ecclesiae est gentibus congreganda sacramentum ignorans, quotidianò immurmurat convento, et incidit et plebi, cuius fide et ipsa exultat à perfidia sua lepra, in fine saeculi. Ita et S. Prusper. p. 2 de Praedict. c. 9, Rupert. et S. Hieron. ad Fabiol. in mansione 14. Ubi nota ex S. Hier. hoc murmur contigisse, et hanc lepraem indicatam esse Mariae in decima quarta mansione, puta in Haseroth, ut patet ex cap. preced. vers. ultimo.

VERS. 5. — ERAT ENIM MOYSES VIA MISSISSIMUS SUPER OMNES HOMINES, QUI MORABANTUR IN TERRA, q. d.: Quia Moyses erat mississimus hominum istius aetatis, hinc Mariae et Aaroni sibi obreclantibus et jurgantibus non respondit, idcirco Deus eum tuendum suscepit, et pro eo respondit.

Nota. Moses pro sorore detractrice, rogata Aaronis, orans et deprecans, in veteri Testamento fuit mississimus; sed in novo minor eo fuit S. Stephanus, ait Abulensis, qui pro suis etiam lapidatoribus, et Saulo, nemine rogante, oravit; unde et Paulum Ecclesiam imparavit, et ex Saulo Paulum effecit. Quia et hanc mansuetudine, Moses meruit colloquium et familiaritatem quasi continuam cum Deo. Audi S. Dion. Ep. 8 ad Demophilum: *Hebraeorum tradit historia, Mosem eximie mansuetudinis merito divinae amicitiae et familiaritatis dignatum; ac ei quando ipsam divino aspectu excelsae commemorat, non id ei privatum à mansuetudine defecerit confisque describit. Erat enim, inquit, mansuetus, valde, atque ita Dei famulus micat, digniorque Propheta omnibus, cui Deus visionis suae gratiam largiretur.*

Vide quid apud Dema impetret mansuetudo: vide quanta sit virtus, vide quam sit magna anima. Recte Seneca in sapiente: *Affectum, ait, doloris movet humilitas animi contentus est eo factum dictumque in honorificam: sapiens autem à nullo contemnitur, mansuetudinem suam novit. Fructus continentiae est in indignatione, et in actu patientis; et lib. de Ira: Invidium omne naturae*

querulum est: nec quidquam magnum, nisi quod simul et placidum.

Nimirum haec equanimitas, et mansuetudo in tolerandis injuriis, Christiani et vere sapientis ac magni animi est indicium. Audi rursum Senecam in lib. de Ira: *M. Catonem in balneo quidam percussit imprudens: potest satisfaciendi Cato: Non memini, inquit, percussum me, melius putavi non agnosceat quum ignosceat. Magni animi est injurias despiciere: pusilli hominis et miseri est. repetere mordentem, ut mures et formica, ad quas si manum admoveas, ora converant, imbecilla se laesi putant, si tanguntur. Et in Consolat. ad Helviam: Ducebatur Athenis ad supplicium Aristides; cui quisquam occurrebat, ingemiscebat, non tanquam in hominem judicium; sed tanquam in ipsam justitiam animadverteretur. Invenit est tamen qui in ejus faciem speret: et ille abstergit faciem, et subridens ait. comitanti se magistratum: Admonens istum, ne postea tam improbe occidat. De Julio Cesare dixit Cicero: Quod nihil oblivisci volebat, nisi injurias, uti refert S. Aug. Ep. 5. ad Marcellinum. Audi S. Basilium hom. de legendis Libris gentilium: Homo quidam in foro Periclem probris omnibus incessebat, is autem, vitium curae visus, toto die sustinuit: deinde vesperi jam discedentem cum lumine comitatus est. Rursus quidam Encelium mortem se illaturam juravit, ille vero contra juravit se potius cum isturum, et ei quantum iussit se conciliatum iri. Quidam vehementi impetu Socratis faciem eccidit: Socrates nihil commotus, aliquid non fecit, quam quòd propria fronte inscripserit: Tollis fecit, uti statuae nomen auctoris inscribitur. Aristoteles, teste Eliano, Alexandro Magno, naturè iracundo, consilium dedit ut omnibus se superentem astutians maledicta contemneret. Haec fecerunt gentiles, quid facient Christiani? Verum haec omnia longe sublimior, purior, fortior et constantior fuit mansuetudo Moysi, per 40 annos populum tam rebellem tolerantis. Fidelium exempla aliqua mox subtexam.*

Scriptis haec de se laudem Moyses tanquam calamus Spiritus sancti ad hoc scribendum impellentis: sicut S. Joannes de se scripsit, quòd erat discipulus quem diligebat Jesus. Saeculo et veris, videntur haec post Mosem, sibi ab aliquo alio scriptore hagiographo, qui haec ejus diaria digessit, esse addita et intexta, uti dixi in proemio Genesios.

Moraliter, Orig. est, ait, quedam familia mitium, cui praest Moyses: quedam patientium, cui praest Job; quedam continentium, cui praest Daniel; et mansuetudine in morte emegrebat ut familiaris suam; mitis cum mitibus, virgo cum virginibus, iracundus cum iracundis, luxuriosus cum luxuriosis, iuxta id quod dicitur Levit. 25, v. 10: *Unusquisque rediit ad familiam pristinam, quia jubileus est. Rursum propria Sanctorum virtus est mansuetudo: Beati miles, quantum ipsi possidebant terram. Audi Sapientem Eccl. 5, v. 19: *Fili, in mansuetudine opera tua perfice, et super gloriam hominem diligere. Audi Christum: Discite à me, quia mitis sum et humilis corde; et reverentis requiem. Sanctus ille senior apud Cassianum, exagitatus**

ab infidelibus Alexandrinis, rogatusque equae mira Christus supra naturam fecisset: *Haec, inquit, quòd ego comicia et injurias vestris lacessitis, ad indignationem nos movet. Alter in Vitis Patrum hanc discipulo suo disciplinam, et vitan ad perfectionem praescipit: primo, ut toto triennio aliorum onera ferret; secundo, ut altero triennio daret mercedem iis à quibus contumeliis et conviciis appetteret. Fecit ille imperata; tum senior: Adesum ergo, ut experiar quid profeceris. Ductus Athenas, cum ad portam contumeliis incesseretur, corpis ridere juvenis. Miratus alter: Quid hoc rei, inquit, quòd à me irrisus, et sanis explosus rideas? Non rideam? inquit discipulus; tres annos mercedem solvi iis qui me maledictis onerant; hodie gratis id abs te patior. Atheniensis: Ingredere, inquit, urbem; dignus es coetu sapientum. Tertius: Hec me, Pater, inquit, unum aliquid quod custodiam, ut potiar caelo. Potestne, inquit senior, comitia pati? perinde quasi caput salutis in miti tolerantia contemptus et despicientiae consisteret, idque meritò, cum Christus dixit: *In patientia vestra possidebitis civitatem deorum. Quarta, S. Anna in monasterio virginum quasi stulta, risibus et ludibriis omnium exposita, cum id mansueti et hilariter ferret, à S. Pitirone Dei instructo declarata esse totius monasterii sapientissimam, seque se sanctissimam, uti refert Palladius in Lausiacis c. 42. Quintus, abbas Pimenius in Vitis Patrum lib. 7, c. 57: *Injuriarum, ait, ferre, nec poria respondere, est amicum ponere pro proximo. Sextus, abbas Macarius ibidem: *Culpa, ait, est monachi, si laesus à fratribus, primus in charitate parato corde non occurrat. Sicut enim Suanubius suscepit Eliseum, quia cum nullo casu habebat, sui nimia quieti recipit Spiritum sanctum, et cum nullo litem aut offensam accret. Septimus, abbas Joannes, ibid. l. 6, c. 3, n. 12. *Porta caeli, ait, est injuriarum percussio, et patre nostri per multas injurias in eò gratulante ingressi sunt. Octavus, senex alius rogatus à discipulo: *Da mihi, pater, unam rem quam custodiam, et salvet per eam. Resp.: *Si poteris injuriari et offendi comitatus, et portare ac tacere, magna est res haec, et super alia mandata. Ibidem l. 5, n. 85. Norms, abbas Antonius fratrem ab illis ludatum tentavit, et reperit quòd non sulferret injuriam, dixitque ei: *Tu similes es edificio, quòd quumque habeat ingressum ornatum, per postica tamen à latronibus expugnatur; ibidem n. 88. Decimus, monachus post convicia alapa cecus à philosopho, mox aliam maxillam ei praebuit: tum ille adoravit eum, dicens: *Verè monachus es. Ibidem l. 5, c. 16, n. 16. Undecimus, Ammonius audivit sibi praedici à S. Anbaulo: *Tu ad hanc mensuram pervenies, ut nullum tibi fieri arbitris injuriam, sed ad omnem insensibilis fias ut lapis. Ibidem l. 7, c. 9.**********

VERS. 6. — SI QUIS FUERIT INTER VOS PROPHETA DOMINI, IN VISIONE APPARET EI, VEL PER SOMNIO. In visione, id est, in imaginaria, vel intellectuall representatione et raptu. Tacite hic innuit Deus Mariani et Aaronem fuisse Prophetas, eosque nonnullas à Deo visiones et revelationes accepisse, sed non

tot; nec tales, quales in dies accipiebat Moses.

Nota. Ezechielus quoque hic distinguit prophetiae species. Prima est, quae fit *hemare*, id est, in visione; secunda per somnium; tertia in enigmate, cum aliud videtur, aliud inaudit, uti erat cum Jeremias c. 1, vidit ollam accensam: cum librum comederet Ezechiel. cap. 2, 8; et S. Joannes Apoc. 10, v. 10. Quarta per figuras, cum rerum imagines intuemur, cum acies, cum choros, cum pompas, cum praclarissima quaedam conspicimus: haec quatuor sunt per abstractionem à sensibus, quia fit ut neque audiamus, neque tangamus, sed tota mens in visiones has abripatur. Quinta est, cum sensu et statu corporis immutato, allocutio divina fit homini; quae modo Deus angelos alloquitur, et allocutus est Mosem et paucos alios.

In hoc ergo sui temporis Prophetas dicitur hic superasse Moses, quòd palam et ore ad os, praesens cum praesente Possim et familiariter cum Deo colloqueretur, et, ut ex hoc loco videtur, corporeis specie etiam Deum (id est, angelum, Deum representantem) videret, maxime postquam vidit ejus gloriam in Sina Exodi 34, v. 6; ceteris vero Prophetis Deus raris loqueretur, et non familiariter, neque per se, sed per alios species et figuras, quas Prophetis objiciebat.

Judici in sur. fidei symbolo, quòd edidit Generardus in fine chronologie ult. editi. asserunt Mosem percellisse alios Prophetas in hisce quatuor: primo, quòd Deus Mosi per se, aliis vero per angelum loqueretur; secundo, quòd aliis noctu, Moses interdum loqueretur; tertio, quòd omnes alii, ad insensibilem angelum horrore et tremore contemebantur, ita ut penè exanimarentur, uti contigit Danieli cap. 10, 8: *Moses nil tale patiebatur. Quarto, quòd Moses prophetabat quodcumque volebat, ceteri non nisi eo tempore quo afflabatur Spiritu Dei: unde saepe milios mores et annos cessabant, quis à Spiritu non docebantur. Verum haec parùm falsa, parùm fallita et judaica sunt: quòd tamen vera his de more permixta sunt. Ex dictis patet nullum ex hoc loco argumentum posse colligi pro eorum sententia qui volunt Mosem hic vidisse divinam essentiam. Nam nihil novi hic de Deo dicitur, nec nulla nova ejus visio hic profertur, sed usitatum ejus cum Deo colloquium (quòd Exodi 34, 6, et alibi saepe descriptum est) iterò hic commemoratur, videt dicta Exodi 35 et 34.*

VERS. 7. — QUI IN OIKO DOMO MEA FIDELISSIMUS EST, q. d.: In tota Ecclesia mea, id est, in toto caetu Israel, nullus est Mose fidelior; hebr. est, *fidelis ipse, ubi se ipse, emphasis habet, quasi dicat: Fidelis ipse est antonomastice et per excellentiam.*

VERS. 8. — ET (PER) FIGURAS DOMINI VIDET. Haec in Hebraeo fecerunt recentiores accentu distinguendo à praecedentibus, vertuntque: *Et similitudinem Domini videt, q. d.: Moyses videt speciem Dei corporalem, in qua Deus se illi videndum exhibet. Ita et Chald. et Septuaginta, qui vertunt et gloriam Domini vidit, videlicet Exodi 34, 6. Verum Hebraeo non habent praeteritum, sed futurum, quòd hic, uti aliis saepe, pro praesenti capitur. Omnium versionum, licet verbis discrepantium, sensus eodem redit.*

VERS. 10. — NCRIS QUOQUE NECESSIT, non procedendo et praveundo; sic enim signum fulset movenda esse castra: sed ascendendo supra tabernaculum, sic enim signum erat Dei irati, et abentis à Marià et Aaron.

VERS. 20 et 21. — SICUT ET ARVIS PRIMITIAS SEPARABIS: ITA ET DE FRUMENTIS DAREIS PRIMITIAS DOMINO. Sub arvis intellige et torcularia. Sicut enim ex arvis primitias messis, ita ex vineâ vel torculari primitias vindemie et uvaram in octavo anni, puta in festo Tabernaculorum, Deo offerre debebant. Bursim primitias danda erant de pulmentis, id est, de panibus. Ita Hebr., Chald. et Septuag. Panes ergo hic vocantur pulmenta: quia prius tam Romani quam Hebræi pulvis pro panibus utebatur; unde et pultipagii sunt dicti. Nam de aliis cibus omnibus, primitias quotidie dare Deo, fuisset penè impossibile. Tantum ergo eam partem pinserant Hebræi, panem aliquem primitiarum dabant sacerdotibus, uti Levit. 15 qui in florum urbe erant, vel qui ad primitias recipiendas à pontifice et sacerdotibus erant constituti.

Adhuc hodie Judæorum mulieres quoties pinsunt, challa, id est, placentam aut tortellam, à reliquis pastâ separant, et quasi Domino consecrant. Verum quia non habent amplius templum, nec sacerdotes, quibus illa dabatur, hinc eam in cibarium conjungunt atque comolunt: dicunt enim quod non licet ea vesci, melius sanè eam darent pauperibus. Porro formula benedictionis, quæ nunc mulier in consecratione hujus placente, hæc est: Benedictus sis tu, Domine Deus noster, rex mundi, qui sanctificasti nos præceptis, et præcepisti nobis aperire placentiam de pa-

stâ; etc. De primitiis hæc plura dicam c. 18, 12. Pîd ergo, et iuxta consilium, immo legem hanc Dei, faciunt matres familiæ christianæ, quæ quoties panem pinsunt, toties panem unum in primitiis Deo et pauperibus seponunt.

VERS. 22 et 24. — QUOD SI PER IGNORANTIAM PRÆTERIBIS QUOSDAM HORUM, etc., OBLIATUM FUERIT FACERE MULTITIMO, OFFER ET TITULUM DE ARMENTO HOLOCAUSTUM, etc., HINCQUE PRO PECCATO. Dices: Levit. 3, 15, præcipitur, ut si tota multitudo filiorum Israel peccet, offerat vitulum pro peccato, comulendum extra castra: quomodo ergo lex hic præcipit, vitulum non pro peccato, sed in holocaustum, hircum verò pro peccato offerri? Respondet Cajet. Leviticum loqui de peccatis contra jus divinum naturale commissis, hanc verò legem loqui de peccatis contra jus Dei positum commissis: ideoque aliam hic, aliam ibi victimam ad expiationem præscribit. Verùm hoc non videtur verum: nam illa lex Leviticæ eodem cap. 4 loquitur de victimis et peccatis, tam principis quam particularis casusque, loquitur de quibuslibet eorum peccatis: ergo pariter eum loquitur de victimis et peccatis totius populi, de quibuslibet ejus peccatis loquitur. Deo ergo, allam esse hanc legem ab illa Leviticæ: ne preinde præter vitulum pro peccato Levit. 4 præceptum, hic iuberi populo peccanti, et insuper offerri alium vitulum in holocaustum, et hircum pro peccato. Ita Abul.

Nota. Hircus hic pro peccato non cremabatur extra castra (nil enim tale hic dicitur) uti vitulus ille Levit. 4, quia sanguis hujus hirci non inferebatur in Sanguinem sanctorum, uti inferebatur sanguinis illius vituli. Solus ergo aders hujus hirci cedebat Deo, cuius adolebatur, carnes verò cedebant sacerdoti: ita enim fiebat in aliis hostiis pro peccato, juxta legem Levit. 6, 20.

VERS. 24. — ET SACRIFICIUM EJUS, AC LIBA. Sacrificium, farreum intellige: Hebr. enim est mincha; sicut verò sunt libamina olei et vini, quo cum vitulo et hircio offerri, CREMOSUM, hic à me præscriptum, restulunt.

VERS. 25. — QUONIAM NON SPONTE PECCAVERTIS. Quia si sponte, et per superbiam contempnens præceptum Dei peccaverit quis, hinc culpam hanc non expiabit sacrificio, sed à iudice, si res constaret, si res autem, à Deo puniebatur et occidebatur, ut patet v. 31.

NON MINUS OFFERENS INCENSUM DOMINO, ET D. Dimittit eis peccatum, quia per ignorantiam commissum est, ita tamen, ut nihilominus offerant incensum, id est, sacrificium sive victimam jam præscriptam, quæ Deo immolatur et adolatur. Patet ex Hebr., Chald. et Sept. Sic enim incensum, vel, ut Hebr. est, ignito, sæpè in Levitico capitur, non pro thymamate, sed pro sacrificio et victimâ animalium.

VERS. 30. — QUONIAM AVERTENS DOMINUM REBELLES FUIT. Sept. et Chald., quoniam Dominum irritavit.

VERS. 31. — PRÆCEPTUM FECIT IRITUM, non quod obligationem præcepit, sed quod ejus finem et usum, qui est obidire præcepto. Sic Hebræi sæpè dicunt, irritum fecit legem, id est, legem transgressus est, vio-

lavit, illique inobediens fuit; talis enim quantum in se est, infringit, destruit, et irritum facit ipsam legem.

VERS. 32. — FACTUM EST AUTEM CUM, etc., INVENISSET HOMINEM COLLECTEM LIGNA IN DIE SABBATI. Hinc patet, in deserto servatum fuisse sabbatum, etsi alia caeremonialia sabbati servata non sint: quia sabbatum, Dei voce in Sina, toti populo pronuntiatum erat, Exodi 20, 8. Servatum ergo Hebraei in deserto sabbatum, quoad vacationem ab operibus, non autem quoad sacrificia, ut scilicet in sabbato offerrent duos agnos, unum mane, alterum vespere; nec enim post discessum à Sina sacrificarunt, nisi in Canaan.

VERS. 31. — NECESSITES QUAE SUNT TO FACERE DEBERENT. Hebr. *kilo parais*, id est, quae non declaratur, vel, ut Septuaginta, *decretum erat, quid foret ei*. Licet enim Exodi 31, 14, post mortis lata esset in violente sabbatum, tamen ignorabant Hebraei an pro tanto opere, quae erat colligere ligna, morte aliquem plerumque vellet Deus, et si id vellet, ignorabant qua genere mortis eum afflicto euperet. Inbet ergo hic Deus cum lapidari. Vide hic quam rigido et severe procedit et festa sua servari mandet Deus. Greg. Turonens. 1. 1. de Gloria Mart: 15, parat mulieris custodiam Dominica die pisenitis panem, manum prolatiis divino igne fuisse succensam.

Rodericus Tolotanus p. 4 Hist. Hispan. narrat Joannem Castellae regnum victoriosum, cum Dominica die ante prandium equitationi vacaret, ab equo cespitante dejectum et obitum occubuisse, ut discamus dicam festum dare Deo, non venationibus, aut vanis ludis. In Vita S. Austregisilli archiepiscopi Bitor. quo extat apud Surium 20 Maii, c. 9, narratur quod, cum molitor quidam nomine Mompulphus, die Dominica molam reficeret, manubrium instrumenti epus manum illa adhaerit, ut nullus id inde posset amovere. Proripuit etiam sanguis inter digitos, qui comprescens fovere suo omnibus movebat nascentem. Sed hic S. Austregisillo manum ejus tangente sanatus est. Eucherius in Vita S. Mauricii et sociorum martyri. scribit, auriferam quemdam gentilem, quod Dominica die domi laboraret, à Theodosio martyribus verberatum fuisse, eoque terrore Christianum effectum esse.

VERS. 33. — DIES AD EOS, UT FACIANT SIBI FIBRIAS PER ANGULOS PALLOREUM. Hebr. *ut faciant sibi fibrias ad alas*, id est, ad extremitatem vestium, puta extimarum, quae pallia vocantur: in his ergo jubentur Hebraei fibrias filam assere, vel atterere, ut texitur

CAPUT XVI.

1. Ecce autem Core filius Isaar, filii Caath, filii Levi, et Dathan atque Abiron, filii Eliab, Non quoque, filius Pheleth, de filiis Ruben,

2. Surrexerunt contra Moysen, alique filiorum Is-

eo modo, quo videmus fibrias, vel fila reliqua extare in extremitatibus telarum.

Hinc Pharisaei, teste Christo Matth. 23, 5, ut videntur religiosiores aliis, magnificabant hasce fibrias, imò Christus ipse, more genitis sup, gestavit has fibrias, ut patet Luc. 8, 44, ubi mulier haemorrhoeosa tetigisse dicitur fibriam vestimenti Christi, et continuo sanata esse. Super has fibrias inobediens Judas, et extendebat circumcirca filum, vel teniam, sive vittam hyacinthinam, idque tum distinctionis causa, ut hoc signo à gentilibus dignoscerentur: tum pietatis ergo, ut scilicet hoc esset quasi memento non mandatorum Dei. Porro erant has fibrias janthini, id est, violacei et caelestis coloris, ut per hoc significaretur, Judaeorum conversationem et spem debere esse in caelo, ut cogitationem habentes apud Deum, Dei timorem et presentiam semper ob oculos haberent: hoc enim est quod sequitur: *Quas cum viderint, recorderent omnium mandatorum Domini.*

Judas adhuc hoc tempore, in synagogis suis hac caeremoniam nutant. Habent enim inter exteras vestes inam similem thoraci, nisi quod manicis caret, quae utantur quotidie in precibus suis, eamque induunt super omnes alias vestes, illamque vocant *arba caphoth*, id est, quadrangulum: habet enim quatuor alas vel angulos, in quibus pendunt zizithi, id est, fila illa retorta, sive fibria, quae ipsi vulgo *zotem* nuncupant, dicantque eas peculiararem habere vim contra malam concupiscentiam, idque ex eo quod hic subditur: *Nec sequantur cogitationes suas et oculos, per res varias fornicantes.* Quare qui inter eos religiosiores, vel potius superstitiones sunt, hac veste fibriata semper induuntur sub aliis vestibus, inquit Olear et alii. Ad dit S. Hier. in c. 25 Matth. Judaeos fibris hisce inseruisse acutissimas spinas, ut ambulantes per carum puncturam, legis divinae semper admonerentur. Quid jam faciant Christiani? quomodo satagent, ut lex Dei eorum oculis jugiter observetur?

VERS. 30. — NEC SEQUANTUR COGITATIONES SUAS ET OCULOS, PER RES VARIAS FORNICANTES. Hebr. *ne exploratis, vel aspiciatis, aut investigatis post cor vestrum, et post oculos vestros, post quos vos fornicamini*, q. d.: Gerite has fibrias, ut illis admoniti legis Dei, non sequamini cogitationes, et, ut Chald. verit. *habitu*, id est, curiositatem impiam cordis vestri, et concupiscentiam oculorum vestrorum, quae sequentes aberratis à praeceptis Dei, et tanquam fornicari alieno rerum concupitarum amore, et peccatis vos polluitis, ait Vatabl.

CAPITULUM XVII.

1. En ce temps-là, Coré, fils d'Isaar, petit-fils de Caath, et arrivé petit-fils de Lévi, enfants de la pléiade d'Aaron, qui, étant de la même tribu, lui avait été préféré dans le sacerdoce; et Dathan et Abiron, fils d'Eliab, et Hon, fils de Pheleth, de la famille des Ruben; premier-né de Jacob, portaient impatiemment que Moïse, qui n'était que de la tribu de Lévi eût la première autorité sur tout le peuple.

2. S'élevèrent contre Moïse et Aaron, qu'ils regardaient comme des ambitieux qui s'étaient injustement emparés des deux premières dignités de la république. Ils entraient avec eux dans cette conspiration deux

rael docenti quinquaginta viri proceres synagoga; et qui tempore concilii per nomina vocabantur.

5. Cùmque sufficisset adversum Moysen et Aaron, dixerunt: Stulticis vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, et in ipsis est Dominus: cur elevamini super populum Domini?

4. Quod cum audisset Moyses, cecidit pronus in faciem:

5. Locutusque ad Core et ad omnem multitudinem: Manè, inquit, notam faciet Dominus qui ad se pertinent, et sanctos applicabit sibi: et quos elegerit, appropinquabunt ei.

6. Hoc igitur facite: Tollat unusquisque thuribula sua, tu Core, et omne concilium tuum:

7. Et hausto eras igne, ponite desuper thymiama coram Domino: et quemcumque elegerit, ipse erit sanctus: nullum originum, filii Levi.

8. Dixitque rursum ad Core: Audite, filii Levi:

9. Num parum vobis est, quod separavit vos Deus Israel ab omni populo, et junxit sibi, ut servitris ei in cultu tabernaculi, et staretis coram frequentia populi, et ministraretis ei?

10. Idcirco ad se fecit accedere te, et omnes fratres tuos filios Levi, ut vobis etiam sacerdotum vindicetis,

11. Et omnis globus tuus stet contra Dominum? Quid est enim Aaron, ut murmuretis contra eum?

12. Misit ergo Moyses ut vocaret Dathan et Abiron, filios Eliab. Qui responderunt: Non venimus.

15. Numquid parum est tibi quod eduxisti nos de terra quae lacte et mellis manabat, ut occideres in deserto, nisi et dominatus fueris nostri?

14. Bevera induxisti nos in terram quae fluit rivis lactis et mellis, et delistis nobis possessiones agrorum et vinearum; an et oculos nostros vis erueris? Non venimus.

15. Iratusque Moyses valde, ait ad Dominum: Ne respicias sacrificia eorum: tu scis quod ne astellam quidem unquam acciperem ab eis, nec affixerim quempiam eorum.

16. Dixitque ad Core: Tu, et omnis congregatio tua, state seorsum coram Domino et Aaron die crastino, separatim.

cent cinquante hommes des enfants d'Israël, qui étaient des principaux de la Synagoga, et qui, dans le temps des assemblées, étaient appelés par leurs noms, comme étant les chefs de leurs tribus et les plus considérables parmi le peuple.

5. Ces sédicieux, s'étant soulevés contre Moïse et contre Aaron, leur dirent: Qu'il vous suffise d'avoir eu jusqu'à présent l'autorité sur nous; il est juste qu'elle passe maintenant à d'autres, puisque tout le peuple est un peuple de saints, et que le Seigneur est avec vous aussi bien qu'avec nous. Ils sont tous en état de gouverner et d'exercer les fonctions du sacerdoce: pourquoi donc vous élevez-vous sur le peuple du Seigneur, comme si vous aviez quelque avantage sur les autres? Et pourquoi vous attribuez-vous des fonctions qui ne vous appartiennent pas plus qu'à eux?

4. Ce que Moïse ayant entendu, il se jeta le visage contre terre pour implorer le secours et la protection du Seigneur.

5. Et s'étant relevé, il dit à Core et à toute sa troupe: Demain au matin, le Seigneur fera connaître qui sont ceux qui lui appartiennent. Il joindra à lui ceux qui sont saints; et ceux qu'il a élus pour gouverner son peuple et pour exercer les fonctions de son sacerdoce s'approcheront de lui.

6. Faites donc ceci: Prenez donc vous avec en soin de vous pourvoir d'encensoirs, comme si vous aviez été surs du sacerdoce, que chacun de vous prenne son encensoir, vous Core, et toute votre troupe.

7. Et demain, ayant pris du feu dans vos encensoirs, vous offrirez de l'encens devant le Seigneur, et celui-là sera saint et consacré un sacerdoce du Seigneur que le Seigneur aura lui-même choisi. Vous vous élevez beaucoup, enfants de Lévi, Dieu vous humiliera.

8. Il dit encore à Core: Ecoutez, enfants de Lévi:

9. Est-ce peu de chose pour vous que le Dieu d'Israël vous ait séparés de tout le peuple, et vous ait joints à lui pour le service dans le culte du tabernacle, et pour assister en sa présence devant tout le peuple, en faisant les fonctions de votre ministère?

10. Est-ce pour cela qu'il vous a fait approcher de lui, vous et tous vos frères, les enfants de Lévi, afin que vous usurpiez même le sacerdoce, qu'il n'a pas voulu vous donner.

11. Et que toute votre troupe se soulève contre le Seigneur? Car qui est Aaron pour être l'objet de vos murmures? C'est le Seigneur même que vous attaquez, lui qui l'a élevé à cette dignité.

12. Moïse voulait aussi parler aux autres conjurés: il envoya donc appeler Dathan et Abiron, fils d'Eliab, qui n'étaient point venus avec Core, quoi qu'ils fussent de son parti. Mais ils répondirent: Nous n'avons point. Puis ils ajoutèrent, en s'adressant à Moïse:

15. Ne vous doit-il pas suffire que vous nous ayez fait sortir d'une terre où coulaient des ruisseaux de lait et de miel, pour nous faire périr dans ce désert, sans vouloir encore nous dominer avec empire, et nous obliger de nous soumettre à tout ce que vous dites, comme si nous avions bien lieu de nous fier en vos promesses?

14. Ne nous avez-vous pas véritablement tenu parole en nous faisant entrer dans une terre où coulent des ruisseaux de lait et de miel, et en nous donnant des champs et des vignes pour les posséder, comme vous nous l'aviez assuré? Voulez-vous encore nous arracher les yeux, pour nous empêcher de voir que vous nous trompez, et n'est-ce point pour cela que vous voulez que nous allions vous trouver? Nous n'avons point.

15. Moïse entrant donc dans une grande colère, à cause de l'insulte que l'on faisait à Dieu, dit au Seigneur: Ne regardez point leurs sacrifices, et faites tout ce que votre vocation vient de vous. Mon déintéressement de trait les en convaincra; car vous savez que je n'ai jamais rien reçu d'eux, non pas même un anneau; et que je n'ai jamais fait tort à aucun d'eux.

16. Et il dit encore une fois à Core: Présentez-vous demain, vous et toute votre troupe, d'un côté devant le Seigneur, et Aaron s'y présentera de l'autre.

17. Tollite singuli thuribula vestra, et ponite super ea incensum, offerentes Domino ducenta quinquaginta thuribula : Aaron quoque teneat thuribulum suum.
18. Quod cum fecissent, stantibus Moyses et Aaron.
19. Et concerserunt adversum eos omnem multitudinem ad ostium tabernaculi, apparuit cunctis gloria Domini.
20. Locutusque Dominus ad Moysen et Aaron, ait :
21. Separimini de medio congregationis hujus, ut eos repente disperdam.
22. Qui occiderunt proci in faciem, atque dixerunt : Fortissime Deus spirituum universa: carnis, num uno peccante, contra omnes ira tua deserviet ?
23. Et ait Dominus ad Moysen :
24. Precipe universo populo ut separetur à tabernaculis Core, et Dathan, et Abiron.
25. Surrexitque Moyses, et abiit ad Dathan et Abiron : et sequentibus eum senioribus Israel.
26. Dixit ad turbam : Recedite à tabernaculis hominum impiorum, et nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne involvamini in peccatis eorum.
27. Cùmque recessissent à tentoriis eorum per circulum, Dathan et Abiron egressi stabant in introitu papilionum suorum cum uxoriis et liberis, omnique frequentia.
28. Et ait Moyses : In hoc scietis quod Dominus miserit me ut facerem universa que cernitis, et non ex proprio ea corde protulerim :
29. Si consueti hominum morte interfierint, et visitaverit eos plaga, quæ et externi visitari solent, non misit me Dominus :
30. Si autem novam rem fecerit Dominus, ut aperiens terra os suum deglutiat eos et omnia que ad illos pertinent, descenderintque viventes in infernum, scietis quod blasphemaverint Dominum.
31. Confessum igitur ut cessavit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum :
32. Et aperiens os suum, devoravit illos cum tabernaculis suis et universa substantia eorum.
33. Descenderuntque vivi in infernum, operi humo, et perierunt de medio multitudinis.
34. At verò omnis Israel, qui stabat per gyram, fugit ad clamorem percussorum, dicens : Ne fortè et nos terra deglutiat.
35. Sed et ignis egressus à Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros qui offerrebant incensum.
36. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :
37. Precipe Eleazar, filio Aaron, sacerdoti, ut tollat thuribula que jacent in incendio, et ignem hinc illucque dispergat : quoniam sanctificata sunt.
38. In mortibus peccatorum : proindeque ea in laminas, et affigat altari eo quod oblatum sit in incensum Domino, et sanctificata sint, et cernant ea pro signo et monumento filii Israel.
39. Tullit ergo Eleazar sacerdos thuribula zæca, in quibus obtulerant hi quos incendium devoravit, et protulit ea in laminas, affigens altari.

17. Prenez chacun vos encensoirs, et mettez-y de l'encens, offrant au Seigneur deux cent cinquante encensoirs ; et qu'Aaron tienne aussi son encensoir.
18. Ce que Core et sa troupe ayant fait le lendemain en présence de Moïse et d'Aaron,
19. Et ayant assemblé tout le peuple à l'opposite d'eux à l'entrée du tabernacle, la gloire du Seigneur apparut à tous.
20. Le Seigneur parla à Moïse et à Aaron, et leur dit :
21. Séparez-vous du milieu de cette assemblée, afin que je les perde tout d'un coup.
22. Moïse et Aaron se jetèrent le visage contre terre, et ils dirent : O Tout-Puissant ! ô Dieu des esprits qui aimez toute chair ! votre colère éclatera-t-elle contre tous pour le péché d'un homme seul ?
23. Le Seigneur dit à Moïse : Non, je n'envelopperai point les innocents dans la ruine des coupables.
24. C'est pourquoi commande à tout le peuple qu'il se sépare des tentes de Core, de Dathan et d'Abiron.
25. Moïse se leva donc et s'en alla avec des tentes de Dathan et d'Abiron, étant suivi des anciens d'Israël :
26. Et il dit au peuple : Retirez-vous des tentes des hommes impies, et prenez garde de toucher à aucune chose qui leur appartienne, de peur que vous ne soyez enveloppés dans leurs péchés.
27. Lorsqu'ils se furent retirés de tous les environs de leurs tentes, Dathan et Abiron sortant dehors se tenant à l'entrée de leurs pavillons avec leurs femmes et leurs enfants, et toute leur troupe.
28. Alors Moïse dit au peuple : Vous reconnaîtrez à ceci que c'est le Seigneur qui m'a envoyé, pour faire tout ce que vous voyez, et que ce n'est point moi qui l'ai inventé de ma tête.
29. Si ces gens-ci meurent d'une mort ordinaire aux hommes, et qu'ils soient frappés d'une plaie dont les autres ont accoutumé d'être aussi frappés, ce n'est point le Seigneur qui m'a envoyé :
30. Mais si le Seigneur fait un prodige nouveau, que la terre s'entrouvre et les engloutisse avec tout ce qui est à eux, et qu'ils descendent tout vivants en enfer, vous sçavez alors qu'ils ont blasphémé contre le Seigneur.
31. Aussitôt donc qu'il eut cessé de parler, la terre se rompit sous leurs pieds,
32. Et s'entrouvrant, elle les dévora avec leurs tentes, et tout ce qui était à eux.
33. Ils descendirent tout vivants dans l'enfer, étant couverts de terre, et ils périrent du milieu du peuple.
34. Tout Israël, qui était là autour, s'élevait en cri des mourants, en disant : Craignons que la terre nous engloutisse aussi avec eux.
35. En même temps le Seigneur fit sortir un feu qui tua les deux cent cinquante hommes qui offraient de l'encens.
36. Et le Seigneur parla à Moïse, et lui dit :
37. Ordonnez au prêtre Eleazar, fils d'Aaron, de prendre les encensoirs qui sont demeurés au milieu de l'embrasement, et d'en jeter le feu de côté et d'autre, parce qu'ils ont été sanctifiés.
38. Dans la mort des pécheurs ; et après qu'il les aura réduits en lames, qu'il les attache à l'autel, parce qu'on y a offert de l'encens au Seigneur, et qu'ils ont été sanctifiés ; afin qu'ils soient comme un signe et un monument de la juste colère du Seigneur, exposés sans cesse aux yeux des enfants d'Israël.
39. Le prêtre Eleazar prit donc les encensoirs d'airain, dans lesquels ceux qui furent dévorés par l'embrasement avaient offert de l'encens ; et les ayant fait réduire en lames, il les attacha à l'autel, par-dessus celles dont il était déjà couvert,

40. Ut haberent postea filii Israel, quibus commoneretur, ne quis accedat alienigena, et qui non est de semine Aaron, ad offerendum incensum Domino, ne patiarit sicut passus est Core, et omnis congregatio ejus, loquente Domino ad Moysen.
41. Murmuravit autem omnis multitudo filiorum Israel sequenti die contra Moysen et Aaron, dicens : Vos, interfecistis populum Domini.
42. Cùmque oriretur seditio, et tumultus incesceret.
43. Moyses et Aaron fugerunt ad tabernaculum foderis. Quod, postquam ingressi sunt, operuit nubem, et apparuit gloria Domini.
44. Dixitque Dominus ad Moysen :
45. Recedite de medio hujus multitudinis, etiam nunc delebo eos. Cùmque jacerent in terra,
46. Dixit Moyses ad Aaron : Tolle thuribulum, et hausto igne de altari, mitte incensum desuper, pergens cito ad populum ut roges pro eis : Jam enim egressus est ira à Domino, et plaga deservit.
47. Quod cum fecisset Aaron, et incurrisset ad mediam multitudinem, quam jam vastabat incendium, obtulit thymiama :
48. Et stans inter mortuos ac viventes, pro populo deprecatus est, et plaga cessavit.
49. Fuerunt autem qui percessi sunt, quatuordecim mille hominum, et septingenti, absque his qui perierant in seditioe Core.
50. Reversusque est Aaron ad Moysen ad ostium tabernaculi foderis, postquam quiescit iteritus.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — EGIT AUTEM CORE FILIUS ISAAI, FILII CAATHI FILII LEVI. Hinc patet, Core fuisse consobrinum Moysi et Aaronis, adeoque Moysi et Core fuisse duorum fratrum, scilicet Amram et Isaar, filios. Caath enim genuit Amram et Isaar ; Amram genuit Moysen et Aaron ; Isaar verò genuit Core, ut patet partim hic, partim Exodi 6, 18.

VERS. 2. — SECESSERUNT CONTRA MOYSEM, non tam ejus principatum amittentes, quam Aaronis sacerdotio invidentes, quasi illud inique à se, utpote primogenitis (primogenitis enim in lege patere competebat sacerdotium) ablatum esset, et in solum Aaronem à Mose fratre translatum ; maxime verò Core, qui erat primogenitus Isaar, ut patet Exodi 6, 24, et consobrinus Aaronis, invidit eum sibi præferri, et tunc electum esse in sacerdotem, se verò tantum esse Levitum. Id patet ex v. 40, ubi Moyses cum ambibus sacerdotiis arguit ; hinc et jussit litam hanc dirimi thuribulis, attolendo thymiama, quod utique sacerdoti erat.

Permissit Deus hoc Core murmur et seditioem, ut per eam Aaronis sacerdotium confirmaretur et illustraretur. Non enim potest fidelium et sacerdotum Dei gloria resplendere, nisi eam infidelium reprobatum et pœna commendet. Quare Core hic expressus fuit hæreticorum et pseudo-sacerdotum typus. Ita Orig. Bom. 9. Hinc verisimile est hanc seditioem excitatam esse à Core, paulò post Aaronis consecrationem,

40. Pour servir à l'avenir d'un signe et d'un avertissement aux enfans d'Israël, afin que nul étranger, ni aucun qui ne soit pas de la race d'Aaron, n'entreprenne de s'approcher du Seigneur pour lui offrir de l'encens, de peur qu'il ne souffre la même peine qu'a soufferte Core et toute sa troupe, selon que le Seigneur l'avait prédit à Moïse.

41. Le lendemain toute la multitude des enfans d'Israël, au lieu de profiter d'un si grand exemple, et d'être soumis à Dieu, murmurèrent contre Moïse et Aaron, en disant : Vous avez tué, vous autres, le peuple du Seigneur.

42. Et comme la sédition se formait, et que le tumulte augmentait,

43. Moïse et Aaron s'enfuyèrent au tabernacle de l'alliance. Lorsqu'ils furent entrés, la nue les couvrit, et la gloire du Seigneur parut devant tous.

44. Et le Seigneur dit à Moïse :

45. Retirez-vous du milieu de cette multitude, je m'en vais les exterminer tout présentement. Alors Moïse et Aaron s'étant prosternés contre terre pour appaiser la colère du Seigneur qui commençait à éclater,

46. Moïse dit à Aaron : Prenez votre encensoir, vite vers le peuple, afin de prier pour lui ; car la colère est déjà sortie du trône de Dieu, et la plaie commence à éclater contre le peuple.

47. Aaron fit ce que Moïse lui commandait : il courut au milieu du peuple que le feu embrasait déjà ; il offrit l'encens,

48. Et se tenant debout entre les morts et les vivans, il pria pour le peuple, et la plaie cessa.

49. Le nombre de ceux qui furent frappés de cette plaie fut de quatorze mille sept cents hommes sans ceux qui étaient péris dans la sédition de Core.

50. Et Aaron revint trouver Moïse à l'entrée du tabernacle de l'alliance, après que la mort se fut arrêtée.

inost quot malignos censores? Quisquis aliquid pelehri et magni moliris, scito te secuturum momentum: sed cum non cura, cum opus tuum laudat Christus. Cessabunt rodere momi; virtus tua et laus tua in theatro muadi totius celebrabitur, idque in aeternum.

PER NOMINA. Hebr., *ciri nominis*, id est, celebres, pura primum et senatores, qui ad consilium evocari solebant.

VERS. 5. — SUFFICIAT VOBIS, ut privati vitalis, et vestra sorte singuli contenti silis.

QUA OMNIS MULTITUDO SANCTORUM EST, quasi dicant: Omnis hic Hebraeorum populus sanctus est, Deoque per veram fidem, religionem, cultum et pactum in Sua in finem devinctus, et quasi consecratus, sequi se vos, o Moses et Aaron.

ET IN IUSIS EST DOMINUS. Primo, pleniis eis e celo manna. Secundo, praeter iter in columnis nubis. Tertio, habitans cum eis in tabernaculo; quasi dicant: Totus hic populus est Dei, et Deus est in eo: non ergo vos, o Moses et Aaron, gerere debetis quasi reliquis sanctioribus Deoque conjunctioribus silis, ideoque velle eis praesse.

Moraliter, disce hie, quam tumultuosus sibi et aliis sit ambitio. Praeclari S. Paulinus epist. ad Commodianum: *Blandiam, inquit, noniam huius, sed male servitus; et Philo l. de Joseph: Cogita, ait, qui honorem affectat, tempestatem se affectare.* Et S. Greg. l. p. Pastoral. c. 9: *Quid, inquit, est potestas culmini, nisi tempestas nuntis?* Et l. 32 Mor. c. 17, vel 19: *Quine, ait, quod hic eminet, plus muribus officitur, quam horribus punitur.* Et S. Bern. l. 5 de Consid.: *Ambitio, inquit, ambitum erat; nihil acerbitus cruciat, nihil molestias impudat.* Et ep. 42: *Meditantibus, ait, honores blanduntur, sed omnia pensantibus terrores sunt ac formidini.* Et serm. 6 in Psal: *Qui habuit: Veritas, inquit, est, quae sedula suggestione reducit in mentem, quam sit in ambigua frivola consolatio, grae iudicium, vana brevis, falsi ignota.* Recte enim, ait Seneca, ambitio scenam et theatrum quaerit.

Merito ergo S. August. asserti se inter honores et laudes tremere. Sic enim ait ser. 5 de Verbis Domini: *Laudes vestras gravant nas potius, et in periculum militant. Tolerantius illas, et trucidius inter illas.* Et hom. 80: *Honore te querere debet, non illum in. S. Hier. in vita S. Pauli: Fugiendo, inquit, gloriam, gloriam Paulus merebatur, quae virtutem quasi umbra sospitum, et oppositorum sui fugiens, sequitur contemptora.* S. Chrys. hom. 5 in Gen.: *Gloria, ait, hument tunc modo ubertis fruitur, quando cum despicimus.*

VERS. 4. — QUID CUM ADIBIT MOYSES, CEDUNT FRONS IN FACIEM, humilliter deprecans Dominum ut seditionem hanc Core discerneret, atque in oratione responsum accepit, id quod sequitur.

VERS. 5. — MANE NOTUM FACIET DOMINUS, qui ad se PERTINENT. Ad verba haec alludit Apostolus I Tim. 2, 10, dicens: *Cognovit Dominus qui sunt eius, ut ibi dicit.*

ET SANCTOS APPLICABIT SIBI. Sanctos, id est, a se silii segregatos et electos ad sacerdotium; sic et infra

v. 7 et alibi, *sanctus vocatur segregatus ad sacerdotium.*

VERS. 7. — PONITE THYMIANA CORAM DOMINO, Coram Sancto sanctorum, in altari thymianatis.

ISE ERIT SACRIFICIUM. Sanctus, id est, segregatus et electus a Deo ad sacerdotium, ut dixi v. 3.

MELTEM ERIGENTI, FILII LEVI. Hebr., *manna tobia*, scilicet sumitis et arrogatis, q. d.: Tu, o Core Levita, cum tuis valide superbis; quia non tantum in me, et in Aaron, sed et in Deum, qui hae ordinavit et constituit, insurgis.

VERS. 9. — NEH PARUM VOIBS EST, QUID SEPARAVIT VOS DEUS, etc., UT SERVIRETIS EI? Hebr. est eis, Chald pro eis, sed eodem hae omnia redeunt; Core enim, et ceteri Levitico serviebant ei, id est, Deo, pro eis, scilicet Israelitis.

Nota hic, quanta sit dignitas esse clericum, esse Levitam, dedicari Dei cultui, servire tabernaculo. B. Thomas Morus hae re gaudebat et gloriabatur: nam in publica supplicatione ipse ericem sacerdoti praeferebat, et vulgaris clerici aut aditum minus obibat, serviebat sacerdoti sacrificanti, eique cantum ipse indutus superpellicium succinabat instar custodis: cimumque dix Norfolkense casu superueniens diceret, hoc cum dedecere, esseque praeter ejus dignitatem (erat enim tunc Morus Angliae Cancellarius) regique Henrico displiciturum, respondit Morus: *Domino meo regi displicere non potest, quod ipsius regis Domino. Do mino, inquam, dominantium, obsequium impendo.*

VERS. 11. — ET OMNIS GLOBUS TIBI (congregatio tua, gregales tui) STET CONTRA DOMINUM.

QUID EST ENIM AARON? q. d.: Quid fecit Aaron? nec enim ipse se ingressi sacerdotio, sed ad id a Deo vocatus est.

VERS. 12. — MISIT ERGO MOYSES, scilicet legatum, ad absentes Dathan et Abiron, et etiam ad Hon; nam Core solus erat praesens Mosi.

NON VENIENS, nolimus venire.

VERS. 14. — REVERA INDEMITI NOS IN YERBAH, QUE FLENT RIVIS LACTIS ET MELLIS. Est sapientissimus, quasi dicant: Haecine in deserto est terra libens lacte et melle, in quam tu, o Moses, nos ex Aegypto inducturum promisisti? Unde Biblia Romana legitur hae sine interrogatione. Nam Hebr. et Chald. habent assertive: *Utique non induxisti nos in terram lactis et mellis.*

AN EX OCVLOS NOSTROS VIS ERBERE? Hebr., *in oculis hominum horum*, qui videlicet nobiscum sunt, vis erere? ut scilicet non videant inas fraudes et imposturas, quasi dicant: Ideone vos nos ad te, ut nobis perstringas, vel exerceas oculos, non vilem tuis technas, quibus per favorem Aaroni, utpote fratri tuo, sacerdotium, nobis ab eo exclusis, inique consignasti? sicut haecenas nobis per dulcia tua verba et promissa oculos perstringisti, nosque dementasti, ut te et opulentia regione Aegypti, sequeremur in sterile et aridum hae desertum? Aliqui sic interpretantur, quod effossio oculorum fuerit pena inobedientiae et rebellionis, q. d.: Etiamsi nobis pro ista inobedien-

tia et rebellionem, quod ad te non venimus, oculos erere velis, non tamen venimus ad te.

VERS. 15. — TRASTUQ MOYSES VALDE, AIT AD DOMINUM: NE RESPECTIS SACRIFICIA EORUM. Sacrificia vocat thurificationes: nec enim victimas obtulerunt hi rebelles, sed tantum thymiana, ut patet ex sequent.

TE SOD QUO NE ANTELLM QUIDEM UNQUAM ACCEPERIM AD EIS, q. d.: Vide ergo, Domine, quam inique me ambitus, tyrannidis et dari dominatus accusent.

VERS. 17. — TOLLITE SINGULI THURIBULA VESTRA, ET PONITE SUPER EA INCENSUM, OFFERENTES DOMINO DECENTA QUINGAGINTA THURIBULA. Seditioni proceres, socii Core, erant 250, ut patet v. 2; totidem hie numerantur thuribula, quia singuli cum Aaron de sacerdotio contendeant, illudque sibi arrogabant. Hinc potius thurificationem quam maculationem victimarum voluit Deus explorari et declarari suam in hae lite sententiam: quia pretiosa, longa et operosa fuisset 250 victimarum immolatio, thymiana vero et thuribula ad manum erant. Adde, thure omnium gentium ritu coli Deum, et thurificationem esse sacrificium, atque ad dignissimum Deo sacrificium.

Nota. Haec 250 thuribula non fuerat accepta ex tabernaculo, et altari holocaustorum: hae enim thuribula erant Dei, Moisi et Aaroni; non autem horum rebellium, contra Deum et Mosem certantium; sed quomque silii sum ex aere, ut patet v. 59, levi opere fecisse thuribulum, vel autem, cum ad sacerdotium aspirare, et inter se conspirare coeperunt, vel certe mox, ut Mozes hanc eis facultatem dedit, eduxerunt ut quisque summ afferret thuribulum cum incenso. Ita Abolens.

VERS. 18. — QUID CUM FEGISSENT 250 proceres seditioni, non vero Core, Dathan, Abiron et Hon. Hi enim 4 noluerunt venire ad Mosem, et ad tabernaculum, sed domi in suis tabernaculis manserunt ex superbia et contumacia: forte etiam, quia timebant ultionem Dei, quam viderant in Nadab et Abin, quaque 250 eorum socii thurificationibus postea obvenit, v. 55.

VERS. 19. — ET CRACERVASENT (hi 250 proceres) ADVERSUS CUM (Mosen) OMNEM MULTITUDINEM. Hi enim 250 seditioni convocatum multitudinem populi contra Mosem, ut singuli viderent hae experimentum sui sacerdotii, illique applaudebant: non dubitabant enim quin facile et egregie thurificaturi essent. Atque hae de causis Dominus omnem multitudinem, quasi sis consentientem et applaudentem disperdere voluit, sed deprecata Moze illi peperit, solique 250 proceres seditioni perierunt. Vide hic quam insipientes sint, qui vocatione sua non contenti, alienam invadunt, quamque sapienter dictam sit, et a sapientibus domorum epistylis inscriptum:

Tu (clericus) supplere ora; tu (miles) protege; tuque (agricola) labora.

Si enim suo gradu et officio contentus fuisset Core cum suis, mortem corporis et animae non incurrisset. Prudenter Theopompus Phyllis, majores honores ipsi deferentibus, scripsit: *Mediocres honores tem-*

porre angari, nimios aboleri. Ita Plutarch. in Lacon.

APPARET GENTIS GLORIA DOMINI, scilicet mirifica lux, et fulgor radiantissimus in columnis nubis, representans Deum, Deique gloriam et majestatem.

VERS. 20 et 21. — LOCUTUSQUE DOMINUS AD MOYSEN ET AARON AIT: SEPARAMI DE MERO CONGREGATIONES RUAS, ET EOS REPESTE DISPERSAM. Jubet hic Deus, Mosem et Aaronem separari a toto populo, ut cum disperdat; unde patet, populum applausisse rebellionem Core. Hinc Mozes pro eo orat, dicens:

VERS. 22. — FORTISSIME DEUS SPIRITUM UNIVERSAE CARNIS, NEM ISO PECCANTE, CONTRA OMNES IRA TUA DESERVIT? q. d.: Tu, Domine, es Deus creator, conservator et gubernator omnium spirituum qui in omnibus corporibus sunt, eosque confines, et modullibus penetras, ut scias eorum inlima (simili enim phrasi et sensu ait Mozes c. 27, 16: *Procedit Dominus Deus spirituum omnia spiritus hominum, qui sit super multitudinem hanc*): cum ergo videas populum non peccasse rebellionem, sed tantum Core cum suis; populum vero ab eo seditionem, indirecte tantum peccasse; quia scilicet novitatis avidus, ad novum hoc thurificationis et concentrationis spectaculum ex curiositate accurrit et arrisit: hinc obsecro te, ne propter unum rebellem Core, universum populum non rebellem disperdas.

VERS. 23 et 24. — ET AIT DOMINUS AD MOYSEN: PRAECIPUE UNIVERSO POPELO, ET SEPARATE A TABERNACULO CORE, ET DATHAN, ET ABIRON. Intelligit et Hon, quia hi quatuor erant capita seditionis, ut patet v. 1, et alios 250 ad seditionem excitant, bique noluerant venire ad Mosem et tabernaculum, ut ibi thymiana cum 250 sociis suis adolerent; manserunt ergo hi quatuor, singuli in suis tentoriis. Unde Mozes ad eos venit, eosque cum suis tabernaculis a terra absorberi fecit. Id magis patebit v. 51.

Docet hic Mozes praelatos, ut suam dignitatem apud alios, etiam parentem et cognatos, teneant. Narrat Plutarch. de Fabricio Rom. cum Pyrrhum devicit, quod, cum senex equo ad filium jam consulens contederet, jussisset cum filius equo descendere et se consulens venerari; quem praeter amplexus: *Itaeta, inquit, agra, fili, sententia quibus patris, et quantum inquiri majestatem adeptus sis.* S. Paulus inquit Timotheum episcopum Ephesium, ne se patitur contemni: sic enim ait epist. 1, c. 4, 12: *Nemo adolescentium tuum contemnat; et Titum episcopum Cretensem c. 2, 15: Nona te contemnat.* Ita S. Paulus suam dignitatem contra obsecratos defendit tota epist. 2 ad Corinth. Ita S. Carolus Borromeus, vir humillimus, maledicta in suam personam congesta ferebat et dissimulabat; sed cum tangeretur ejus dignitas et jurisdictione ecclesiastica, eam intrepidè contra reges et principes tuebatur, eosque excommunicabat: atque pro hae causis libens se mortem et martyrium, cum S. Thomae archiepiscopo Cantuariensi subitum assererat. Ita episcopalem potestatem contra Valentinianum imp. ejusque matrem Justinam constantem defendit S. Ambrosius, pro quo mortem non semel sese obtulit, atque eunuchum miranti mortem, ut imperatori in tradendo ecclesiam Arianis,

parent, respondit: Tu facies quod apud me: ego pariter quod episcopi. Ita S. Chrysostomus suam dignitatem propugnavit contra Eudociam, S. Basilis contra Valentinum, S. Athanasius contra Constantium, Constantium et Julianum Apostatam; Gregorius I contra Mauritianum imperatorem, Gregorius VII contra Henricum IV.

Anno Domini 552, cum Theodora Augusta insistere ut Vigilium pontifex Anthemiū patriarcham, pulso Menia catholico, restitueret, uti hunc pontificatum promiserat, respondit: Hinc quodvis supplicium pati, et milites mori potius quam hostium hereticum, et à prolecessoribus suis damnatum, revocare, et sententiam mutare. Et cum mulier eum suis, qui aderant, mitis instaret, ad Bioclesianum se, non ad Justinianum, quodammodo arbitratorem, venisse dicit. Quare ita cessus est, ut postquam abhinc quatuor dies, quod dicitur, fugiens itaque in templum S. Euphemie, quod hinc proci abierat, inde à grossatoribus trahitur, et injeo in calum hinc, tanquam latro per totam urbem, usque ad vesperam raptatur. Deinde carceri includitur, pater et aqua aliquamdiu ita patienter visit, ut semper dicere, se etiam majora meritis, si digna pro peccatis prece irrogaretur. Atque postquam in vita Vigilii.

Anno 26 sui imperii iustus Anastasius episcopum Cœnaniū audiens dixerunt admodum esse, et qui ora omnibus sententiis de passio Deo asserentibus oitaretur, cum hortatus est, ut ad suam factionem desisteret, pollicens, eum quicquid petisset, illuc accepturum. Cui episcopus: Tu, inquit, pariter ad orthodoxos transi, ne, dum opinionibus impietatum horum Seceri, Eutychis et Diocri amplectaris, ut eris igni edicaris; stantque apprehendens imperatoris. Cùm autem dicitur: Hæc ait, verba nonnullum in post mortem equatur, dicitur imperator; sed solus te committitur pietas, ac virtutum habitus. Missam hoc Ecclesiis, quoniam Christiano redemit sanguine, Indigna est, infelicemque ignitur, neque illam Ecclesia decernere perfectè intellexit; tantum impostaris et scurriliter calumniis fatuus terret. Sicut aut tibi dignitas, quod imperator es: Antistites Ecclesie exore noti. Ad hæc imperator pudore suffusus obtulit. Pauperimus autem cum esset ille episcopus, ne obediens eidem ab imperatore voluit accipere: ad quod liber erat, et solus in Deum fidel ac pietatis rationem habens; ita refert Zonaras lib. 5. Annal.

Leontius Tripolis Lybio episcopus, natione Mysus, animo fuit tempore adversus omnes, et ore libero. Quodam tempore concilio inchoato, cum Eusebia Constantii uxor, superbia elata, ab episcopis adhaerent, solus eam adulatione aspernatus domi mansit. At illa irata, et animo inflammato, misit ad eum expositulatum, pollicentibus etiam hominem alliciens; se Ecclesiam illi maximam extructuram casa, et aliam pecunie prebituram, si ad se conveniret. Cui ille hinc modo respondit: Istorum quidem si quid, imperatrix, excepti volueris, non tam mihi à scito, quam anima tua gratiam facturam; si no eris ad te venire volueris, debiti episcopi reverenti conseruat, ut ego quidem ingredior, in autem statim de subitū tato deo descendens, crederet nihil obtem procedat. Et caput meo manibus

supponas benedictionem acceptura, ac deinde ego sedam, in reverendū adas, cum jussuro, signo dato, securus. Si hæc, inquam, tibi conditiones placeverint; venium cede; si alio modo, non tam multa dubis, tam magna non poteris, ut nos honore episcopi conveniente neglecto, divinum sacerdotii institutum violamus. Quæ cum renuntiata essent, exarsit iracundiæ mulier, non ferendum rala Leonii responsum, et vehementer commota, et multum compesta, multumque muliebri bili, et lovi ingenio inhiata, rem marito exposuit, eundemque ad supplicium de illo sumendum instigat. Is vero ingenium Leonii animam magis laudat; placatque iram uxorem in gynæceum ablegat. Ita refert Suidas hist. in Leonio pag. 326.

VERS. 25. — RECEDIT A TABERNACULO HOMINEM IMPURUM, ET SOLITE TANGERE QUE AD EOS PERTINENT, SE INVOLVAMUS IN PECCATIS, id est, in peccatis peccatorum, coram. Unde hebr. est, ne consumamini in peccatis eorum. Vide quomodo Deservit viti peccatorum consorsio, quibus peccatum sit noxium et contagiosum.

VERS. 27. — DATHAN ET ABIRON EGRESSI STABANT IN EXTREMO TABERNACULI ROTARUM, CUM EXIBUS ET LIBERIS, OMNIBUSQUE FREQUENTIA, famulorum scilicet, et ancillarum eorumque parvulis. Hos enim parvulos proprie significat Hebr. sep, quod tamem Sept. de more vertunt suppellectilium.

VERS. 28. — IN HOC SCILICET, QUOD DOMINUS MISERIT ME, UT FACEREM SCILICET, quod scilicet, in vestri ex Egypto ejectione, totoque meo duceat, ac presertim circa Antonis et filiorum ejus in sacerdotis electionem, feci.

VERS. 29. — PLAGA QUI ET CÆTERI VISITATI SOLENT, quam Dens Judæis intelligere solet, puta peccatum, gladium, famem, etc.

VERS. 30. — SUI AUTEM NOVAM REM FECERIT DOMINUS (Hebr. si creaturam, id est, novam plagam; creaturam Domini), UT APERIENS TERRA OS SUUM, histionem: hic enim iselphoric vocatur os. Rident ergo et insidit Hebræi: ex hoc loco fabulantur, terram proprie habere os absconditum, illudque à Deo creatum esse septimo die mundi, puta sabbato ad solis occasum; sabbato enim Dens quiescit ab omni opere, ut docet Scriptura, Gen. 2.

DELEGIAT EOS, ET OMNIA QUE AD ILLOS PERTINENT, etc., scilicet quod blasphemaverit Dominum. Opus enim Dei, puta Antonis sacerdotium, calumniam sunt, illudque non Deo, sed biosi, ejusque favori in quo et injusto attribuerunt; hoc autem est blasphemare: hoc enim erat ingens Dei injuria et contumelia. Blasphemus enim est, cum opus Dei tribuitur diabolo, vel homini; ut patet Matth. 12, 31. Ita Abul.

VERS. 31 ET 32. — CONFISTERE ISTIS ET GERERE LOQUI, DIRUPA EST TERRA SUB PEDIBUS EORUM, ET APERTUS OS SUUM DEVORANT ILLOS, CUM TABERNACULO SUI, ET UNIVERSA SEBASTANTIA EORUM. Nota. Eo tempore, quo 250 proceres, qui in seditione hæc erant socii Core, obtulerunt thymiana in tabernaculo, hinc à Deo igne afflati sunt, eodem Dathan, Abiron, Hon et Core, rebellionis duces, nocentes ire ad Mosem et in-

bernaculo, domi suæ cum tentoriis, totaque familia à terrâ absorpti sunt. Nam Core non perisse igne cum 250 in tabernaculo, sed eum domi suæ mansisse, ibique à terrâ absorptum esse, patet ex hoc v. et v. 27. In Hebræo, ubi expressè dicitur, quod Core cum eâ subtrahit à terrâ absorptus sit: idem colligitur ex v. 24, ubi Moses jubet populo, ut recedat à tabernaculo Core, quia scilicet ipse jamjam à terrâ absorbendus erat: idem expressè dicitur e. 26, 10.

Nota hic potam ambitionis, rebellionis, inobedientias et mirroris. Nam non tantum hi quatuor duces, sed et ipsorum uxores, liberi, famuli, ancille, totaque domus, cum rebus omnibus à terrâ absorptæ sunt, idque ad detestationem tanti criminis, et ad terrorem populo incutendam: perinde ac in eumine læsa majestatis, domus reorum funditis destruantur. Erant enim hi rebelles et blasphemæ, rei læse majestatis divinæ. Hinc videtur quod hæc uxores, liberi et famuli domus suis rebellibus consenserat, ambientes honorem hinc sacerdotii suis dominis, et consequenter, sibi tempore familia: si qui non consenserat, hi perierunt, eò quod non recesserit à tabernaculo, hi jussu Core, filii non perierunt: quia parvuli ipsi hæc morte potius beneficii. Verisimile est enim eos pro remedium legis nature expiatis fuisse à peccato originali, hincque salvatos esse, qui, si diutius vivissent, patrisissent forte, aut eam parentibus deterioribus evassent. Excipio hæc filios Core, de quibus dicitur e. 27, 10: Et factum est grande miraculum, ut, perierit Core, filii non perierunt: quia scilicet filii hi Core patris rebellioni non consentiebant; unde per miraculum Dens est, ut Core cum tabernaculo suo absorpto, filii ejus non absorberentur, sed podali in acre hærerent, quoniam terra absorbens tabernaculum Core, sub pedibus eorum rursus se conjungeret, et hinc concluderet. Unde e. 26, 38, familia Core, quasi superstes, inter Levitas numeratur: atque hi filii Core postea sancti habitii sunt inter Levitas, postmodum plures vel composuerunt, vel decantur, qui etiamnum eorum nomine, puta filios Core, inscribuntur, ut patet psal. 41, 45, 84, 80; et 1 Paral. e. 26, 1.

SEBASTANTIA, Hebr. rebus, quod opes qualeslibet significat: unde ab Hebr. rebus, Calliam, richeter, dicitur Vatablus.

VERS. 33. — DESCENDERUNTQUE VITI IN INFERNUM, proprie dicitur; perperam enim Abulensis, per infernum sepulchrum accepit. Cogita, qualis hic fuerit descendendum, cum absorberentur, clamor et conspiratio, quæ perculsus omnis populus fugit ab eis, ut dicitur v. 34. Hinc satis patet, eos in æternum damnatos esse, et detrusos in infernum: illud enim hic clarè dicitur. Accedit, quod hi in flagranti delicto, à furore Dei subito absorpti sunt: unde non videntur habuisse spiritum aut tempus penitendi. Hæc tamen

rationes non omnino concludunt: posset enim per infernum accipi purgatorium et limbus patrum. Pervenit enim ipsi in ipso descensu per tantam claudum compungi, penitere et respicere, inquit Abulensis: hoc possibile fuit; sed parum probabile est ita evenisse. Unde eos in infernum damnatorum descendisse censet Epiphanius, Hieronymus, Beda, et ex his Bellarm. lib. 4. de Christi nomine cap. 10. Vide hæc, quem puniantur rebelles mirramatores: nam, ut ait S. Amalrus, epist. 83: Immagina terra in medio pletis acclinetur, aperitur in profundum sinus, absorbitur noxii, et in ab omnibus mundi hinc ablegatur elementis, ut nec aerem haurit, nec calum viam, nec mare luctu, nec terram continentem an sepulchro.

Quæres, an hi descendentes viti pervererint in infernum? Asserunt aliqui, estque probabile: hoc enim verba Scriptura hæc pre se ferunt. Verum probabilius est contrarium, scilicet eos vivos in infernum non pervenisse, sed vivos eò descendere coepisse, ut eò descenderent viti significet actum inchoatum, non perfectum. Nam devorante eos terrâ, et continuo se concludente, in vitâ mortui sunt, hincque corpora remanserunt, animabus in infernum descendendis. Ratio est, quia universalis lex mortis lata est in omnes homines: nam, ut dicitur Hebr. 9, 27: Statim est hominibus omni mortis: hæc lego nemo evadens est, nisi quid aliud cogat. Barthelem, hæc resurrectionis omnibus mortuallis statuta est; ergo et hi aliquando resurgant; ergo mortui sunt, non vivi; inquit enim nunc eorum corpora immortalia essent in inferno, nec resurgere in die iudicii. Tertio viti significat significat Moses, cum ait v. 29: Si consuetudinem hominum morte interioris, q. d.: Hi morte non consueti, sed non et insoliti interibunt, et mox: Si unum novam rem fecerit Dominus, ut aperiens terra os suum deglutiat eos, et omnia que ad illos pertinent, descendentque viventes in infernum, scilicet quod blasphemaverint Dominum. Nec enim populus scire poterat, eos vivos descendere, id est, pervenire in infernum: sed ad hoc satis erat videre terram delibescere, et illos deglutientem, ut scilicet viti descendere inciperent versus infernum; sic enim omnibus apparebat, eumque videntes cenebant et dicebant eos vivos descendisse in infernum. Loquitur enim Script. more vulgari hominum. Ita Abul. Lyrar. Hugo, Dionys. Simili mortem plectetur Antichristus, cujus hi rebelles præcursores et typus fuerunt. Eo enim omnes quædam pseudopropheta dicitur Apoc. 19, 20: Viti misit sunt hi duo in stagnum ignis. De quo vide ibidem Franc. Ribera.

OPERATI MOX. Hinc enim sive terra, si absorpti mox se et sumo os sive hinc rursus conculsit.

VERS. 35. — SED ET IGNIS BERTUS A DOMINO INTERFECIT. RECENOS QUINQUAGINTA VIROS, QUI OFFEREBANT SACRIFICIUM. Hi 250 viti venerunt cum suis thuribalis ad sanctuarium, quod volebat venire Core, Dathan, Abiron et Hon, cümque ex altari holocaustorum prunis acciperent, quibus imponeret thymiama, quod ingressi in Sanctum, ponerent et adolerent in altari thymiatis, statim antequam ipsa Sacramen- ta

grederentur, ex altari holocaustorum ignis à Deo inmissus, in eos insillit, eosque combussit. Unde quod hic dicitur: *Quod offerabant incensum*, intellige, qui offerre volebant et attentabant (similis phrasid fuit v. 55); necdum enim oblatant, inò necdum ingressi erant Sanctum, Deo id nolente, ne illud contaminarent culpà et peccatà sui tam infami. Jam eodem tempore, quo hi 250 igne afflati sunt in tabernaculo Domini, Core, Dathan, Abiron et Hon domi suæ cum tabernaculis à terrâ absorpti sunt, ut dixi v. 51. Vide, ut hic puniatur, qui sacra contrectant, et sacerdotium sibi arrogat, cum à Deo ad id non sint vocati, nec electi, ut dicitur, 40.

VERS. 37. — TOLLAT VIRIBUS QUAE JACENT IN INCENSUM, in loco incendi, ubi combusti sunt 250 proceres.

EXTREMO TEMPORE, id est, sequentibus diebus postquam à te discessero, nam Hebr. *acharit*, id est, extremum vel novissimum, in Scripturâ sæpè non dicitur respectu temporis, quod sequi posset, quasi novissimum tempus sit post quod nullum aliud sequitur: sed dicitur respectu ejus quod præcessit; estque id, quod sequitur post aliud, etiam post ipsum adhuc alia sequuntur: extremum ergo, vel novissimum idem est, quod sequens, aut posterius. Id patet, tum ex ipsâ Hebræâ radice *achar*, id est, posteriori futi, rememoratus est; tum etiam ex exemplis. Sic enim Gen. 35, 2, in Hebræo, dicitur Jacob Liam et filios ejus possesse novissimos: cum tamen post Liam sequeretur Rachel cum filio Joseph. Sic passim Propheta tempus Messie vocat novissimum, quia posterius est similia sunt Gen. 49, 1; Isaie 9, 1, unde rectè hic cum Oleastro veritas, *posteris dicitur*. Vide Riberam Michæa 4, 5.

VERS. 15. — SCRIPTA UTTER PARABOLA (prophetia) autem alii. Nota est igitur, q. d.: Cum jam Balaam cogitaret alium, antequam discederet, hærens adhuc cum Balaac, non potuit non benedicere Israelitis: igitur quasi valedicens, rursum et ultimo benedixit eis. *Dixit homo cures orbatus est oculos, per somnum, vel extasim*. Vide dicta v. 2.

VERS. 17. — VIDEO EUM (Israelitem), SED NON MOBO, sufficit, video eum in die iudicii, quando cum eo resurgam, in valle Josaphat, inquit Abul. Secundo, et aptius ad sequentia: *Videbo enim, non oculis meis, sed oculis posterorum et successorum meorum*. Videbant enim illi Israelitem, mirè decoratum nativitate Messie, ex iis nascituri. De eî enim subdit: *Orietur stella ex Jacob*. Nam solet Deus et Prophete guardam prædicere et promittere, quæ non in eo cui promittuntur, sed in posteris ejus implenda sunt; ita S. Chrysost. hom. 8 in Math. et Euthym. in Math. 2. Sic terra Chanaan promittitur Abraham, id est, posteris ejus. Gen. 15, 7. Sic Jacob Gen. 49 filiis benedicens promittit ea quæ posteris eorum obtutura sunt. Sic dicitur Aggai 2, 24: *Assumam te, Zorobabel, scilicet in Christo; hoc est, assumam Christum, qui ex te, ô Zorobabel, nascetur*. Similia sunt Gen. 12, 5. Gen. 27, 29.

ORIENTER STELLA EX JACOB. Aliqui per stellam et virgam accipiunt Davidem, et sunt quedam quæ Davidi conveniant. David enim quasi stella effusus sapientia, pietate, fortitudine bellica, et gloria regni; ita ut nemo eum tam sublimem tangere audeat, sicut nemo potest stellas contingere. Ad hoc David subiegit Moab et Idumæos; 2 Reg. 8; quod de stella hic dicitur Verum præcipuus sensus ad litteram est de Christo, unde clarissimè vertit Chald.: *Construet rex*

de domo Jacob, et ungetur Christus de domo Israel, et occidet principes Moab, et dominabitur omnium filiorum hominum. Christus ergo hic vocatur, uti virga, ita et stella. Primò, quia ipse est lux mundi; secundo, ob claritatem et gloriam, tum vite celestis, tum resurrectionis et beatitudinis: quæ de causâ Christus vocatur stella splendida et matutina, Apoc. 22, 16, et Apoc. 2, 28. Vide ibi dicta.

Ubi nota. Dicitur Christus stella matutina, id est, lucifer, primò, quia in hac vitâ dispellit tenebras indelictatis, et in futurâ dispellet tenebras mortalitatis. Secundo, quia uti lucifer nocti finem, diem initium præbet, ita Christus peccato et ignorantie finem, fidei et salutis initium attulit. Tertio, est matutina, quia dum in seipso resurrectionis exemplum nobis præbuit, quæ lux sapientie indicavit, ait S. Gregor. 29 Moral. 50, in illa verba Job 58: *Namquid produces luciferum in tempore suo?* Et Beda: *Christus, inquit, est stella matutina, quia transactâ nocte secreti, lucem vite sanctis promittit et patet æternæ*. Ex Ruperto: *Pro labore quo episcopus in hac vitâ, quasi nocte, laboravit pervigil in animarum sibi commissarum custodia, manifestabo ei incipiam, qui una stella splendida et matutina*. Et Haymo: *Christus, inquit, est stella matutina, id est, lucifer, quia in resurrectione pulvis mortalitatis tenebris, quasi lucifer apparetur, et perfectum æternitatis diem demonstrabit*. Ita quoque Pererius, Viegas et Ribera.

Rursum plenius et clarior, stella matutina est huiusmodi et clara visio Dei, quam anima victrix per Christi gratiam adipiscitur post mortem. Hæc dicitur stella propter claritatem contemplationis: *Domine, inquit, psalter, in lumine tuo videbimus lumen*. Dicitur matutina, primò, quia post noctem hujus vitæ et sæculi illucescit; secundo, propter inchoationem beatitudinis, quæ completitur in resurrectione corporum, quando stella hæc matutina mutabitur quasi in solem meridjanum, cum scilicet anima gloriam suam diffundet in corpus. Utrunque hunc sensum, scilicet de Christo et gloriâ anime beate, habet Richardus Victor, Primasius, Aretas in locum citatum Apoc.

Tertio, Christus vocatur stella, quia per stellam Christi nativitas significata est. Christus enim quasi stella divina, orta ex semine Jacob, corpoream istam stellam emisit, et quasi à se sparsit, quæ Magos ad se in Bethlehem evocaret. Nam ad stellam Magorum hic respicit, patet tum ex Hebræo textu, qui pro *orienter*, habet *darach*, id est, *inestis*, et viam calcavit ac prævit, quod proprio stelle illi Magis precaventi convenit; tum quia communis Patrum sententia est, tres Magos, vel posteros, vel successores fuisse hujus Balaam, et ex hoc ejus vaticinio edoctos fuisse, orientem aliquando stellam, quæ nativitatem magni cuiusdam Regis Judæorum indicaret; atque inde Magos visâ stellâ, statim permotos fuisse, ad regem hunc per stellam significatum inquirendum, itaque verba Magorum significant: *Vidimus stellam ejus*: quasi dicant: *Vidimus, non stellam aliquam incognitam, sed stellam ejus*, notam stellam, et à Balaam prædictam, quod scilicet foret stella ejus, scilicet Chri-

sti index. Ita docet Orig. hom. 15, 15, 18; ale Epiphanius in Epitome; Cyprianus. serm. de Stellâ et Magis; Basil. hom. de humanâ Christi Generatione; Leo serm. 4 de Epiphaniâ; Ambr. 1. 2 in Luc., c. de Magis; Nyssen. orat. de sanctâ Christi Nativitate; Euseb. 1. 9 Demonst. 1; Prosper, p. 2 de Prædica. c. 12; Procop. et Rupert. hic; S. Hier., Chrysost., Theop., Euthym. et alii in Math. 2. Ex quibus Origen. et alii alii censent tres Magos fuisse Chaldaeos, quòd Balaam eorum parens, vel antecessor, fuerit Chaldaus, sive Mesopotamius. Alii plures censent eos fuisse Arabes: hæc enim propheta de stellâ, in Arabiâ edita est à Balaam: unde ejus memoria ibidem, uti et apud vicinos, celestibus permansit per multa secula.

Atque ex hoc oraculo Balaam de stellâ hæc, videtur manasse pervulgata illa olim in Oriente fama, de nascituro in Judæâ rege, qui rebus omnibus potiretur, cujus meminit Sueton. in vita Vespasiani, Cicero 1. 2 de Divinatione, Orosius, Hegepsidus, et alii. Insuper ex Hebræo *darach*, id est, *Inestis stella ex Jacob*, nonnulli prohibent opinantur stellam hanc primò Magis in Oriente existentibus visam esse super Judæam et Bethlehem, illicque quasi incubere: inde enim videtur Magi cognovisse regem Judææ esse natum, illumque in Bethlehem esse requirendum; deinde stellam hanc ex Judæâ celeri motu prolasso in Orientem, ad evenitum Magos, itaque extensis quævisse, donec Magister ingrederentur. Magi enim dicitur Math. 2, 2: *Vidimus stellam ejus in Oriente*. Ita sentit Sebastianus Barrad. l. 9 Harm. Evang. c. 9. Accedi Procop. in Num. 24, 17, et Haymo serm. 5 de Epiphaniâ, qui docent stellam à Magis visam perpendiculariter insistere Judææ.

Symbolicè: *Stella, inquit Hugo card., habet sex radios, quibus illuminat noctem, et Christus habet sex virtutes, quibus illuminat omnem hominem*. *Prima, est humilitas; secunda est mansuetudo, Matth. 11*: *Discite à me, quia mitis sum, et humilis corde*. *Tertia, est obedientia, Philip. 2*: *Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*. *Quarta, est patientia*. *Quinta, est misericordia, de qua Job 31*: *Ab infanti crevit mecum miseratio, et de matris meo: egressa est mecum*. *Sexta, est charitas, de qua Joann. 3*: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, etc.*

Nota. Pro orienter *cochab*, id est, stella, R. Akiba et Judæi olim legunt, *orienter coab*, vel *coab*, id est, mendacium. Hinc enim probare voluerunt impostorem suum, nomine *Barcocha* (quasi dicas, filium mendacii) esse verum Messiam. Quare *Barcocha*, congregato maximo exercitu, quasi rex Messias, contra Romanos rebellavit. Verum Adrianus imp. cum obsedit in civitate Bitter, cæque captae tradidit esse Barcocha, magnaque Judæorum strages est edita, uti inter alios narrat Galat. 1. 4, c. 21.

Nota. Sicut Christus præsignum fuit stella, ita Sanctorum illudrum ortum præsigna luminæ demonstrarunt. Audi exemplum. Hortensia S. Clare mater, partu vicina orans coram crucifixis audivit vocem: *Nepareos,*

uulter, quia tuum patris quoad mundum claritas illustravit; quo edocta miraculo, natam infantulam in Baptismo Claram vocari iussit. Ita habet ejus Vita.

Cum S. Swithbertus Werdtensis episcopus, nasceretur a clarissima genitrice et Comitissa Bertha, totam regalem cameram fulgor nimius replevit, mansique irreverentiarum radiis protensus, donec ipso in lucem editus est, inquit Marcellinus in ejus Vita. Mater Willebrordi episcopi Trajectensis nocte in somnis vidit quasi novam lammam crescentem ad plenitudinem: quam diligentius intueus, repente lapsa ruit in os ejus, qua devorata ejus infans splendore perfusa sunt. Evigilans vero timore perterrita, enidam religioso presbytero retulit summum, qui ei dixit: *Anna quam ex modo dicto pidiisti in magnam crevit, filius est quem ex nocte concepisti, qui luce veritate caliginosam tenebrarum erroris dissipabit, et quocumque periretur communitate perit humani splendore, plenum sine perfectionis ostendit globum, cervicantemque raperit ejus emulore, et motum polychromaticum, multorum in se altitudo aspectum.* Factum est post diem circulum, et mulier peperit filium, quem in Baptismo vocavit Willebrordum. Ita refert Albicus Flaccus preceptor Caroli Magni in Vita S. Willebrordi. Mater S. Columbanus abbas gravida, nocte in somnis vidit circum suo rutilantem solem, nimique fulgore micantem procedere, et mundo ingens limber prebere. Nimirum Sanctus hic in Ecclesia quasi sol splenduit, juxta illud Debeoro, Judic. 5: *Qui autem diligens te sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent.* Testis est Jonas abbas in ejus Vita.

Mater S. Dominici vidit se utero gestare castrum, qui ore gestabat faculam ardentem, qua citro egressus totum mundum illuminabat et infamamque Hinc Sancti illustres et Doctores fulgebant in celo in stellis in perpetuas gloriantes, Daniel, 12. Vide ibi dicta.

Et conspectus vixit in Israhel, q. d.: Christus assecutor ex Israhel, qui virga, vel, ut habet, est, sceptro regni sui, id est, potestate regni perculit, hebr. transfiget, duces Moab; Christus enim per se, et per Apostolos convertit, sueque fidei statum subiegit Moabitas, Syros, Idumaeos, aliasque gentes Judaei vicinas.

Ubi nota. Propheta dicitur Christum occidisse, percutisse, transivisse pontes, quia coram magis et vita occidit, factusque quasi interos homines, ut ex impiis pii, ex injustis justus, ex ebriis sobrius, ex incensis casti efficerentur, itaque quasi munus eundemque hominem occidit, dum eum vivificavit: occidit enim Petrum, v. g., ebrium, fornicatorem, rapacem, dum eum cum sua gratia fecit sobrium, castum, justum, etc. Vide can. 42.

Secundo, duces Moab, mystice, sunt principes gentium idololatrarum, quae colunt demonem. Nam Moab hebr. idem est, quod ex patre, scilicet per incestum natus: tales autem sunt idololatres, qui ex patre diabolo, per infidelitatem, quasi per incestum, nati sunt. Ita Abulensis. Bursium, Balaam per duces Moab, socii ipsos demones: hi enim sunt duces et patres Moabitarum spiritualium, id est, impiorum et idolola-

trarum. Hosce transfixit Christus, cum eum dominatu suo principatus et potestates eorum, illosque affixit et confixit cruci suae, triumphans illos in semetipso, ut ait Paulus.

VASTABITQUE OMNES FILIOS SETH, id est, omnes homines. Ita Chald.; omnes enim homines post diluvium prognati sunt ex Noe, ac consequenter ex Seth: nam omnis Caini progenis diluvio interit. Christus enim omnes homines vastavit, necando eorum mores et vitam, etque sibi subigendo, ut paulo ante dixi. Unde Chald. pro vastabit, veritatem dominabitur. Bursium in judicio vastabit Christus totum mundum, omnesque improbos.

Nota. Pro vastabit hebr. est *hitar*, quod a *hit*, id est, paries, descendit, estque contraria significationis. Primum enim significat exparietate, id est, parietes disrumpere, vastare, et, in Septuag. vertunt, depasci et depericari. Secundo, significat pariete concludere, captivare, incarcerare, ut Hebr. *haker* sit idem quod Latine *carcere*; quae significatio hic optime quadrat. Senus enim est, q. d.: Christus omnes homines concludet suis legibus, sua Ecclesia, sua fide et gratia, itaque impietatem et impios quasi incarcerabit. Ita Olcster.

VERS. 18. — ET ERIT IUDAEA POSSESSIO EJUS. Meminit Balaam hic Iudaeae Christo subjicendum, potius quam aliarum gentium, tum quia respicit et alitudo ad populum Israeliticum, cui Iudaea maxime fuerant infesti, uti Esau patris eorum fratri suo Israhel, sive Jacobo, quondam infensus fuit; tum quia alitudo ad Davidem, qui fuit parens et typos Christi; David enim subiegit Idumaeos. Dicit ergo: Iudaea, id est, haec Israhel, sive Idumaea. Idem enim in carmine hoc Hebraeo repetitur posteriori hemistichio, quod dicitur est prior.

Tropol. Edom est caro nostra, quae ex Adam, id est, terra, sumpta est: haec Christo et spiritali per gratiam Christi subjigatur.

HEREDITAS SEIR CEDET INIMICIS SEIS. *Seir*, id est, Idumaea. Esau enim dicitur est *Seir*, quia pillosus: dicitur est et *Edom*, quia rufus. Unde ejus regio dicitur *Seir* et *Edom*, sive Idumaea. Idem enim in carmine hoc Hebraeo repetitur posteriori hemistichio, quod dicitur est prior.

ISRAEL VERO FORTITER AGET. *Israel*, id est, David, caeterumque Israelitae. Secundo, et potius, *Israel*, id est, Christus et Christiani, q. d.: Christus, qui multo fortior est, et magis praevaleat Deo, quam Jacob patriarcha, qui inde Israel est dicitur; Christus, inquam, cum filiis suis Apostolis, coramque aeseis fortiter agat, subigendo suae fidei et legi totum orbem. Vido dicta v. 17.

VERS. 20. — DE JACOBO ERIT QUI DOMINABITUR ET PERDET RELIQUIAS CIVITATIS, *Civitas*, id est, Roma, quae antonomastice creitas et urbs dicitur, quareque caput fuit gentilitatis, et gentium hostium Christi, q. d.: Ex Christo nascentur Constantinus imp. christianus, aliique similes, qui conversi ad Christum, gentilitium Romanorum evertent, et reliquias gentium convertent, itaque Romam totam felice christianismo, cumque Christo subjigebunt, indeque reliquias provinciae et viciniae Romani quasi orbis dominam et caput

suum sequentur, atque gentilitium et gentes eliminabunt, ut totus penes orbis Christum adoret et colat. Ita Abul.

Notat idem Abul. hic esse prophetiam de Christo, sed cum allusione ad Davidem, itaque Davidis gesta hic perstringi: quare quidam hic dicit, quae magis particulatim Davidi conveniunt, uti sunt: *Percutiet duces Moab*; et: *Erit Idumaea possessio ejus, Israel vero fortiter aget.* Alia vero magis proprie competunt Christo, uti sunt: *Oritur stella ex Jacob, perdet reliquias civitatis*, etc. Vide can. 53.

VERS. 20. — QUOCUMQUE VIDISSET AMALEC. Erat Balaam in finibus Moab, in altissimo monte Phaga; unde facile vicinam regionem Amaleitarum videre poterat, saltem in confuso: unde et Moses ex eodem monte vidit et speculatus est totam terram Chanaan, secundum partes suas, scilicet generatim et in confuso, Deut. 34, 1.

ASSUMENS PARABOLAM, id est, prophetiam, q. d.: Prophetas, ait: *PRINCIPUM BELLIUM AMALEC*, q. d.: Nobilissimum gentium, aut primo gentium illarum, quae habitabant illo tempore juxta terram promissam, fuit Amalec. Alii, *principium gentium*, scilicet hostium Israel, fuit *Amalec*, unde Chald. verit: *Principium bellorum Israel fuit Amalec.* Nam primus Amalec Israhel ex Aegypto veniens armatus occurrit, Exodi 17, indeque *extrema ejus perdetur*, id est, ut Septuag., *nemen ejus peribit.* Sani enim Amalecitas delevit, 1 Reg. 15.

VERS. 21. — VIDET QUOCUMQUE CIVITATEM. Cives sunt posterii Jethro, ut dicit e. 10, 29. Balaam ergo, sicut ex altissimo monte Phaga vidit Amalec, Moab et Edom, ita vidit et Cincas: qui ipsi erant in castris Israel, simulque vidit sortem, quam in Chanaan futuri erant in tribu Juda. Unde ait:

ROBUSTUM QUONIAM EST (ET ERIT) HABITACULUM TUEUM, quia inter 12 tribus Israel fortissimus jam depis, et in Chanaan in tribu Juda, quae fortissima est, habitabit.

SED IN PETRA POSUITIS SUPER TUEM, q. d.: Etiamsi habitaculum tuum sit futurum fortissimum, uti precessit. Alludit ad Hebraeorum *ken*, id est, nidus, ad *keni*, id est, Cincus, q. d.: Rocae vocaris Cincus, quia instar avium altissime, quasi in petra, ponens *ken*, id est, nidum, post habitaculum tuum: inde tamen te detrahet Assur.

Tropol. Greg. 54 Moral. 54 nidum sper, inquit, sibi in arduis et petris construumt, qui cum illis aquilis (S. Paulo) dicunt: *Nostra conversatio in caelis est.*

VERS. 22. — ET PRIMUM ELECTOS DE STIRPE CAIN. Hebraea, prout illis puncta subiecerunt Massoretae ipsi enim pro *Cain*, punctarunt *Cain*, multum hic a nostra versione dissonant. Verum non esse legendum *Cain* (de Cain enim nulla precessit mentio; nec Cincas ex Cain, sed ex Seth oriundi erant), sed *Cin*, patet ex Sept. et veteribus omnibus. Unde et Vatablus legit, non Cain, sed *Cin*, veritque, *etiam Cincas comburetur*, vel depascendo vastabitur. Rursus *noster* interpres per commutationem duram litterarum gutturalium affinitum, scilicet legendo *chet pro ain*, puta pro *lehaber*, legendo *lehaber*, recte verit: *Si fuerit in*

electum Cin, id est, si fuerit electus *Cin*, q. d.: Etsi stirps Cin, sive Jethro a Deo erecta sit pro aliis gentibus, et associata Israhelitis, tam in deserto quam in terra promissa, tamen captivus ab Assyris. Hinc patet *Cin*, unde dicitur sunt Cincas, fuisse nomen stirpis vel familiae, ex quo prognati sunt Cincas.

ASSUR ENIM CAPTIVUS TE. Cum enim Solomonazar transfudit decem tribus Israel in terram Medorum, 4 Reg. 17, tunc cum eis eodem transfudit Cincos, id est, progeniem Aber Cincas, qui recesserat ab aliis Cincas, et habitabat in sorte Nephthalim. Tunc enim Nephthalim transfusi sunt, ac consequenter Cincas inter eos commemoratus. Alii tamen Cincas in Juda habitantibus remanserunt: ex illis enim orti sunt Rechabites quos laudat Jerem. c. 35.

VERS. 25. — HEC I QUIS VICTURUS EST? q. d.: Heu! quis desiderat vivere, cum tante strages Cincosum et Amaleitarum, vel potius Assyriorum, Phobrosorum et Romanorum, de quibus signatur, cedatur? Hec enim verba sunt nova prophetia, unde ad sequentia pertinent, non ad precedentia. Ita Abul.

VERS. 24. — VENIENT IN TRIBUBUS (TREMIBUS) DE ITALIA, SUPERABUNT ASSYRIOS, VASTABITQUE HEBREOS ET AD EXTREMUM ETIAM IPSI PERIBUNT. *Pro Italia*, hebr. est *Citium*, vel *Cetim*, quod proprie Cyprum significat. Citium enim fuit urbs Cyprae, ex qua ortus est Zenon Stoicorum parens: h Cito ergo tota insula Cypris dicitur videtur *Cetim*. Unde *Cetim* significat alias qualeslibet insulas, atque ulterius omnes gentes, tam insularum, quam transmarinarum, Unde Hebr. ad verbum est, *venient ex inter Cincas*, puta venient ex Italia, uti vertunt Septuag., *nostrer*, Chald., Vatabl. et alii. *Cetim* enim, sive Cyprus, et aliae insulae interjacent inter Judaeam et Italiam, ita ut Italiam respectu Judaeae, sit a latere Cyprae, sive Cetim. *Noster* Gaspar Spauluz, in Israhel e. 2, n. 24, putat insulas omnes quae h Cypro ad occidentale mare pertinent ad Gades usque adscriptas fuisse Cetimam filio Israhel, Geo. 10, 4, et ab eo nomen accepisse, sive insubellae ad Libycom, sive ad Italicum sive ad Graecum litus pertinent: etab his insulis Italiam, Macedoniam, aliasque regiones illis adjacentes vocari *Cetim*, quae conjectura non caret probabilitate. Chald. dicitur verit: *Venient vices a Romanis.* Licet enim Roma tempore Balaam necdum esset condita (condita est enim sub Achaer rege Juda, ut docet Euseb. in Chronico, vel, ut alii, sub Joatham patre Achaer), tamen Romanus et Romanus conditum iri, aequae haec bella gesturos, spiritu prophético praedicebat Balaam.

Prudens ergo hic amplissimum Romanorum potentiam, quod scilicet ipsi subjugarunt sint Assyrios, tunc rerum dominos, et consequenter omnes alias gentes, ipsosque etiam Hebraeos. Hos enim subiugavit prius Pompeius, mox Caesar Augustus, qui Judaeam subiecit Herodi Ascalonita, et post eum tetrarchis et praesidibus, ut patet Lucae 5, 1, actendone Hebraeos plane debelarent Titus et Vespasianus, Romani: ac demum, quod ipsemet Romani perierunt sint, ruente imperio, sub Alarico et Genserico regibus Gothorum;

sed maximè sub decem regibus in fine mundi, qui Romam plene everteret et comburent, quos deinde partim occidit, partim subjugabit Antichristus, ut prædixit Daniel c. 7, 8 et 24; et S. Joan., Apoc. 17, 12 et 16.

CAPITRE XXV.

1. Morabatur autem eo tempore Israel in Settîm, et formicatus est populus cum filiabus Moab,

2. Quæ vocaverunt eos ad sacrificia sua: at illi comederunt et adoraverunt deos eorum.

3. Initiatusque est Israel Beelphegor: et iratus Dominus

4. ait ad Moysen: Tolle cunctos principes populi, et suspende eos contra talem in patibulis, ut avertatur furor meus ab Israel.

5. Dixitque Moyses ad iudices Israel: Occidat unusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor.

6. Et ecce unus de filiis Israel intravit coram fratribus suis ad scortum madianitidem, vidente Moysè, et omni turba filiorum Israel, qui stabant ante fores tabernaculi.

7. Quod cum vidisset Phinees, filius Eleazar, filii Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, et arrepto pugio,

8. Ingressus est post virum israeliticum in lapanar, et perdidit ambos simul, virum scilicet et mulierem, in locis genitalibus. Cessavitque plaga à filiis Israel.

9. Et occisi sunt virgini quatuor millia hominum.

10. Dixitque Dominus ad Moysen:

11. Phinees, filius Eleazar filii Aaron sacerdotis, avertit iram meam à filiis Israel: quia zelo meo commotus est contra eos, ut non ipse delerent filios Israel in zelo meo.

12. Idecirco loquere ad eum: Ecce do ei pacem foderis mei,

13. Et erit tam ipsi quam semini eius pactum sacerdotii sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo, et expiavit scelus filiorum Israel.

14. Erat autem nomen viri israelitæ qui occisus est cum madianitide, Zambri, filius Salu, dux de cognatione et tribu Simeonis.

15. Porrò mulier madianitis, quæ pariter interfecta est, vocabatur Cozbi, filia Sur, principis nobilissimi Madianitarum.

16. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

17. Hostes vos sentiant Madianite, et percutores eos:

18. Quia et ipsi hostilitatem egerunt contra vos, et deciperè insidiis per idolum Phogor, et Cozbi, filiam ducis Madian, sororem suam, quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor.

COMMENTARIUM.

VERS. 1.—MORABATUR AUTEM EO TEMPORE ISRAEL IN SETTÎM. Est hæc 42 et ultima mansio Hebræorum in

CHAPITRE XXV.

1. En ce temps-là Israël demoura à Settîm, et les princes de Moab et de Madian ayant envoyé, envoièrent le conseil de Balaam, les plus belles filles dans le camp des Israélites, le peuple tomba dans la fornication avec les filles de Moab et de Madian.

2. Elles appelèrent ensuite les Israélites à leurs sacrifices, et ils en mangèrent; ils adorèrent leurs dieux.

3. Et Israël se consacra au culte de Beelphegor, par une lâche complaisance pour ces femmes étrangères. C'est pourquoi le Seigneur, étant irrité,

4. dit à Moïse: Prenez tous les princes du peuple; jugez avec eux les coupables, et pendez-les à des poteaux en plein jour, afin que ma fureur ne tombe point sur tout Israël.

5. Moïse dit donc aux juges d'Israël: Que chacun de vous tue, avec compassion, ceux de ses proches qui se sont consacrés au culte de Beelphegor, pour apaiser la colère de Dieu qui commença à éclater.

6. En ce même temps il arriva qu'un des enfants d'Israël entra dans la tente d'une Madianite, femme débauchée, à la vue de Moïse et de tous les enfants d'Israël, qui pleuraient devant la porte du tabernacle.

7. Ce que Phineès, fils d'Eleazar, qui était fils du grand-père Aaron, ayant vu, il se leva du milieu du peuple, et ayant pris un poignard,

8. Il entra après l'israélite dans ce lieu infâme; et il les perça tous deux, l'homme et la femme, d'un même coup, dans les parties que la pudeur cache; et la plaie dont les enfants d'Israël avaient été frappés, cessa aussitôt.

9. Il y eut alors vingt-quatre mille hommes qui furent tués.

10. Et le Seigneur dit à Moïse:

11. Phineès, fils d'Eleazar fils du grand-père Aaron, a détourné ma colère de dessus les enfants d'Israël, parce qu'il a été animé de mon zèle contre eux, afin que je n'exterminasse point moi-même les enfants d'Israël dans la fureur de mon zèle.

12. C'est pourquoi, dites-lui que je lui donne la paix de mon alliance,

13. Et que le sacerdoce lui sera donné à lui et à sa race par un pacte éternel, parce qu'il a été zélé pour son Dieu, et qu'il a expié le crime des enfants d'Israël.

14. Or l'israélite qui fut tué avec la Madianite s'appela Zambri, fils de Salu, et il était chef d'une des familles de la tribu de Simeon.

15. Et la femme madianite qui fut tuée avec lui se nommait Cozbi, et était fille de Sur, l'un des plus grands princes parmi les Madianites.

16. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit: Quoique les enfants de Moab ne soient pas moins coupables en cette occasion que les enfants de Madian, épargnez néanmoins les Moabites, parce qu'ils sont vos frères;

17. Mais faites sentir aux Madianites que vous êtes leurs ennemis, et faites-les passer au fil de l'épée;

18. Parce qu'ils vous ont aussi traités vous-mêmes en ennemis, et vous ont séduits artificieusement par leurs filles, qui vous ont portés à adorer l'idole de Phogor, et par Cozbi leur sœur, fille du prince de Madian, qui fut frappée au jour de la plaie dont le Seigneur vous frappa lui-même, à cause du sacrilège que vous avez commis, en vous consacrant au culte de l'idole de Phogor.

deserto, puta in campestribus Moab: nam ex Settîm Josue misit exploratores duos, mortuo Moysè, in Cha-

naan, Josue 2, 1. In Settîm ergo gestâ et dicta sunt omnia, quæ deinceps in Numeris, et quæ toto Deuteronomio describuntur. Hic locus Num. 33, 49, vocatur *Abelathai*, additâ voce *Abel*, id est, luctus; fortè ob luctum idololatrarum, qui cum essent Hebræi, hoc capite in Settîm caesi narrantur. Itâ Abulensis.

VERS. 1 et 2.—ET FORNICATUS EST POPULUS CUM FILIIS MOAB, QUÆ VOCABERUNT EOS AD SACRIFICIA SUA. Ecce hic est executio consilii Balaam, quod ipse in discessu à Balac, se ei daturum promiserat cap. præced. v. 14, scilicet Moabitæ et Madianitæ, ut vitæ suæ consulerent, ne ab Hebræis superarentur et occiderentur, filias pulcherrimas submiserunt ad castra Hebræorum, quæ eos ad luxuriam, et inde ad idololatram pellicerent, ut ita Deus eis irasceret, eosque desereret, ac à Moabitis et vincis et cruciari permitteret.

Disce hic quantis sit illecebra et vis pulchritudinis in feminis. Adversus Hebræos milites, non armatas turmas, sed pulchras feminas instrui præcepit rex Balac, idque ex consilio Balaam, quem Orig. hic ita loquentem inducit: *Non virtute militum, sed mulierum decora pugnantium est; nec armorum vigore, sed molitibus feminarum: procut amove armorum manum, et delectam congrega speciebus puellarum; forma vincit armatos, feram pulchritudo captivat; vincuntur specie, qui non vincuntur prolio.*

Nota hic primò, vitantem, et viles animos Moabitarum et Madianitarum, qui omnes virginis suas alienæ et hostili genti prostabant, pro quibus et quarum pudicitiam, usque ad mortem omnes pugnare debuisent. Virgilius ergo fecisset, fortiter in bello occumbendo, vel cuiuscumque generi mortis se exponendo, quam sinendo, imò suadendo virginis suas tam infanda pati, imò agere. Fuit hæc gentium cæcitas, qui parvi pudicitiam, magis vitam faciebant. Itâ Abulensis.

Nota secundò, Puellas hæc tulerunt secum deos suos, puta idola Beelphegor, et idolothya, id est, cibos illi immolatos et consecratos, ut juvenes Hebræorum primò ad idolothya comedenda, inde per ea ad idola ipsa colenda pellicerent. Lenocinia eorum et artes quibus deciperent Hebræos, pulchre enarrat Josephus l. 4 Antiq. 5. Eodem etiam modo Julianus Apostata Christianos Constantinopolitanos per idolothya voluit pellicere, imò cogere ad idola colenda, uti narrat Nectarius archiepiscopus Constantinop. in orat. quam habuit initio Quadragesimæ, et Theodor. l. 1 Hist. 14.

Nota tertio, puellas hæc primò sua pulchritudine, ornata et blanditiis pellexisse Hebræos in sui concupiscentiam: inde cum viderint eos in sui amorem exardescere, non permittebant eos sibi commiseri, quousque per blanditiis illectos inducerent ad comedendum de idolothytis Beelphegor, ac tandem ad thurificandum, vel immolandum ipsi Beelphegor; itaque consummabatur iniquitas et idololatria. Ant potius videntur hæc puellæ primò illexisse Hebræos ad concubitum, inde jam eos sibi devinctos habentes,

pellexerunt eos ad idolothya, ac tandem ad idola, puta ad suum Beelphegor colendum. hoc posterior enim ordo verborum hic S. Scripturæ magis significat; et hic meretricium est mos, ut prius juvenes suis amatoribus irretiant, deinde eos impellant quò volunt. Si enim hæc puellæ prius idololatram Hebræis proposuissent, patuissent eorum fraus, easque cum idolis suis aversati fuissent Hebræi. Atque hoc modo Salomon à complexu mulierum ad idola ab eisdem deductus est. Amor enim et libido mentes sapientum dementat; et ut ait Plato: *Amantis animus in suo corpore moriens, in alieno est vitens.* Unde

Nota quartò, Plerique omnes Hebræi hæc fraude et illecebrâ puellarum capti sunt: et hæc fuit causa, quare Moses eos non puniverit: quod enim major pars populi ad eos declinavit, ita ut non timerent Mosén, potest ex eo quòd, vidente Moysè et toto populo, Judæus ille ingressus est ad Madianitidem, v. 6. Si enim timuisset Mosén, aut reliquum populum, vel non ivisset ad scortum, aut non fecisset palam, Moses ergo eos punire non est ausus, sed fcebat, ut dicitur v. 6, et dolebat valdè cum paucis habentibus zelum Dei, orabatque Deum de more ad ostium tabernaculi. Unde Deus jussit fornicantes hosce suspendi; ac mox ex Dei jussu Moses vigorem animosque restituit, ad eos puniendum, eosque reipsa suspendi; scilicet enim Deum mandantem, daturum vires ad exequendum, et facturum ut nemo resistere posset. Itaque contigit: multi enim, etiam ex primoribus, suspensi fuerunt, nemine contradicente, vel hiscere audente. Ita Abul.

Maraliter, Abbas ille in Vitis Patr. l. 5, t. de fornicatione, cuidam tentato spiritus fornicationis hoc dedit remedium: *Scis, inquit, quid fecerint Madianitæ: connaverunt filias suas, et statuerunt eas in conspectu israelitarum: non tamen extorserunt aliquibus, ut inscerentur cum eis; sed qui voluerunt, incurrerunt in eis. Alii autem indignantes conviniati sunt, et cum interitu eorum qui præsumpserant, sibi sunt fornicationem: ita agendum est de fornicatione. Et quando initium faciunt loqui in corde tuo, non respondens eis: sed surgens ora, et age penitentiam, dicens: Fili David, miserere mei.*

CUM FILIIS MOAB, et cum filiabus Madian, ut patet v. 6 et 17; ob hanc enim fraudem et notam, omnes Madianitæ ab Hebræis caesi sunt, ut patet c. 31.

VERS. 3.—INITIATUSQUE EST ISRAEL BEELPHEGOR, q. d.: Israel initiatus est sacris Beelphegor, illi se addixit, conjunxit et consecravit. Itâ Hebr., Chald. et Septuag.; Vatabl. veritè: *Conjunctus est Israel ipsi Beelphegor.* Idololatra enim iuit quasi conjugium et copulatur cum idolo, præsertim Priapo: hic enim celebratur copula meretricia.

BEELPHEGOR. Phogor et Phogor et Beelphegor idem sunt: Baal enim sive Beel, Bel, et Belus (hæc omnia enim idem sunt) generale erat nomen deorum, quod ad certum aliquem determinabatur, addendo aliud nomen, ut Beelzebub erat deus Zebub, id est, muscarum, quia civitatem Accaron, invocatus à civibus, à muscis liberat. Beelsephon, Deus aquilonis: Baalberit erat Baal, id est, deus foderis: Baalparasim

erat deus Pharaon. Sic Baelphegor erat Baal, sive deus Phigor.

Secundo, Baelphegor, sive Phigor, erat is quem gentes voco nummuli (Phigor enim hebraice dicitur *Phar*, unde Nummuli) detorta Priapus vocarunt; ita dicit S. Hier. l. 8, in Isaia c. 23, sub finem libri: *Baelphegor*, inquit, interpretatur Priapus; et Isidorus l. 8, c. de Diis gentium: *Baelphegor*, inquit, *Latinus Priapus vocatur, coluntque quasi deum hortarum; fuit enim ipse de Lampsaco, civitate Hellespontis, de qua postea est, eamque propter viciniam mombri augurum, in numerum deorum suorum Graeci transtulerunt, atque in nomine horti deum sacrorum; unde et *Baelphegor* ipse prope horti, propter eorum fecunditatem. Idem docent Andreas Masius, et Arias Montanus in Isaie 15, 20, et alii passim.*

Tertio, Priapus dicitur et Baelphegor, id est, deus desiderii, hoc est, concupiscentie, idcirco aperto ore depletus fuit, ut Arias Montanus in Osee 9. Vel dicitur et Baelphegor, à monte Phigor in quo colebatur: vel potius Baelphegor hebr. est, q. d.: Deus appetitionis, auditus: nullis enim year significat aperire et audire. Priapus enim, utpote praesens obscenitas, nulla membra ostendit, atque ac ejus sacerdotes in iure sacro. Imò nonnulli eorum ab hoc deo obsecro Phigor, sive Phigor dicta esse montem Phigor, quia in eo ipse colebatur. Hinc S. Hier. l. 2 Comment. in Osee 9: *Baelphegor*, inquit, interpretatur *habens in ore tentiginis, id est, in summitate pellem, ut turpitudinem membris virilis ostenderet. Idem in nominibus Hebraice Baelphegor, inquit, idem est quod habens os pellicum, quasi Baelphegor sive Baal, id est, habens, pe, id est, os, or, id est, pellicia. Unde:*

Quarto, erat Baelphegor imago viri nudi, qui habebat pellem mortui in ore, quo significabat, non esse remedium mortalitatis, nec naturam fugientem retineri posse, nisi per os cibo et potu materia libidini et generationi subministraret, per quam natura fugiens teneatur, et propugnetur in prelo, inquit Christoph. à Castro in Jerem. 48, 7. S. Hieronymus tamen paulò ante citatus ait, hanc pellem fuisse tentiginis mombri virilis, et Rubera in c. 9 Osee: *Baelphegor*, inquit, interpretatur *habens in ore, id est, in summitate tendentis, retentum glandem. Vel proprie Baelphegor idem est quod habens os pellicia, id est, habens glandem ex pelle extantem, idque veritas videtur: erat enim Baelphegor praesens et inceptor obscenitatis. Sic et Joannes Fernandus et alii tradunt Baelphegor ad iram tantum ademptum libidinem, detectis pudendis scissis, qua tanta erant, ut acciderent ad tanguntinem pudendi asini. Unde et Priapo asinus imolabatur. Quinto, cuius Baelphegor consistet in oïo, comensationibus, vacatione et in civitate ab omni disciplina, honestate et pudicitia. Hinc sacerdotes habebant feminas, scilicet meretrices, Osee 4, 14, quarum princeps fuit Mancha, mater Asa regis Juds, quam Asa amovit, et Priapum evertit, 5 Reg. 15, 15. Ritus colendi Priapum turpissimos reconset Herodotus in Europa, et alii. Sexto, putat à Castro, et Adrichomulus in Descri-*

ptione terre sanctae, p. 129, et alii, Baelphegor esse Clamos: oterque enim fuit Deus Mobaritur, dicitur hebr. *Clamos à henns*, id est, quasi palpans et contractans; erat enim obscenissimus, vel à *camas*, id est, satitare, occultare, ut Clamos furi Baechus vocetiam, quem noctu per epulas et effrenas libidines colebant, indeque dicei comensationes *supplicis et pò pòs*, id est, cantiones et saltationes lascivae. Unde Athenaeus l. 1, c. 27: *Magno*, inquit, *in haurire habetur Priapus in Lampsaco, qui est epitheto idem est et Dionysius* (id est, Bacchus), sic dicitur, ut triumphus et dihyrampus.

Item ergo sunt Baelphegor, Priapus, Clamos, Baechus vocetiam: hinc ergo Deum colunt baechantes, et qui libidinibus vacant. Hoc ergo exemptum Israelitarum baechantium, eorumque punito, quo recessatur, v. 4, et 8, congruè propoi potest Christianis in baechantibus. Fuert enim hi primi baechantes: hinc enim contigerunt anno quadragesimo ab exitu ex Aegypto, qui fuit vite Moisi 120, mundi 2463, ut dixi cap. 20, initio.

VERS. 4. — *TOLLE CUNCTOS PRINCIPES, ET SUSPENDE EOS CONTRA SOLEM. TA COI, Vatabl.* et alii referunt ad principes, quasi illi omnes, utpote criminis vel rei, vel conscientiae, aut non impediunt, jubentur hic suspendi. Hic enim sensus planus et apertus videtur. Alii tamen et verius, et eos referunt non ad principes, sed ad fornicatores et idololatrias, de quibus dixi v. 5, q. d.: *Tolle, vel, ut hebr. est, accipe, id est, convoca et congrega principes, ut illi, quasi iudices, jubentur suspendi contra solem eos qui fornicationis et idololatiae Baelphegor sunt rei. Unde Chaldeus clarè vertit: Tolle omnes principes populi, et occide illum qui reus fuerit. Jussit ergo hic Moses congregari principes, non quasi reos ad suspendium, sed quasi iudices, qui cognoscere quanam affines essent criminis, ut illos suspenderent, qualescumque essent, imò etiam si principes essent. Id ita esse patet primo, nam non est verisimile omnes principes hic apostatasse à Deo, esseque suspensos, imò contrarium constat ex eo quod posthac Zambrì princeps tribus Simeon, fernicus cum iudicantide, non suspensus, sed à Phinees pignone est confosus, v. 14; secundo, quia hi principes erant iudices populi, quibus dixit Moses v. 5: *Occidat unusquisque proximos suos, qui iniuriam sunt Baelphegor. Ita Abail, Engubin, et Hebraei.**

SUSPENDE EOS CONTRA SOLEM. Nota. Hi fornicantes et idololatriantes jubentur suspendi contra solem, et facies eorum ignominie exponitur, qui non erubuerunt tantum nefas patrare, et ut tropel, hanc signa proclamet, inquit Cyrill. l. 14 ad Ador, quòd nemo possit ellegere, vel manere, vel occidere illum summum iudicem, qui instar solis omnia, etiam arcana, que in cubilibus et lectis geruntur, intuetur, quòdque iuxta secretò peccantes et fornicantes in publicum producet in die iudicii, ad visionem omni carni, ut ait Isaia c. ult. v. ult., ab eisque gravissimas pœnas exget.

ET AVERTATA FUROR VEST, qui aliqui in totum populum, vel conscientiam, vel negligentiam has sor-

des punire, deserviret, ut expe aliàs deservit. Discant hic christianii principes et iudices, Deum adulteria, scortationes, aliaque peccata, praesertim publica, in totum populum, qui ea in suo contu vel republica tolerat, vindicare, se proinde si populi tutores esse velint, uti debent, fontes puniant, Deique offensæ et iustitiae satisfactio: itaque Dei iram et vindictam tam à se quam à toto populo avertent.

VERS. 5. — *OCCIDAT UNUSQUISQUE PROXIMOS SUOS, QUI INITIATI SUNT BAELPHIGOR. Occidat, id est, suspendat. Hoc enim iussit Deus v. 4. Jabet hic Moses, ut principes in criminosis inquirant, et quos reos repererint plectant: inde patet multos fuisse insones. Secus erat de vitulo aureo: illum enim omnes adorârunt; unde omnes promissæ à Mose et Levitis occisi sunt. Exodi 32, 27.*

Hic ergo judicialiter res acta est, et peccantes per testes convicti, damnati sunt ad suspendium. Verisimile est, quòd isti Abilensis, omnes qui per testes convincti ingressi fuisse tabernaculum harum polluarum Moabiticarum, hoc ipso damnatos fuisse. Hæc enim earum tabernacula erant lupanaria, ut patet v. 8. Sicut ergo miles, vel adolescens, ex proposito vadens ad lupanar, hoc ipso de scortatione convictus et damnari potest. Hic enim ingressus vehementissimam dat presumptionem criminis, quod in secreto fit, nec aliter quam hoc modo probari potest; quis enim in lecto decumbentes intuetur? Sic Phinees, videns Zambrì ingredientem tabernaculum Madianitidis, cum iudo pignone insectus est, ut occideret, nec illum criminis probationem requisivit. Aducendo ergo Moabiticas meretrices, censelatur cum eis meretricis, ac proinde esse rei mortis, eò quod Deus gravissime prohiberet Hebræis, Exodi 34, 16, et Deuter. 7, 5, ne cum alienigenis inirent concubias: ergo pariter veterat gravissimè, nò cum eis fornicarentur. Ratio enim legis, scilicet nò ab illis pellicerentur ad idola et vitia gentilitum, tam in his quam in illis, locum habebat. Unde et apud Christianos eodem penà plectuntur adulteri, sacrilegi, incestuos, qui plectuntur hi qui cum conjugatis, monialibus, cognatis matrimonium iure volunt. Ita Abilensis. Adhò, hoc ipso quo meretrices has adibat Hebræi, magna erat presumptio, quòd comederent eorum idololatrya, et Baelphegor colerent; ad hoc enim perficiendum, ha meretricis cum suis idolis totæ erant compositæ, atque reipsæ omnes suos amicos eò perducabant.

VERS. 6. — *ET EGREGIUS DE FILIIS ISRAEL INFANSIT CORAM FRATRIBUS SUIS: AD SCORTUM MADIANITIDEM. Erat hic princeps tribus Simeon, nomine Zambrì; Madianitis verò erat filia principis Maffan, ut patet v. 14; eò major fuit zelus et fortitudo Phinees, qui utrumque occidit: poterat enim merito timere, ne tota tribus Simeon in eum pro principe suo insurgeret, eumque lapidaret.*

Adit Josephus, penem quem sit fides, Zambrì voluisse hanc Madianitidem ducere in uxorem, idque coram Mose profectum esse, se contra eum ignovissee. Orationem ejus protervam enarrat idem Josephus.

Moraliter ex Phinees discat, opus esse zelo ad res arduas aggrediendo. Animi ardor diligentem facit et strenuum, trigus pignum facit et inertem, qualis est ille Proverb. 26: *Dicit piger: Leo est in via, et terra in itinibus: formicas putat esse leones et leonias in via Dei; et fervidus homo etiam leones formicas astinat, capite; si consistant adverbium ne castra, non imbecit cor manum. Hinc S. Bernardus in vigilia S. Andrea: Ademi, inquit, voluntas non habuit fortitudinem, quia non habuit fervorem. Si ergo cupis nobiles victorias de carne, mundo et diabolo, esto fervidus. Palmae fervidas amant regiones: sic victorie fervidos postulant homines. In caelum navigas fluminae adverso; fervoris impetus necessarius est, ut fluminis impetum vincas. Plectere, Ven. Beda in Luca 5: *Nis, inquit, mentis concitatio ferret, unde mundi non vincitur, per quam anima semper ad ima revocatur. Quinimò docent physici, iram nobis à natura insitam esse, ut sit eos et stimulus virtutis: pigrescens enim lentum est, torpidum et ignavum.**

Rursùm vide hic quàm Deus et homines libidinem puniant, et castitatis vindices præment. Refert Plutarch. in C. Mario, quòd Lusius, Marii ex sorore nepos, Trebonii militis pudicitiam tentans ab eo sit ininterfectus: Trebonium apud Marium accitatus, facinus confessus, causamque cædis afferens pudicitiam, à Mario coronâ sit redimimus. Titus Jovis et flara filius, Latonam de stupro interpellans, ab Apolline sagittis confosus est; hunc dejectum ad inferos memorant, atque ita hi ligantur, ut nullo modo movere se possit: addunt poetæ, si diabus vultibus jecur ejus diripi.

Phison moxus cum Sappho deprehensus occisus est, teste Eliano de varia historia.

Persæ tumulenti cum imperiò attraherent Macedonum concubinas, in convitio interfecti sunt ab Alexandro rege. Livia Germaniæ soror, uxor Bruti, filii Tiberii Cæsaris, occiso marito, Sejano copulata, à Tiberio atrocissimè tormentis cum Sejano interempta est. Valentinianus III, imperator, attentans uxorem Maximi, patricii Rom., ab eo occisus est, qui et imperium invasit. Ita Zonaras. Argivi sibi staterant presidium nullis hominum: iis præerat dux Bryant. Is vitium virgini intolli: illa eodem nocte Bryantem somno oppressum oculis privavit. Deprehensa, ubi illuxit, supplex ad populum confogit. Deperdentibus cum mille viris, populum reddere noluit; quare ad pugnam reducta, victor populus in milites presidarios omni supplicii genere grassatus est. Ita Pausan. in Corinth.

VERS. 8. — *CASSAVITQUE PLAGA À FILIIS ISRAEL. Hinc patet plagam pestis, ignis, altaque similis à Deo immissem fuisse in Hebræos fornicantes et idololatriantes, idque antequam Zambrì ingrederetur ad Madianitidem, idque à Phinees occideretur: nam Phinees videns hanc plagam, ad eam avertendam occidit Zambrì, eoque occiso plaga statim cessavit. Ita Scriptura sæpè post factum, rei quasi jam factæ meminuit, eamque obiter perstringit, licet modum et historiam rei gaste, nullo non enarrarit. Ecce hic ultrin-*

que verum est illud Joannis Papae: *Zelus purgat faciem*; et illud: *Vindicta Domini iratum lenit et placat*. Merito ergo S. Greg., hom. 15 in Ezech., Phinees zeli et rectitudinis statum exhibet: *Beatiudinis, iustitiae, zelo contra vitiis necessitudine? Phinees ante oculos dedit, curat, qui cunctas gladio transiebat, castitatis populum reddidit, et iram Dei iratus placavit*.

Memorant annales Franciae de S. Ludovico rege, quod, cum ipse preces ex psalmis Davidis ad Deum conciperet, et aliquis, qui pro reo quodam capitalis criminis gratiam peteret, intervenisset, rexque quasi aliud agens ammissis, mox vero incidisset in illum versio. Ps. 103: *Beati qui custodiunt iudicium, et faciunt iustitiam in omni tempore; prolium revocari iussit eum cui gratiam concesserat, omnipotens iratum fecit, memorem rabiis alicui suspectis: Pertranseat, qui potest punire crimina, non parit, non suavis vocat. Deo iram esse, quam et ipse perhiberet: ac pietatis opus esse, non iras, iustitiam facere. Iti est sanis: Nec (ut inquit Seneca) pinguius micari vitium Deo potest, quam homo scelerrata. Recteque dicitur: Is qui parit malis, nocet bonis. Haec de causa ferunt Maximilianum primum Imperatorem loca destinata ad supplicia solum, venerandum cum hoc solelemi dicto: *Satis, iustitia, praeterire soepe quasi hospitem, inquit Aristot., imo sol munda. M. Cato dicebat: Eos magnitudinis qui maleficis peccatis non coercet, non tantum non ferunt, sed lapidibus obruendos esse, ut ex parva negotia salus recipi, laboriferet, inquit Plutarch.**

Hae est septima plaga, quae in hoc libro Numerorum. Hebraeus ob peccata immissa narratur. Prima enim fuit in separatis Concupiscentiae, ubi cum adnic carnes essent in dentibus eorum, furor Domini percussit eos plaga magna nimis, Num. 11, 35. Secunda fuit in Caro, Balaam et Ahirum, qui absorpti sunt in terra, virique descendunt in infernum, Numer. 26, 35. Tertia fuit eodem die, quando scilicet egressus ignis a Domino, occidit 250 viris rebelles, offerentes incensum, ibidem v. 35. Quarta fuit die sequenti, murmurantium castra Moesa et Aaron, atque dicentium: *Vos interfecistis populum Domini, et percussit sunt 14,700 fidei v. 49. Quinta fuit, cum ob murmur propter laborem itineris, Deus in eos immisit ignitos serpentes, Num. 21, 6. Sexta fuit hic, a. 4, cum scilicet Deus iussit suspendi fornicantes cum Beelphegor. Septima fuit hoc versu, cum Deus immisit plagam ob ineam crimen, quam suo zelo averit et disensit Phinees. Ita Rupert.*

VERS. 9. — ET OCCISI SUNT, puta, tam per plagam a Deo immisissam, quam per sententiam et suspendium iudicium, de quo v. 5, VIGINTI QUATOR MILLIA HOMINUM. Si enim hoc numero non comprehenderentur suspensi a iudicibus, eos utique seorsum numerasset Scriptura: Ita Abolens. Eoeciae, ibi Rupertus, quam Deus, ut riuoceros, vel potius monoceros, esse castitatis amator, atque turpissimum Beelphegor, eiusque assensu punit et profligat.

VERS. 12. — EGREGIO ET PHINEES PACEM FORDERIS MEL, id est, securitatem et certitudinem pacis meli, q. d.: Hunc ob zelum Phinees firmiter decerno, et quasi pacisor, promittoque illi.

VERS. 15. — ET ERAT (quod erat) TAM USQUE QUAM SEMINI ILIUS, FACTUM SACERDOTI SUMPTIBUS. quod scilicet ipse cum suscipere, post patrem Eleazarum, in pontificatu successerit, et ut pontificatus invariabiliter maneat in eius familia et posteritate semper, quomodo scilicet Iudaeorum republica, et Iudaeis stabili. Iti Abul.

Alii censent sacerdotium hic vocari pacem federis, id est, fœdus pacis, vel pactum, per hypallagam, ob duas causas. Prima est, quod sacerdos pae alii hominibus in pae, amicitia et societate Dei esse videntur. Nam quotidie in conspectu Dei versantur, cum illo colloquantur, responsa accipiunt: illi orationes, oblationes et vota sua et populi offerunt. Secunda, quod sacerdotium rite administratum causa erat pacis, concordiae, omnique tranquillitatis et felicitatis inter

Deum et homines, propter preces et sacrificia sacerdotum quibus Deus oris placatur.

